2



Aelij Antonij Nebrissensis ad

artē litterariā introductiones: cū eiusdē exactissima expositione: additis cōmētarijs Christophori Scobaris viri eruditissimi. Adiectis īsuper q̄pluribus alijs opusculis elegātissimis: vt in p̄senti folio atergo facile videre est. Quae oīa hac nouissima ip̄ressione maxima diligentia castigata fuere: ꝛ miro ordine disposita.





Aelij Antonii Nebrissensis grammatici operũ index.

L. Christophori Baethici Scobaris operũ index.

¶ Præclarissimo eidemq; Illustrissimo. D. Raimundo a Cardona siciliæ pro regi clæmentissimo. L. Christophorus Scobar bethicus perpetuam fœlicitatem.



Riscam sane consuetudinem: humanissimæ Princeps: atq; frequentē scimus fuisse. Quod siquis primum principis cuiusq; conspectū adiret: id munus ad eum deferret. Quod tum se se dignum: tum principi per gratum futurum censeret. Quem adhuc morem tres illos persarum reges: memoria sacra proditū est obseruasse. Obtulerunt.n. Christo Iesu rerum omniū optimo maximoq; parenti: atq; humani generis regi & redemptori aurum: thus: & myrrham. idem ego promea erga te pietate fide & obseruantia facturus. Cœpi mecum sepissimæ contemplari: quonam ipse tecum munere agere possem: Quod & donanti & accipienti pœne foret cōsentaneum. Hæc mihi erat inexploratum te ea esse animi celsitudine atq; præstantia: eoq; claritatis fastigio: ut donātis magis amorem: q̄ rei: Qua donarere: preciū libares: atq; ualorem. Nam eo præstantissimum persarum regem Artoxersem Darii & Parysatidis filiū omnis effert antiquitas. Quod hilari & subridenti uultu aquam illam obsorbuit: Quam merce narius quidā: atq; agrestis homo: siquidem rusticāo illi nihilum erat aliud. Ex proximo riuulo utraq; manu ei equitanti obuiam factus subministrauit: longe autem pluris fecit princeps ille humanissimus lætam dantis mentem: quam ineptum aquulæ illius Cyathum. Iucundiorē etiam deo uidue quadrātem pauperculæ: quam congestissimos aliorum eosdemq; præciosissimos thesauros fuisse euangelica docet hystoria. non enim quo quisq; operosiora sed maxime ultroneus ac libentissimus munera donat aduertendum est. Accipe igitur in nostri Aelii Antonii Nebrissensis introductiones latinas commentaria cum quibusdam opusculis eadem de re: quæ intra tuos lares tuorumq; aulicorum numero ascriptus absolui. Quorum exemplo latinitatis rudimenta me præceptore subiisti homo omnium: omnium arte politissimus natura præditissimus: natalibus præclarissimus imitatione formatissimus: religiōe christianissimus. Non quod censuerim te huiusmodi ocio uel delectari superflue: uel abundare nimium: ut sis uacuus ad has minucies repetendum: quæ tui in re litteraria instituendi fuerū primordia: sed quod uidebar tue in me beneficentiæ profusissime nescio quid committi: nisi qualecumq; sit illud quod elucubramus: tuo exiret nomini consecratum. Nihil enim est tam fragile: tam exile: tam humile: tam abiiectum: quod tui dumtaxat nominis splendore insignitum non sit eruditissimo cuiq; castigatissimum & indoctis maxime formidabile. Nō enim fuisse turpe gloriam negligere: si non fuisset turpius decus Honoremq; contemnere. Vale & uiue diutissime Princeps optime.

¶ Ad artem suam auctor.



Mihi per multos caste nutrita labores.
Ars mea: quã genui: tẽpus ĩ omne uale.
Tp̃s ĩ oẽ uale: neq; .n. tuus addere qcq̃:
Sed neq; quod genitor demere possit: habet.
Quem sua nunc ætas opera ad maiora remittit.
Quæq; sibi fuerint inuidiosa minus.
Et te iam grandem latebras exire paterni
Liminis: & media uiuere luce decet.
Sed ne sola domo uadas: glossemata iunxi:
Quæ te circumstent quolibet ire uelis.
His comitata metu posito contemnere uulgus:
Et detractorum uerba maligna potes.
Qui non agnoscãt cum te: mera somnia fingunt:
Qui nihili uersus supposuere meis.

ANTO.



Mihi. Alloquitur artẽ suam Antonius quasi filiam quandã ex se genitã. quæ cũ sit multo iam tẽpore domi caste integreq; ab illo educata: iubet ipsam ualere: atq; ex latebris domesticis in lucẽ emittit. Quod tñ uirgo est etasq; ludibrio exposita: addit illi glossemata q̃si comites stipatoresq; quæ illã deducãt atq; ab inuidorũ iniuria defendãt: afferantq;. Dat illi p̃terea mãdata: ut suo noie salutet discipulos quoscũq; aut ubicũq; nacta sit. Imperat quoq; illi ut in primis regiã domũ reuerẽter adeat ubi nõ oĩno erit hospes: quippeq; illic sit inuentura sorores. fratresq;: ad quos diuertat. Deinde p̃cipit ut suis uerbis pauca Reginæ ipsi dicat. O inquit ars mẽa: quã genui. Translatio frequẽs est: nã eo modo Poetæ opera sua dicuntur gignere atq; amare quo parẽtes filios. Auctor est Aristo. in lib. ethico. viii. ¶ Tẽpus in omne. i. eternum. Sic Ouid. Effice me meritis. tempus in omne tuum. Et Ver. Salue mihi maxime Palla eternũq; uale. Tẽpus in omne. Iucũda repetitio. Sappho poetissime frequẽtissima. Tuus genitor. i. auctor. perstatq; in allegoria. Habet qd̃ possit addere aut demere. Nã in recte factis ut ait Aristo. ii. ethicorũ. nec addi: nec detrahi quicq̃ põt. ¶ Et te iam grandẽ. Ac si dicat nubilem ac uiro maturã. Exire latebras. Vbi ante hac latuisti. Et uiuer̃ ĩ media luce. i. uersari in oculis hoĩum ac frequentia. ¶ Sed ne sola. Quod ĩ uirginæ piculosum est. ¶ Glossemata. i. glossulas. sic. n. græci appellant q̃ auctorũ lectioni enarratores de suo addunt uiua: ut aiunt: uoce. ¶ Quæ te circumstent. i. satellicio quodã stipent eodẽ namq; modo glossule apponunt̃ lectioni quo stipatores cingunt latus atq; circũstat eũ quẽ comitant̃. ¶ Quolibet. i. ĩ quãcũq; partẽ. ¶ Comitata his. s. glossematis. ¶ Vulgus. i. multitudinẽ ĩpitã. ¶ Verba maligna. Ab iuidia detractorũ nascẽtia. ¶ Qui. s. hoies ĩpiti & detractores. ¶ Cũ nõ agnoscãt te. i. ĩtelligãt qd̃ cõtineas. ¶ Mera somnia. i. pura & q̃ nihil significẽt nã sunt etiã aliqd̃ significãtia illa: q̃ sunt uidelicet pituita purgatissima. Martia. semper mane mihi d̃ me mera somnia narras. Verg. in bucco. An qui amant ipsi sibi sõnia fingunt: ¶ Versus nihili. Ociosos & nullius momenti. ¶ Supposuere meis. i. quasi suppositios inferuerunt.

CHRI.



Mihi per multos. Loquitur auctor cum sua arte tã q̃ filia: quã ita p caste educauit: ut nihil prorsus: sed neq; cultus: sed neq; disciplinæ egere uideat̃: quo minus ædes patrias exire: atq; in media luce uiuere possit multo etiã labore sui custodiẽdæ gubernandæq; patrẽ subleuabit. Qui rebus momẽti maioris: minorisq; inuidiæ iam deinceps est tempus indulsurus: sed ne sola proficiscat̃ domo: atq; eat: est. n. grandiuscula satis affectatrices ei largitur ancillas. i. cõmentationes reuera lucidissimas: quarũ clypeo detrectatorũ obiiectamẽta facile refellere possit etiã uult auctor se suis discipulis plurimũ esse ab ea cõmẽdatis. Hequo tñ adeat potius quã reginã hispanã: iubet ubi & ĩueniet fratres ĩuenietq; sorores oblectatissime se recepturos. Quid deniq; suæ principi est dictura paucis subdit. auctor. Qd̃ si Regina de nr̃a tẽpestate fœlicissime optimæq; merita est: etiã auctoris lucubratiõibus atq; uigiliis nr̃o tp̃e hoĩs erũt longæ eruditiores. ¶ O mihi. i. a me. Quoniã hæc ars aliis edita est: nõ qdẽ auctori. ¶ Per multos labores. his aũt ad optimũ rerũ itur finẽ. unde illud Maronis: ĩsignẽ pietate uirũ tot adire labores. Quippe sine his laudem ad inueniet nemo ¶ Caste nutrita. trãslatio a fœminis in q̃bus castitas potissimũ circũspicit̃. sic etiã in libris nequid uitii o‥endamus uehemẽtissime laborat̃ ¶ Ars mea. Solent poetæ obiter cũ suis codicibus loqui: Martia. lib. iii. Romã uade liber: si ueneris unde requiret. Emiliane dices de regiõe uie. ¶ Genui auctores sæpe se parere libros dicũt Plin. in proemio. opus natũ apud me p̃xima futura. ¶ Tẽpus in omne uale. Poetæ etiã sæpenumero ita salutãt: atq; extollunt. Ouid. li. i. de tristibus. Este salutãti tẽpus in omne mihi. Hora. iii. Carminũ. in oẽ uirgo nobilis æuũ: hæc. n. est anadiplosis figura: nã finis carminis p̃cedẽtis principiũ s̃quẽtis est. Neq;. n. ẽ aũt ordo: neq;. n. tuus genitor hẽt qcquã. Qd̃ possit addere. sed neq; hẽt qcq̃ qd̃ possit. ¶ Demere. i. tollere. Lector bonus & amicus: & q in alienis libris nõ nimiũ igeniosus est: Velim itelligat hoc dici. Quãtũ ad latinas itroductiões attinet: qm̃ si ad totius latinitatis cõsumatissimũ opus spectat̃. nemo eẽt adeo delirus q de se talia polliceret̃ acq; p̃staret. ¶ Latebras paterni luminis. periphrasis gymnetii est. ¶ Glossemata. i. cõmẽtarios: glossa græce: lingua exponit̃. unde Quinti. glossemata q̃si uoces minus usitatas iterp̃tat̃. ¶ Te circũstẽt. Lege p anastrophẽ. i. stẽt circũ te. ¶ Sõnia fingũt alludit uel ad illud Virgilii: sibi sõnia fingũt: uel ad illud Mar. de me mera sõnia narrãt. ¶ Supposuere meis. i. adulterinos atq; supuacãeos suos uersus meis uersibus subdiderũt. Quale est illud li. iiii. quũ de ablatiuo absoluto loq̃t auctor. Rege ferdinãdo mũda ĩ deditionẽ christianorũ uenit p quo Iacobus alora p̃ceptor meus subdidit mũda christianitas uenit: & id qdẽ satis ĩsulse. ¶ Supposuere meis. supponere uero rẽ adulterinã suppositiciãq; significat. Cice. li. i. de legibus testamẽta falsa supposuere Verg. vii. lib. quis dedala circe supposita de matre nathos furatos creauit.

Ito bonis auibus: tamen impertire salute
  Multa discipuli sint ubicunq; mei:
Siue ego quos docui: uel si quis doctus ab illis.
  Nam licet: & fas est dicere utrosq; meos.
At si forte roges: quo primum uertere cursus:
  Quamq; tibi iubeam protinus ire uiam:
Te prius ad nostræ hinc Auguste limina perfer.
  Nusquam tota tibi est ianua aperta magis.
Inuenies illic ab eadem stirpe sorores:
  Quæ te subcollent excipiantq; sinu.
Altera: qua nostro mutatur sermo latinus.
  Altera: quæ hispanæ nectere uerba docet.
Præterea fratres alia sed matre gemellos
  Inuenies quos tu non aliena petes.
Alter enim latio sermonem reddit Iberum.
  Alter ab hispanis uerba latina refert.
Si regina tuos repetet uoluetq; libellos:
  Vtq; solet: uultus forte serenus erit.
Pauca tui refers memor hæc mandata parentis.
  Temporibus uestris non nihil iste dedit.
Quod si tu nobis fœlicia tempora donas:
  Et meus illustrat sæcula uestra parens.

FINIS.

¶ ANTO. Ito bonis auibus.i.auspiciis fœlicibus. Antiqui enim sine augurio nihil incipiebant. ¶ Impertire salute multa.i.saluta meis uerbis discipulos meos. sic Terentius in Eunucho. Plurima salute. Parmenonem summũ suum impertit ignato. utroq; enim modo declinatur impertior & impertio. Vtrosq;.s.discipulos & discipulos discipulorum. At si forte. Quia permittit auctor artem suam libere uagari: suadet illi ut domũ regiam in primis adeat. ¶ Auguste limina: idest Reginæ. nam uxores Cæsarum Augustæ appellantur. Verg. i.æne. Perge modo atq; hinc te reginæ ad limina perfer. ¶ Nunq̃.i.nullo alio in loco. ¶ Tota ianua. Sic Marti. Nulli tota magis ianua poste patet. ¶ Sorores. Duas artes grammatices. Alterã: quam ipsius Reginæ imperio e regione uersuũ Hispaniensem fecimus. Alterã in qua sermonem. Hispanum sub regulas atq; artis præcepta contraximus opus eiusdem Reginæ auspiciis æditum. Quæ te subcollent. Humero & collo ferant. Varro in secundo de re rustica de apibus regem inquit suum sequuntur & fessum subleuant. & si nequid uolare: subcollant. Sueto. in Othone. Donec omissa metha subcollatus. ¶ Præterea fratres.i.duo uocabularia. ¶ Alia matre. idest diuersa uocabulorum materia. Nam alterum ex sermone latino in hispanũ. Alterum ex hispano in latinas conuersum dictiones. Forma uero est: quã ars inducit. noia & uerba aliasq; partes orationis quadrans ad sermonis structurã. unde signanter dixit. Alia matre: alludẽs ad materiã uocabulorũ. ¶ Gemellos: Quia simul geniti atq; editi sũt. ¶ Latio.i.latino sermoni. ¶ Iberum.i.hispanum. Si regina quid ipsi reginæ dicat ostendit. ¶ Non nihil: aliquid. & modeste de se loquitur: atq; ex Martiale sumptum est. Quod si dicis o regina te dare nobis tpa fœlicia: & meus parens sua doctria facit secula uestra illustriora.

¶ CHRI. Ito bonis auibus: ut Iuuena. Quid tam dextro pede concipis: cuius oppositũ est: sinistro pede siue sinistris auibus. Ouid.i epi. cui mea uirginitas auibus libata sinistris. ¶ Impertire: ualla negat dici posse impertior. iris. sed ex licẽtia poetis pmissum ẽ. ¶ Salute multa: imitatio est ouidiana lib.i. de tri. uade liber uerbisq; meis loca grata saluta. ¶ Nã licet & fas est: sæpe numero hæc duo fas est & licet cõiungunt̃. Ouid. li.i. fa. si licet & fas est uates rege uatis habenas. Martia. lib. x. nũc licet & fas est sub principæ diuino. ¶ Augustæ limina perfer: alludit ad illud Vergilii: perge modo atq; te ad reginæ liminæ profer. ¶ Nusquã ianua: Quasi difficillimum: ut Horati. lib. ii. sermo. non cuiuis homini contingit abire corinthum. Allusio est ad illud Marti. Nulla magis toto ianua poste patent. ¶ Subcollent: subcollo & excollo atq; decollo cõposita sunt a collum.i. quæ corporis pars est notissima. ¶ Altera qua sermo: duplicem igitur editionem auctor fecit alteram: qua sermo latinus: alteram qua hispanus continetur. de quarum secunda ita auctor ipse in hoc libro primo loquit̃. Quomo qui era que en a quella arte en qua puse de baso de artificio el legna se castellano & reliqua. Scripsit etiam alteram: qua latinus sermo exponitur in hispanum de qua auctor ita scribit in prologo uentu ro: ut introductiones meas quas de sermone latino edideram e regione uersuum hispanienses faceremus. ¶ Nectare uerba.i.loqui. Ouid. lib. iiii. de ponto nectere uerba iuuat. ¶ Præterea fratres.i.duo uocabularia. Quorum altero latinam: altero hispanam mutuo linguã exponit. ¶ Alia ex matre: fortæ qui pfecto dal cantara non quidem reginæ illos fratres.i.uocabularia nuncupauit. uel forte q non ex grãmaticæ præceptiuæ cõstant modo uerum etiam omnium disciplinarum uocabulis. ¶ Gemellos: recte hi: quos filios appellaueris: fratres inter se nuncupabuntur. Ouid. pri. fastorum illic aspicies positos ex ordine fratres. Quos studiũ cunctos euigilauit idem. ¶ Hæc mandata parentis: alludit ad illud Verg. li. xi. uadite & hæc memores regi mandata referte. ¶ Temporibus uestris: ad illud Martia. lib. vii. alludere uidetur. Quando dixerũt temporibus præstat non nihil iste tuis: neq; priuandus me herculæ sua ipsius gloria auctor est: nã si quid latinitatis apud homines nationis nostræ est ab hoc auctore acceptum ei tanq̃ fonti potissimũ referri debet.

FINIS.

PROLOGVS

¶ Aelius Antonius Nebrissensis Isabele Principi sue. S. D.



CVm introductiones meas praeclarissimo tuo nomine recognitas atq; interpraetatas aedere coepissem: multi a me petierũt: ut illum ipsum prologum quo sum celsitudinem tuam praefatus enarrarem: tum quod propter eas antiquitates: quae in eo perstringũtur: subobscurus atq; difficilis cognitu uideretur: tum etiam q; rei litterariae professores a prohemio librorum semper auspicari consueuerunt. Et quanq̃ multa erant quae me id facere prohiberent. tum q; cõmentarios cõmentariis inculcãdo nimio apparatu tempus insumebatur. tum q; officium iterpraetis est multa in cõmendatione auctoris illius dicere: quem exponit: tum deniq; q; nullo exemplo aut perq̃ raro id fieret: ut quisq̃ auctor opus suum interpraetaretur: gessi tamẽ illius moram quibus nihil denegare potui. Expositionẽ igitur praefationis aggrediamur. Ad optimã eandemq; maximam. In titulo siue indice siue iscriptione cuiusq; operis duo praecipue annotanda sunt: nomen auctoris & subiecta libri materia. Quidam addunt & personam: cuius noie opus illud inscribitur: quae si expraessa non fuerit: nihilominus tñ intelligimus librum publicae lectorum utilitati dedicatũ. Auctor igitur est Ael Antonius Nebrissẽ. Grãmaticus. Materia est recognitio cum cõmentariis introductionum suarũ quas de sermone latino iam bis ediderat. Persona cui opus dedicatur: est optima eandemq; maxima Augusta Isabela. Titulus nõ: ut quidam furore perciti dicunt: a titane hoc est a sole dicit̃: quia illustrat: qua de re in alio opere disputatur. sed auctore festo titulus a tutando uenit. quia tuetur & prohibet. ne plagiarius quispiã librũ alieno labore partũ pro suo edat. Index uero dicitur ab eo qđ & auctoris nomen simul & materiã indicat. & quasi digito demõstrat. Inscriptio quoq; appellatur. quia prima statim fronte atq; libri initio inscribitur. Sed q̃q̃ ordo naturae desiderat ut nomẽ auctoris praeponi debeat. deinde materia subiungit: tum demũ persona: cuius noie opus editur: nos inani quadam ambitione persuasi oĩa inuertimus. postponimusq; quod fuerat praeponendum. Pari sunt in errore qui in hunc modum loquuntur. Rex & tu & ego uenimus. Nam si uerum est quod grãmatici dicunt uerbum digniori respondere debere. eadem ratione dicendum fuit. Rex & tu & ego uenit. Quod non minus absurdũ q̃ ridiculũ est dicere: quoniã in orationis seriae non tam rerum dignitas q̃ personaȝ ordo desideratur. Quare in titulo dicendũ fuit potius. Aelii Antonii Nebrissẽ. Grãmatici praefatio. in recognitionẽ cõmentariosq; introductionũ suarum ad optimã eandemq; maximã Augustam. Sed quoniã auctor est Aristo. multitudinis arbitrio loqui oportere: sentiendum uero esse cum paucis in titulo qui multitudini legendus proponit̃. Augustam nostram anteposuimus. Ad optimã eandemq; maximã. Ego non alio potissimũ dignitatis epitheto dignatus sum. Hispaniaȝ reginã: quã quod antiquitas dedit suo Ioui: quẽ Graecia in arce diuinitatis cum posuisset. Optimũ maximũq; appellauit. Optimum uidelicet propter beneficentiã. Maximũ uero. quia supraemũ gradum in uniuersitate rerum obtinere putabatur. Idem prope ualeret si dixissem. Ad altissimam eandemq; clarissimã Augustam. Nam altissimũ est quod in summo rerũ fastigio collocatũ est. Clarissimũ uero: quod uirtutis splendore conspicuũ atq; illustre reddit̃. unde gloria illa resultat quã Ci. dicit esse consensum bonorũ atq; incorruptam uocem bene indicantium de excellenti quadam uirtute: tametsi in episto. ad Lucillum. Seneca gloriam a claritudine distare putet. ut gloria sit consensus multoȝ claritudo uero tantum bonorum. Quod uero nõnulli reges serenissimos appellant id neq; usitate neq; propriae neq; latinae dicitur. Nam si uultus serenitas quae animi tranquillitatẽ promittit: uirtus est. si iustitia. fortitudo. seueritas. grauitas. magnitudo animi. largitas. beneficentia. liberalitas uirtutes regiae sunt. ut Cic. pro rege Deiotaro scribit non minus tamen ad subditos pertinent. Regum igitur propria est celsitudo claritasq;: & si ambitiose nimiũ. Vulpianus in libris digesto. titu. de senatoribus dicat senatores quoq; posse claros appellari. Augustã. Quemadmodum uxores regum. Reginae. sic imperatorum ut uulgus loquitur non imperatrices sed Auguste appellantur. Augustam igitur diximus siue ab augusto augurio q; huius auspiciis res omnis Hispana restituta est siue ab augendo: quia ipsa uires subministrante ductu atq; imperio dulcissimi coniugis respublica Hispana aucta propagataq; sit. Isabelam. Hispanus sermo nomen hoc a diui Ioannis baptistae matre Elisabe ut Hebrei dicunt. siue Elisabet per. t. exile in fine detorsisse uidetur. atq; ut graeci utrobiq; penultima acuta. nõ Elisabet per. th. atq; accentu acuto in fine ut corruptae in omnibus libris legebatur ꝓferebaturq; corruptius. Sed quia declinationis latinae ratio exigebat ut ab Elisabet Elisabeta diceremus. idq; durum tum plerisq; tum eidem ipsi reginae uisum est: ab Isabel uoce hispana nouo noie Isabelam potiusq̃ ex Elisabeth uoce hebraica Elisabetam fecimus. Huius nois tertiam. Prima nãq; huius nois regina fuit Lodouici illius filia qui primus in Gallia hoc noie regnauit. quã duxit uxorem Alphonsus ille qui Hispaniarum imperator est cõsalutatus. Secunda fuit huius nostrae ex Ioanne secũdo mater foelicissima. Hispaniae. Haec a graecis ab ibero amne siue ab iberibus. qui illam incoluerũt. Iberia dicta est. A latinis uero Hesperia minor eadem rõne. qua Hesperia maior Italia est a graecis appellata. A iunioribus deinde ab Hispali Hispania ut noiaretur obtinuit. Ac insularum nostri maris. Quod uulgus Mediterraneum uocat: latini nostrum siue herculeum mare appellant: cũ mediterranea potius dicantur loca a mari remota. ut si dixeris. Toletum est urbs mediterranea. Insularũ uero ambitiosae dixit: cum non oĩum sit regina sed tantum Pityusarum. Balearium. Sardiniae. Corsicae. Siciliae. cum reliquis illi adiacentibus insulis. Reginam. Non qua ratione uxores atq; filiae regum a latinis reginae dicuntur. sed quia regnum hispaniarum illi dotale fuit. Aelii Antonii Nebrissẽ. grãmatici. Vt Aelius sit praenomen. Antonius nomen. Nebrissensis cognomen. Grãmaticus uero agnomen ex professione sumptũ. Solent multi a me quaerere cur Aelii praenomen mihi adoptauerim: cum praenomina gentilica esse debeãt: hoc est familiae: cuiusq; propria. Quibus ego respondendum esse opinor hoc in loco simul oĩbus. quod sum singu-

latim respondere solitus:illam uidelicet fuisse mihi causam praenomen hoc assumendi.q. Nebrisse atq; in agro Nebrissensi complura sunt antiquitatis monumenta in quibus Aeliorum atq; Aelianorum familia marmoribus incissa leguntur. Licuit ergo mihi tanq̄ a maioribus meis hereditario quodam iure praenomē. hoc adoptare. cum praesertim in tota Bethica Aeliorum familia fuerit clarissima. ex qua sunt Ael. Traianus. Ael Hadrianus Caesarum praestantissimi qui mihi fuerunt prope dixerim conterranei. Dicet uero quispiā. Aelii atq; Aeliani:quos tu dicis Nebrissam tuā coluisse:quolq; falso maiores tuos fuisse iactitas. quod ipsa nomina prae se ferunt. Romano fuisse constat. qui post annos circiter septingentos a Gotthis. Vandalisq; Nebrissa pulsi sunt:atq; rursus Gotthi Roderico rege a Poenis Mauritanisq; quos tandem post annos circiter quinientos. Ferdinandus tertius omnium gentis gotthicae regum clarissimus atq; perinde sanctissimus tam diuturna possessione deiecit. Quo igitur iurae qua ue iniuria tibi inde hereditarium nomen usurpas: cuius stēma totiens interruptum est? His ego possum illud adhuc respondere. Et si fortuna illius oppidi quemadmodū & aliarum rerum:saepe mutata est. licuisse mihi tamen a romanis patriae quondam meae colonis: quorumq; uirtutis sum admirator si non per naturam saltem per adoptionem:aut per Pythagore palingenesiam: hoc est regenerationem:aut per Anaxagore potius homeomeriam: idest omnium partium atq; membrorum inter se similitudinem. quam Maro quarto aeneidis. libro significare uisus est:cum Elissam his uerbis imprecantem inducit. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor:qui face. Dardanos ferroq; sequare colonos. Nam quemadmodū Dido optat atq; praecatur:ut ex cineribus suis aliquando oriatur:qui iniuriae sibi ab Aenea illate sit ultor. quod Hannibal postea fecisse putatur. eadem quoq; ratione possum ego dicere me unum ex posteritate Romanorum esse. ex quorum cineribus non minus ego sum ortus: quam Hannibal fuit ex ossibus Elisse. Antonius nomē est genti meae frequentissimum:quo nomine fuit mihi auus atauusq; materni: uiuitq; adhuc soror Antonia quae nomine quoq; ipso proauiam refert. Nebrissensis. De antiqtate illius oppidi quoniam multa in aliis quoq; locis carmine & prosa oratione conscripsimus illud tantum in hoc loco nō est dissimulandum: Nebrissam quae alio nomine Veneria est appellata. Turdetanorum esse oppidum per q̄ uetustum in Bethica positum a libero patre. quo tempore uictor Hispaniam lustrabat. inter estuaria Bethis quē admodum auctores sunt. Strabo Plinius & Ptolomeus appellaramq; Nebrissam a nebridibus dammarum pellibus quarum erat usus in sacris: quae Bacchus illo in loco instituerat: dicente Syllio Italico punicorū libro tertio. At Nebrissa dionyseis conscia thyrsis. Quam satyri coluere leues redimitaq; sacra nebride:& hortano menas nocturna lyeo. Nam temporibus secundi belli punici iam floruisse Nebrissam atq; singularem in eo bello operam Hannibali nauasse idem Syllius testatur. Grāmaticus. Nomen est professionis: neq; enim dedignati sumus nos a professione censeri: quae nobis tantum honoris peperit quantum etiam me tacēte obtrectatores mei confitentur. Praefatio. Sic latinae dicitur. qui graecae prologus siue prohemium appellatur. In recognitionem cōmentariosq;. Et cur utrunq; fecerit: causas in ipsa praefatione narrabit. Introductionum. Iā ab ipso statim operis initio profitemur nos non artem grāmatices absolutam & cui nihil addi possit sed itroductiones tantum latinas scribere: ne quisq̄ possit calumniari nos aliquid omisisse eorum quae ad grāmaticen pertinere existimantur: quod assequi erat infiniti cuiusdam operis: quod magis obesse q̄ prodesse poterat iis maxime quibus introductiones nostrae scribuntur. Bis ediderat. Priores ad per q̄ Reuerēdum patrem ac Illustrissimum dominum Petrum Mendozam. S.R.E. Cardinalem Hispanū. Quae quia hominibus carmini Alexandrino assuetis non multum placebant. secundam adiecimus ad nobilissimum adolescentē Guterium a Toleto: in qua illa tātum uersibus complexi sumus: quae cum sint uaria atq; de rebus minutissimis differentia. in promptu pueris habenda erant quod uidetur posse facilius carmen de se praestare.

FINIS

FINIS.

ANTO. NEBRI.

THales ille milesius. Hæc præfatio in tres partes distribuitur. Prima enumerat causas cur auctor introductiones suas iam bis æditas recognouerit. Secunda cur in illas cõmentarios adiecerit. Tertia cur Isabele hispaniarum regine potissimum dedicauerit. In prima pfationis parte artificiosa quadam insinuatione utitur. Nam cum inconstantiæ ac leuitatis nec minus ignorantiæ signum uideri posset totiens idẽ opus ædere: excusat se auctoritate milesii Thaletis: qui cum aliquando interrogaret quis esset sapiens: respõdit tempus q omnia inuenit. Hoc igitur auctore dicit quædam operi suo adiecisse: quædam rursus detraxisse. Deinde subdit aliam adhuc causam opus illud emendandi: q inscitia quorũdam atq; ignorantia impræssorũ librariorũq; multa fuerant ex exemplari deprauata: quæ tamen suis locis reddẽda sunt. Dicit igit pponens. ¶ Thales milesius. Quẽadmodũ diogenes laertius scribit Thales patriam habuit phœniciam postea uero ciuis mileti ascriptus quæ fuit urbs in ionia clarissima: obtinuit ut milesius potiusquã phœnix cognominaretur. ¶ Ille: hoc in loco emphasim quandam habet auctore ualla. Qui fuit unus ex numero septem sapientum. ¶ Idemq; primus in ordine. s. illorũ septem. Nam cum adolescentes ionii iactum retis a piscatoribus emissent: essetq; inter illos de tripode aureo cum piscibus educto exorta cõtentio: ex Apollinis oraculo qd iubebat ut tripus ille sapientissimo traderet: utriusq; partis cõsensu Thaleti datus est. Hinc igitur primũ sophiæ. i. sapientiæ nomen exoritur: quẽadmodũ philosophia a pythagora. ¶ Illorũ septem: hi ppe oium consensu fuerunt Thales milesius. Solon salaminius. Chilo lacedemonius. Pittacus mitileneus. Bias prieneus. Cleobulus lindius. Periander chorinthius: q̄q̄ Plato in protagora huius loco Misonem cheneum numerauit. ¶ Sapientiæ studiosos. i. sapiẽtes: non illi quidẽ simpliciter sapientes illa. s. sapientia. quã adhuc mortalis nemo est consecutus: sed ut uulgus: uitaq; cõmunis loquit: quæ appellat sapientes uiros ingenio doctrinaq; præstantes. ¶ Interrogatus aliquãdo: Interrogandi causa illa fuisse uidet: q cũ sapientiæ nomen ut Paulo ante diximus nuper esset inuentũ: atq; illi septẽ qui sapientes esse putabant: professionẽ tanti nois recusarẽt: interrogatus thales quis igitur esset sapiens. Tps respondit: & subdidit cãm. Quia oia inueniat. ¶ Euestigio. i. con[illegible] statim: dictum ab eo q in eodẽ uestigio insistentia fit. Deinde ppositã sniam cõmendat simul & exponit dicens. ¶ Præclara me hercule uox: hercule aduerbiũ est iurandi: quod tam etsi uidet significare per Herculẽ: uel ita me hercules amet apud nos tantũ aduerbium est dei obtestatione aliquid affirmantis. Nam q diuus Hieronymus phibet nos huiusmodi sermonibus: uti scribens in illud euangelii de filio prodigo & frugi. Absit ab ore christiano iuppiter oipotens: & me hercule me castor: loquendi modus ille sua ætate fuerit forte periculosus: cum adhuc Romæ cõplures ex gentilitate superessent: nro uero seculo qs adeo infirmus est ut offendat siue ut græci dicunt scandalizet: cũ audit me hercule: me castor: & qd poeta nr dixit. Aquel con quiẽ iuppiter tuo tal zelos.

¶ Ad optimam: eandẽq; maximã Augustã Isabelam huius nominis tertiam hispaniæ ac insularum maris nostri Reginam clarissimam. Aelii Antonii Nebrissẽn. grãmatici in recognitionem cõmentariosq; introductionum suarum: quas de sermone latino bis ædiderat. Prologus incipit fœliciter.



THales ille milesius qui fuit unus idemq; primus illorum septem: quos græcia iactat sapientiæ studiosos: interrogatus aliquando quisnam esset sapiens. Tempus inquit: subiecitq; euestigio causam. Quod omnia inueniat. Præclara me hercu-

CHRI. SCOB.

AD optimam: Vti uel non uti in scribendis prohemiis rhetorico artificio possunt auctores; quippe id humani ingenii solum refert: laborant igitur auctores artificiose dicere: si quid negocii habẽt: quod artem mereri uideatur. Qualis præsens prologus est. Quẽ si quis attentissime aduertat: nihil inueniet: qd non & arte & laude dignissimum iudicet. ¶ Ad optimã: pauci auctores personam ad quã siue prologus siue epistola mittatur: personæ mittenti prætulerunt: ut auctor hoc fecit loco. Quanq̃ quem imitet habuit Martialẽ ad domitianũ lib. viii. ita scribentẽ. Imperatori Domitiano Cæsari augusto Germanico datio Valerius Martialis salutem. ¶ Optimã eandemq; maximã: Nescio an semel hæc duo epitheta optimus maximus in diomate latino copulentur mediã coniunctione: quin potius citra coniunctionẽ offendunt. Salustius in inuectiuis. Iuppiter optimus maximus in conciliũ deorũ admisit. Cicero in clodium reperietis pro patria uocem Iouis optimi maximi promoueri. Lactãtius institutionũ lib. i. Hic iuppiter optimus maximus tanta religione cõstrictus: Plautus uero in menoc. pluraliter scripsit: qnq; sint optimi maximi ualla tamen in Iliados translatione ita pronomen interposuit. Iuppiter pater idem optimus maximus: cũ aliis uero nominibus aliquid interponere non dubitauerim ut idem in eodem opere: o iuppiter maxime & augustissime. Ci. tamen lib. iii. de finibus coniunctionẽ interposuit: atq; etiã Iouem quũ optimũ & maximũ dicimus: quã tamen ob rem Ioui hæc duo epitheta dentur Cicero pro domo explicuit dicius quo circa capitoline iuppiter quẽ Populus Ro. propter beneficia optimũ: ppter uim maximũ nominauit: quũ de aliis rebus præter Iouem loquimur liceat coniunctione uti uarro de carne loquens lib. ii. de agricultura equis succidias galli optimas & maximas facere cõsueuerunt idem de asinis præcipiens: ego inquit: de asinis potissimus dicam: ubi optimi & maximi sunt. ¶ Eandemq;: dictio composita a ab is ea id & demũ est: significat aliq̃do ẽt

ut Cicero eſt hinc coniuncta beneficentia: quã eandem uel benignitatem: uel liberalitatem appellare licet. ¶ Thales ille ex Lactantii firmiani iſtitutionum lib. primo exceptum eſt hoc: ait. n. Thales ille mileſius qui unus ex numero ſeptem ſapientium fuit: qui primus omniũ & reliqua. ¶ Sapientiæ ſtudioſos: idem Lactantius libro ſecundo at enim uerecundiæ cauſa ſtudioſos ſe ſapientiæ: non ſapientes uocauerunt. ¶ Vox præclara: Ciceronis imitatio eſt officiorum libro tertio. Magnifica uero uox & magno uiro digna ſentẽtia: quæ declarat illum & in ocio de negociis cogitare & in ſolitudine ſecum loqui ſolitum.

le uox & tali uiro digna ſententia: quæ declarat nullam eſſe artẽ ex iis quæ ſunt humano ingenio adinuentæ: quã non tẽporis lõginquitas abſoluat. Hic & Ariſtoteles tẽpus inquit rerũ repertor eſt adiutorq; probus: unde & artiũ facta ſunt additamẽta. Quod cum athalete primum deinde ab Ariſtotele poſt annos circiter tercentum dictum ſit; Cleobulus Lindius: qui fuit prope Thaleti contemporaneus ad eas artes cõtraxit: quæ ſunt circa ſermones qualis eſt grammaticæ: quam nos profitemur. Cuius ea de re uerba nos in diſtichon ſic redegimus.

Copia uerborum rerumq; inſcitia uerſat.
Mortales. Tempus perficit atq; ſapit.

Et profecto ita ſe res habet. Nam quemadmodum in frumenti ſatione proximo luxuries illa ſegetum procreatur: quam in hærba tenera depaſcendam eſſe Maro præcipit. Tum calami ad certa quædam

CANTO. Tali uiro emphaſim hẽt: quaſi uelit dicere illo q̃ ſit ab oĩbus ſapientiſſimus iudicatus. ¶ Humano ingenio: Nam quæ diuinitus reuelantur: temporis momento poſſunt ĩfundi: quanq̃ & ille temporum diuturnitate quibus non ſunt reuelate acquirantur. ¶ Abſoluat: hoc per accidens fit. Nam Ariſtotele auctore libro phyſicorum quarto tẽpus corruptionis per ſe cauſa eſt: generationis uero per accidẽs. Vnde eodem teſte prouerbiũ fuit apud græcos omnia tẽpore ſeneſcere atq; corrũpi. ¶ Hinc & Ariſtoteles: Superiori thaletis ſententiæ aſtipulari dicit Ariſtotelẽ qui primo de moribus libro ſcribit: tempus eſſe quod res inuenit adiuuatq;. ¶ Tempus inuentor adiutorq;: nam teſte priſciano maſculina & fœminina uel duorum cõmunia in. or. ĩueniuntur ẽt neutris coniuncta. ut Verg. x. æneĩ. Italiã petiit fatis auctoribus eſto. Illud quoq; figurate dicitur tempus res inuenire cum intelligendum ſit ab hominibus in tempore inueniri. ¶ Vnde: ideſt a quo tẽpore. Sic Vergil. genus unde latinum. i. a quo latino. ¶ Artiũ: ſiue ille ſint practice: ſiue theorice. ¶ Facta ſũt additamenta: Nam ſic artes abſoluunt: ſi noſtris atq; aliorum inuentis quottidie aliquid addamus. Sed quemadmodum diximus hoc per accidens fit: nam per ſe tempus cauſa eſt obliuionis atq; artium interitus. ¶ Quod cum a Thalete primum: Quod thales primum deinde Ariſtoteles in genere dixerunt. Tempus omnia inuenire: Clobulus propriæ ad eas artes contraxit: quas ſermocionales appellãt. Nam omnes artes ſiue ſcientiæ aut ſunt de rebus aut de ſermonibus. De rebus aut ſunt practicæ quarum finis eſt actio ſiue opus: aut theorice: quarum finis eſt contemplatio quo in genere ſunt Phyſica. Mathematica. Theologia. Circa ſermones quoq; tres uerſantur. Grammatica. Dialetica. Rhetorica. ¶ Poſt annos trecentos: Nam floruiſſe thaletem circa olympiada: quinquageſimã quo tempore Iudeorum captiuitas fuit. Babylone auctores ſũt Laertius. Diogenes atq; Euſebius Pamphili. Ariſtotelem uero circa olympiada centeſimam uigeſimam omnes confitentur. ¶ Cleobulus: Hic quemadmodum ſuperius memoratum eſt: unus fuit ex numero ſeptem ſapientium. Euagore filius natus. Lindi: quæ fuit urbs nobiliſſima inſule Rhodi. Sunt qui dicant hunc non Lindium: ſed ex Caria fuiſſe: quæ regio contra Rhodum in Aſiæ continenti ſita eſt. ¶ Thaleti contemporaneus: Nam ſeptem illi quos diximus omnium prope conſenſu fuiſſe ſapientes ſynchroni hoc eſt contemporanei fuerunt: quandoquidem circa olympiada quinquageſimã floruiſſe omnes fatentur. ¶ Ad eas artes contraxit. i. reſtrinxit: & ex genere ad ſpeciẽ reduxit. ¶ Quæ circa ſermones: ideſt quas Græci logicas. Latini ſermocinales appellant. ¶ Qualis eſt grammatice: ideſt quo in genere eſt habenda; quoniam circa ſermonis congruitatem uerſatur: quẽadmodum Rhetorica circa ornatũ Dialetica circa ueri falſiq; diſſertionẽ. ¶ Cuius: Hoc eſt Cleobuli uerba q̃ illa ſoluta oratiõe dixit: nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtichon. i. in duos uerſus: hoc mõ. ¶ Copia uerboꝛ rerũq; ĩſcitia uerſat &c. Quaſi uelit dicere hoĩes in adoleſcentia duabus rebus inuoluuntur: hoc eſt reꝛ ignoratiõe & uerboꝛ abundantia: ſed poſtea ætate pficiunt & ſapiũt. Quã ſniam ſimilitudine q̃dã deinde exponit dicẽs; q; quẽadmodũ in frumẽto ſato multa pcreantur: quæ nihil ad rẽ ptinent: qbus neglectis tm̃ ſemina legunt: ſic hoĩes cũ reꝛ inſcitia tenent: abundãt uerbis q̃ſi herbis floribuſq; quibuſdã: cũ uero incipiunt ſapientiæ grana legere: uerborum illam redundantiam contẽnunt. ¶ In frumenti ſatione. i. in frumento iam ſato. ¶ Luxuries illa ſegetum: Quæ ex nimia terræ atq; anni fertilitate prouenit. ¶ In herba tenera depaſcenda: Id debere fieri Plinius libro ſecundo naturalis hiſtoriæ his uerbis præcepit. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat: & depaſte quidem uel ſæpius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt. ¶ Maro præcepit: Vergilii uerba ſunt ex primo geor. li. Quid q̃ ne grauidis pcumbat culmus ariſtis. Luxuriem ſegetũ tenera de paſcit in herba. ¶ Tũ calami. i. poſt frumenti herbam calami pcreãtur. ¶ Ad certa: puta q̃rtma uel q̃nta internodia.

CCHRI. Inſcitia uerſat mortales: uerſat frequentatiuũ a uerto eſt: eſt autẽ uerſare aliq̃ rem ultro citroq; inuoluere: & uerſari in aliqua re aſſiduũ eſſe. Plinius iuriũ lib. iii. ad uoconiũ uiuit. n. uiuetq; ſemp atq; etiã latius in memoria hoĩum & ſermone uerſabitur Vergi. Noua pectore uerſat cõſilia.

internodia: tum spicæ: quarũ gratia nugas illas natura ludẽs produxerat: quasq; ab agricolarum spe. M. Varro dictas esse putauit: tum uero aristis folliculisq; neglectis grana ipsa deglubunt: sic in ætatis flore: in qua hoies rerũ prope oium ignoratiõe tenent: magis abundãt uerbis. audatius loquunt. temere asseuerãt: ut recte Quintilianus nr̃ dixisse uideat. quo q̃sq; minus ualet: eo se magis attollere ac dilatare conat. quẽadmodũ statura breues in digitos erigunt. Cũ uero incipiũt aliquid sapere minus minusq; uerba effundunt: nihil sine temperamento illo forte affirmãt: ut iam nullum sit maius sapientiæ signum q̃ taciturnitas: quemadmodum e diuerso nullum maius ignorantiæ q̃ loquacitas. Hæc idcirco sunt a me clarissima priceps tam multis repetita: ut nemo miretur si introductionum. latinarum editioni secundæ cui nihil iam addi posse uidebatur: quædam adiecimus quæ nobis interim tempus rerum omnium inuentor suggessit: quædam rursus detraximus: quæ uidelicet ætatis iam ingrauescẽtis ratio elimare suadebat. An mihi nõ liceat in opere presertim meo facere: quod licuit multis sacrarum atq; sæcularium litterarum scriptoribus: qui non modo in aliorũ libris quosdam locos

CANTO. Internodium appellatur illud quod duobus calami nodis hoc est geniculis continetur. ¶ Tum spicæ. i. post calamos pcreant spicæ. Quarum gra. i. causa uel fine. ¶ Natura ludens. Ac si dicat ociosa: q modus loquẽdi frequẽs est. ut apud Pliniũ lib. nono cũ de cõchis scribit: in qbus ait est magna ludẽtis nature uarietas. Et in sacris litteris puer. c. viii. Ludens corã eo oi tpe: ludẽs in orbe terrarum & illud psalmographi. Draco iste quẽ formasti ad illudẽdũ ei. i. cũ quo q̃si p ociũ luderet. Quasq; ab agricolarum spe. M. Varrõis uerba sũt in prio lib. de re rustica. ¶ Spica aũt a spe noiata ur: eã. n. qd sperãt fore: serũt. ¶ Tũ uero aristis. Eodẽ auctore spica tria habet. granũ. glumam. & aristam granũ a gerendo dictũ: quia ut id spica gerat frumẽtũ seritur. gluma a glubẽdo: qd eo folliculo detracto deglubat: hoc est detrahatur granũ. Nã gluma pprie folliculus ẽ eius fici: quẽ edimus. & p trãslationẽ frumẽti siliq̃ uel uagina. arista uero dicta: qd pria arescit. ¶ In ætatis flore. i. in adolescẽtia. ut Iuuẽa. flos asiæ ante ipm pcio maiore parus. ¶ Ignoratiõe. Propter rerum iexperientiã abũdãt uerbis: qd uitiũ simul ætatis & ignorãtie est. ¶ Temere asseuerãt. i. sine causa asseuerate affirmant. Quintilianus noster: Vel qa Hispanus ex Calagurri citerioris Hispanio oppido. aut noster qa Latinus. aut qa hũc auctorẽ i hoc potissimũ ope secuti sumus. Verba Quintiliani oratoriarum institutionũ lib. ii. sunt. Prima est eloquentie uirtus pspicuitas. & quo quis igenio minus ualet: hoc se magis attollere ac dilatare conat. ut statura breues in digitos erigunt: & plura ifirmi minant. ¶ Cũ uero icipiũt. Ecõtrario dicit oĩa senes facerẽ. ¶ Minus minusq;. Cõtra id qd dicit magis abũdãt uerbis. ¶ Nihil sine tẽperamento illo forte. Cõtra id qd dixit. Temere asseuerãt. ¶ Forte aduerbiũ tẽperamentũ est philosophorum Academicorum maxie qui nihil affirmar audẽt. ¶ Taciturnitas. ¶ Vnde Iuuena. de simulatis philosophis dixit Rarus sermo illis & magna libido tacenti. ¶ Loquacitas. A qua sermo Hispanus elegãter: quẽadmodũ & multa alia furiosos & isãos appellat locos: q̃si locutuleos & loquaces. ¶ Hæc idcirco. Ex supioribus colligit auctor se tpe admonitũ quædã introductiõibus suis adiecisse: quædam rursus detraxisse: atq; licuisse sibi in ope suo: qd licuit aliis in alieno atq; ẽt in pprio ope facere. ¶ Princeps. Nõ. Princissa: aut prĩcipissa: quẽadmodũ neq; Docissa aut comitissa. ut idocti qdã dixerũt. cũ Prĩceps dux comes. duorum generũ cõmunia sint. ¶ Tã multis. Subaudi uerba repetita q̃si a lõge petita. ¶ Quædã adiecimus. Perpauca illa qdẽ & q̃ suis locis reddẽda sũt. ¶ Quæ tẽpus subiecit. i. q̃ iter legẽdũ postea occurrerũt tpe illa suggerẽte atq; subministrãte. Quædã detraxius: sed hæc pautiora: & Quæ ætatis igrauescẽtis rõ. i. senecta q̃ plærisq; grauis & modesta ur: ut Cic. i catõe maiori õndit. Eliare id ẽ lima ueluti q̃dã deterere. ¶ An mihi nõ liceat. Supiorẽ cõclusionẽ a pũdicio arguẽs adhuc cõfirmat. ¶ In ope pserti meo. Ac si dicat lz hoc i ope aliẽo facer: ergo mlto magis hoc i pprio ope licebit. ¶ Sacrarum. Quib9 xpiana religio cõtinet. ¶ Sæcularium id ẽ pfanarum. Nã qa pfanũ a nr̃is i malã p̃tẽ accipit p eo qd nõ ẽ sacrũ sæcular. dicũt: cũ ois res aut sacra sit aut profana. sæculare uero sit qd ad sæculũ ptinet. ut ludi sæculares: carmẽ sæculare. qd utrũq; sacrũ est.

CHRI. Quædã adiiecimus alludit ad illud Quintiliãi in li. i. quare in his quoq; libris erunt eadem aliqua mutata plurima adiiecta: omnia uero compositiora: & quã nos poterimus elaborata tempus subiiecit idem hoc præcipit Quintilianus capite de emendatione. Nec dubium est. ait ille optimũ esse emendãdi genus. Si scripta in aliquod tẽpus reponant. nam & damnãda sunt: quæ placuerũt: & inuenienda: quæ fugerũt tempus inuentor sub hac forma loquendi neutrum & masculinum genus conueniunt. Licet non uoce: conueniunt tamen significatione: nomina autem uerbalia in tor & in trix suapte significatione pœne adiiectiua ad neutrum eẽ uidentur. dicimus enim luctator uinũ & arma uictricia. Plautus in aulularia: uinũ luctator est dolosus. Iuuenalis satyra. vi. Mullorum iubis & captatere macello. Virg. li. iii. æne. uictricia arma secutus qd licuit multis Hypocrates clarus medicinæ artæ uidetur honetissime fecisse. Quod quosdã errores suos ne posteri errarent cõfessus est. Cicero etiã ipse nõ dubitauit aliquos suos iam editos libros dãnare ut Quĩtilianus scribit etenim supuacuus foret in studiis labor lõgior: si nihil liceret melius inuenire pteritis. In aliorum libris de hac re sic optime scribit Valla. nõ illi iniuriã fieri: qui repræhendit: si modo recte repræhendatur.

ℭANTO. Infamiæ nota ostendēdo libros illos heresim aut falsitatē aliquā cōtinere. ℘ Inusserunt. Quasi igne atq; cauterio signū ipræsserūt.qd seruis erronibus aut fugitiuis fieri cōsueuit. ℘ Libros retractationū. Quēadmodū diuus Aurelius Augu. q in opa iam edita libros retractationū fecit. ℘ In eos qui ante nos.id est a quoꝝ præceptis atq; doctrina nōnunq̄ discessimus. ℘ Posteris: in est futuris. ℘ Me uiuo & sentētie. Ex martiale sumptū est: qui libro epigrāmatō primo scribit. Cui lector studiose qd dedisti. Viuenti decus atq; sentienti. ℘ Itaq; ego. Supioris adhuc cōclusiōis rōnē exēplo. Græcoꝝ cōfirmat. q in opibus ab aliq̄ arte ꝑfectis præterito iperfecto tpe subscriptiōes apponebāt: illud significare uolētes: nullū esse mortale opus cui non aliqd desit: qd tpe suppleri possit. ℘ In hac quoq; pte. De qua sum statim dicturus. ℘ Statius & imaginib9. Statue ex materia solida sūt ueluti auro.argēto.ere. ligno. marmore. ℘ Imagines uero sūt ēt ex colorib9. Vt mos artificū est. Qui in basibus statuarū tabularūq; calcibus noīa sua subscribere consueuerūt: dūmodo opera illa nō eēnt publicis impēsis facta. Nā fuit lex: quæ adhuc hodie extat in codice Iustiniāo: ne qd operi publico liceat iscribere. Et Cice. lib. Thusculanarū qōnū primo. Quid.n. Phidias sui similem speciē iclusit in clypeo. Mineruæ cū iscribere non liceret. ℘ Lyssippus fecit aut Polycletus. Tota hæc clausula pœne aduerbū ex Plinii præfatiōe in libros natu. histo. trāslata est. Ex illis ingt nos uelim itelligi pingiq; cōditorib9 quoꝝ in libellis his iuenies absoluta opa. & illa quoq; q̄ mirādo nō satiamur: pendenti titulo iscripsisse ut Apelles faciebat aut Polycletus: tanq̄ ichoata semp arte & iperfecta. Vt cōtra iudicioꝝ uarietates superesset artifici regressus ad ueniā: uelut emēdaturo quicquid desideraret si nō esset iterceptus. ℘ Lysippus & Policletus. Statuarii fuerūt: quoꝝ opa idē auctor illustrauit lib. xxxiiii. ℘ Fecit. Tpe ptō pfecto: ne significarent opa sua fuisse ab illis absoluta qd nihil illis addi posset: quodq; ipsum magne inuidie haberet: ut idē Plinius ē auctor. ℘ Sed titulo ipendēti. Quasi tpe iperfecto Faciebat: aut pingebat: qd faciebant. Vt superesset artifici regressus ad ueniā id ē ex eo qd populus de suis opibus iudicaret. ipi opus emēdarēt. Artifici inq. Velut emēdaturo quicquid desideraret id est deficeret. nam & hoc quoq; significat Desidero. ℘ Si nō esset interceptus id est morte raptus. ut Lucanus in prīo Abstulit ad manes parcaꝝ: Iulia seua intercepta manu. ℘ Quid quod & illa. Aliā quoq; fuisse causam recognoscēdi secundā editionē dicit: quia fuerūt nonnulli q aut ignorantia aut ausu quodā temerario pleraq; loca iuerterūt. ℘ Impræssoribus: id qui libros torculis imprimunt: quos qdā calcographos appellāt. hoc ē ereis litteris chartas iprimēdo scribētes. ℘ Librariis. Qui libros calamo uel pēna scribūt: nā q uendūt bibliopole dicunt. ℘ Detorta. id est a uero exēplari deprauata. ℘ Cū prototypo meo. id est primo illo meo atq; archetypo exēplari. ℘ Cōtuli. id est cōparaui. ℘ Et qd aberrauerat. id est a uia recta deprauatū fuerat. ℘ Ad lineā ueritatis. id est ad regulā reduxi. ℘ Hos uero cōmētarios. Hæc est secunda ꝓlogi ps: in q̄ duas affert causas: cur in itroductiōes suas auctor hos cōmētarios ediderit. Quaꝝ prīa est: qd reddēda fuit ratio: cur ab antiqs grāmaticis aliquādo discesserit. ℘ Amicis. Qui putabant a me fuisse scriptū: quod nec suspicatus quidē sum aut cogitaui. Alienoribus. i. nō amicis. qui suā ignorātiā simul & maliuolentiā in meos libros trāstulerūt. ℘ Multis in locis. Et q illi sint in ipso cōmētarioꝝ discursu patebit. Antiquoꝝ. Puta Diomedis. Phoce. Seruii. Prisciāi. Donati. Iunioꝝ. puta Alexādri. Ebrardi. Catholici. & ex iis q supsunt Peroti. Verulāi. Nigri. Mācineli. ℘ Sed cū possemus. Se id pparce dicit fecisse: cū posset adhuc aliis in locis idē facere. ℘ Cōpendio. i. breuiori uia: sicut dispendiū est uie ambages. ℘ Modice. i. cum modo.

ℭCHRI. Addere detrahere cōmutare hoc Quītil. pceptū ē. pmere tumētia: hūilia: extollere: luxuriātia: stringere: iordinata dirigere: Soluta cōpōere: exultātia cohercere. debem9. Si nō eē itercept9. Intercipio. is. nō poeticū mō uerbū est. Sed & oratoriū. Quinti. li. vi. Vt si me: qd æquū & optabile fuit. Facta itercepisset: pceptore tū patre uteref id qdē modice. Nā si quātū de quaq; re dici pōt ꝓsequamur: finis opis non reperietur:

infamiæ nota inusserunt: uerū etiā in propria opera libros retractationum edidere. Quod licuit nobis in eos: qui ante nos artis grāmaticæ ꝑcepta tradiderūt? Quod deniq; posteris: meq; etiā uiuo & sentētie præsentibus licebit: ut aliquid uelit operi meo addere: nō nihil etiā detrahere: quædā rursus in alium ordinē cōmutare? Itaq; ego græcoꝝ prudentiā quēadmodū cæteris in rebus: in hac quoq; parte uehemēter admiror: q statuis & imaginibus nō scribebāt (ut mos artificium est) Lyssippus fecit aut Polycletus: sed titulo impendenti Lyssippus aut Polycletus faciebat: ut contra iudiciorum uarietates superesset artifici regressus ad ueniam uelut emendaturo quicquid desideraretur: si non esset interceptus. Quid quod & illa: quæ fuerunt ab impressoribus & librariis detorta: cum prototypo meo: unde omnes codices emanarunt: contuli: atq; ad lineam ueritatis quod aberrauerat: quam diligentissime reduxi. Hos uero commentarios edendi causa illa in primis fuit: quod cum multis in locis a uulgata præcipiendi uia discesserim: reddenda fuit a nobis ratio tum amicis tum etiam alienioribus. cur antiquorum iuniorumq; auctoritate neglecta: præceptiōes quasdam ausus sum i aliam formam commutare. Quod cum possemus pluribus adhuc aliis in locis magno huius doctrinæ cōpēdio facere: fecimus id qdē modice: uel

CANTO. Intra modũ.i.adhuc artius q̃ in modo. Plurimũ intereat.i.magnũ cõpendiũ atq; emolumẽtũ: & ut sic dicã huius doctrinæ lucrũ faceret. Deinde qđ cũ. Hæc est secũda causa cur cõmẽtarios hos ediderit: quia itroductiões ille fuerũt simplices: quippe quæ pueroꝝ eruditiõi scripte sunt. nũc uero in hoc opere cũ adultis. uel potius cũ ipsis p̃ceptoribus sermo habẽdus est. Ingẽio tumultũ faceret. Horatianũ est. Stomachoq; tumultũ lenta feret pituita. uides ut pallidus ois cena desurgat dubia. Cũ uero iam. Q.d. cũ erãt pueri ac rudes in studio litteraꝝ. danda fuit illis doctrina simplex & q̃si lac paruulis ut Apostolus ait. Sed

intra modum potius. ne alicuius nouitatis essemus auctores: nisi ubi plurimum intereat hoc uel illo modo p̃ceptiões quasdã tradi. Deinde quod cũ introductiões nostræ pueroꝝ eruditioni scriptæ sint habẽda fuit ratio ut essent quã simplicissimæ ne q̃si ciborum redundantia stomacho: sic præceptorum uarietas illorum ingenio tumultum faceret. Cum uero iam in litteris aliquãtulũ progressi sunt. quasi solidior quidam numerosiorq; cibus est illis porrigendus. ut non modo lac pulpamentũq; degustẽt. uerum etiam ossa neruosq; possint obrodere. Quare nõ tã cũ rudibus nouiciisq; rei litterariæ professoribus: quam cum prouectis uel potius cum magistris ipsis sermo mihi in his cõmentariis habendus est. Tuæ uero celsitudini extremũ hũc artis grãmaticæ laborẽ meum dedicãdi illa ratio maxime fuit: quod nemo est: q nõ intelligat quãtæ sit tibi curæ rem publicã hãc Hispanã cũ cæteris rebus: tum uel præcipue in re litteraria quã florentissimã efficere. Quanta diligentia dulcissimos liberos tuos in hac disciplina erudiendos curaueris. Quam tibi sit iucundum quod nõ modo adolescẽtes nobilissimi: q sunt tuo ministerio dedicati; uerũ etiã reliqui oẽs omniũ ætatum atq; ordinũ hoies dent operam uel præcipuam litteris: quas ante hac quasi nimis delicatas atq; animoꝝ eneruatrices oderant. Quodq; alter sexus de se iam p̃stat: quod uiri ante hac uotis omnibus uix audebant exoptare. Nam quid ego referam quas ad me litteras ab hinc septenniũ Celsitudo tua dedit. Quas præterea mihi Archiepiscopus Illiberritanus ex tuis uerbis atq; sententia reddendas curauit: ut introductiones meas: quas de sermone latino edideram: e regione uersuum

prouectis & in ætate p̃gressis porrigẽdus est doctrinæ solidior quidam cibus.i.durior. & numerosior.i.magis uarius. Lac pulpamẽtũq;. Adhuc in translatiõe cibi ad doctrinam perstat: ut lac pulpamentũq; sit doctrina simplex & facilis. Nã pulpamẽtum est corpus sine ossibus: quod facile mandi cõficiq; dentibus potest. Ossa uero & nerui sunt difficultates doctrinæ secretioris: quæ non nisi a grandiusculis penetrari perspiciq; possunt. Quare non tam. Ex superioribus infert cui lectori hos cõmentarios scripserimus. Tuæ uero celsitudini. Hæc est tertia pars præfatiõis in qua ponuntur ratiões cur hoc opus celsitudini regie dedicatum sit. Extremum laborem. Quia nobis i animo est postea q̃ antiquitates Hispanienses absoluerimus: omne reliquum uitæ nostræ tempus in sacris litteris consumere. Quante sit tibi cure. Hæc est ratio cur frontem perfricuit auctor: ut rem tenuam atq; ieiunam tante maiestati dedicarit. quod multis argumentis intellexit: quanta illi cura sit ne rei Hispanæ hoc unum sermonis latini ornamentum desit. tum quod in eo liberos erudiendos curet. tum quod omnes alicui putant se rem iucãdissimam illi facere quod dent operam litteris præcipuam quodq; iam a fœminis expectatur: quod uiri ante hac uix optare audebant. In hac disciplina. Hoc est grammaticæ de qua nunc scribimus. Adolescentes. Exoletos purpuratos regios itelligit. Omnium ætatum. Quia etiam adulti iam hoc aggrediuntur. Alter sexus. Scilicet a uirili hoc est muliebris. Nam quid ego. Aliud quoq; signum affert. cur huic maximæ cure Regina intendit: quod ad auctorem dederit litteras humanissime scriptas: quibus illum admonebat. ut introductiones latinas e regione uersuum Hispanienses faceret: ad eum modũ quẽ præsul Illiberitanus illi præfinisset. Quas litteras. Q.d. quã comiter atq; clementer scriptas. Archiepiscopus. Ferdinandus a Talabrica regius Sẽator atq; illa tẽpestate p̃sul Abiiẽsis. Illiberritãus. Illiberri urbs ẽ: q nostro sæculo Granata dicitur: quæq; annis superioribus in deditionem Christianoꝝ uenit cum annos circiter octingentos sub ditione Penorum Mauritanorumq; fuerit. E regione id est ex opposito: hoc est ut sermo Hispaniensis sit positus contra latinum.

CHRISTO. Quas ciborum redundantia de hac re ita Quintilianus. Nam ut uascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt. Sensim autem influentibus: uel etiã stillantibus complentur: sic animi puerorum: quantum excipere possint uidendum est: nam maiora intellectu uelut parum aptos ad percipiẽdum animos subibunt. Lac pulmamentũq;. Quintilianus lib. secundo ita præcipit: quin ipsis doctoribus hoc curæ esse uelim: ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant: & satiari ueluti quodam iucundioris disciplinæ cibo. Lactæq; patianẽ. Abhinc septennium. Sic freqũetius quã per ablatiuum. Cicero lib. quarto in uerrem. horum pater abhinc duo & uiginti annos mortuus est. Terentius in andria abhinc triennium quædam mulier commigrauit.

Hispanienses faceremus? Nemo igitur me æquus iudex ambitiose atq; petulanter fecisse putabit. quod leuissimis de rebus scribēs uigilias meas ausus sum maiestati regiæ dedicare. cum præsertim quicquid illud est: quod elaboramus. tuis auspiciis tuoq; imperio simus aggressi: neq;: ut ille inquit: existimari parua debeant: sine quibus magna constare non possunt. An uero est. qui paruam audeat artem illam appellare qua sermo latinus continetur: in quo religionis nostræ in primis sacramenta quasi depositum quoddam fidelissime seruantur? Quæ cum reliquis omnibus disciplinis ita est coagmentata: ut hæc ab illis facile secerni: illæ uero ab hac quemadmodum disiungātur: nec intelligi ullo modo possit. Nam oro te atq; per deum immortalem obtestor quotā sibi uitæ nostræ partem reliquæ omnes disciplinæ uendicant? Quotiēs in eum sermonem incidimus: ut de numeris magnitudinibusq;. Quotiēs ut de uocum astrorumq; ratiōe. Quotiens ut de moribus rerumq; natura: Quotiens ut de medicina deq; ciuilis & pontificii iuris scientia. Quotiens ut de religione atq; de re diuina disputemus? At uero grāmaticæ oī i loco omniq; tempore ita præsto est: ut si quid legas: si scribas: si cum alio loqueris si deniq; tecum ipse quid cogites. sine illa efficere nullo modo possis. Atq; ut de illa Fabius uerissime scripsit necessaria est pueris iucunda senibus: dulcis secretorum comes: & cuius amor ut idem auctor scribit non scolaꝝ tēpibus: sed uita terminatꝰ.

¶ ANTO. Hispanienses uero dixit nō Hispanas: quia introductiōes ille ī Hispanū sermonē non usq; adeo migrare potuerūt. ut nō maximā latinitatis partē retinuerint. Nam hispanū est qd in hispania atq; ex hispania est. Hispaniense uero qd nō pœnitus hispanū. sed aut in hispania ab extremis gerit. ut bellū hispaniēse quod a Romāis in hispania. aut extra hispaniā ab hispanis. ut collegiū hispaniēse. qd est Bononie ab imortalis memorie uiro Aegidio Albornozio. Sanctæ Romāæ ecclesiæ. Cardinali hispano fundatum. Quā dr̃iam uidet obseruare Martialis cū in epistola. xii. libri epigrāmaton scripsit se mittere Romā librū iam nō hispaniēsem sed hispanū. Nā cū supiores libri magna ex pte fuissent rome cōscripti: qa ab hoie hispano: hispanēses poterāt appellari. At uero duodecimus: qa in hispania & ab hoie hispano: recte hispanus dici debuit. ¶ Nemo igitur me. Ex supioribus auctor cōcludit: se non ambitiose fecisse qd opus de rebus leuissimis qualis est grāmaticæ. tante Principi dedicauerit. cū p̃sertim ab ipsa p litteras fuerit admonitus: ut iisdē de rebus scriberet. ¶ Neq; petulanter. Cū grāmaticæ nō debeat res parua iudicari. qd multis rōnibus confirmat. ¶ Ambitiose. Hoc est qd nos insinuauerimus regie familiaritati ut honoris aut aliqn̄ bonā gratiam aucuparemur. a qua suspitiōe se purgat. cū dicit se iussum iisdē de rebus scripsisse. ¶ Petulanter. i. īpudenter & ꝓcaciter. qd uidelicet illepidū fuerit donū: qd ē de rebus leuissimis & parui p̃cii. qd tamē excusat or ostendendo rei litterariæ dignitatē. ¶ Ille inqt. Quinti. est qui oratoriaꝝ istitutionum lib. i. hoc scribit. ¶ An uero quispiā. Necessitatē simul & dignitatē huius artis ostēdit. Sermo continet. Nam hoc p̃stat ars ut sermoni uitiū aliqd irrepere nō possit. ¶ Sacramēta & mysteria & sacra secreta. ¶ Quasi depositū. Hoc ex Quintiliano quoq; deductū est. qui de litteris scribens ait. hic est usus litteraꝝ ut custodiāt uoces & uelut depositū reddāt legētibus. Nam depositū p sanctæ seruādū. & cū reposcit summa fide reddendū est. ¶ Coagmētata. Cōiuncta & cōglutinata. ¶ Hæc ab illis. Nā in hoc eius dignitas ostendit. qd ab aliis oībus est absoluta. cū reliq; sine illa cōsistere non possint. ¶ Nā obsecro te. Necessitatē huius artis demonstrat. qd nulla uitæ pars illius officio uacare pōt. cū reliquæ oēs raro ī usum ueniāt. ¶ Quotā. Interrogatiue. q. d. minimā. quia raro de illis fit sermo. cū sine hac nec momēto. ut sic dixerim. tēporis esse possimus ¶ De numeris. Quod est Arithmeticæ opus. ¶ De magnitudinibus. Quod est Geometriæ. ¶ De uocum ratione. De quibus ex Musica. ¶ Astrorum. De quibus est Astrologia. ¶ De moribus. Quod ad Ethicen. ¶ De rerū natura. Quod ad Physicen pertinet. ¶ De re diuina. Quæ dicitur græce Theologia. ¶ Ita præsto est. id est præsens. ¶ Vt si quid legas. Hic locus ex prohemio Ciceronis in libros de officiis translatus est. ¶ Nulla inquit uitæ pars. neq; publicis neq; priuatis. neq; forensibus. neq; domestici in rebus. neq; si tecum agas quid: neq; si cum altero contrahas. uacare officio potest. ¶ Fabius. M. Fabius Quintilianus qui oratoriarum institutionum libro primo hoc scribit. ¶ Iocūda senibus. Quia etiam citra necessitatem altissimam quoq; eruditionē exercere potest. ¶ Dulcis secretoꝝ comes. Quia uia per illam dulces curas cogitationesq; nostras litteris mādamus. ¶ Cuius amor. id ē uoluptas. q̄ ex illa percipitur. non terminatur. dum in scolis uersamur. sed morte sola.

¶ CHRI. Hispanienses ab hispania duo illa noia quæ differre uult auctor: ut multa latinoꝝ monstrāt exēpla. hispanū & hispaniēse deriuant: qbus etiā hispāicū libeat addi. Victruuius lib. vii. tomices sparto hispanico religent. Gellius lib. viii. scuto pedestri & gladio hispanico cinctus cōtra gallū stetit. ¶ Tecū cogites locus iste ex secūdo Cice. lib. de legibus poene translatus est. qui ait. Nā illo loco libentissime soleo uti. Siue qd ipse mecum cogito: Siue quid scribo aut lego.

Et quisq̃ est adeo stupidus & a cõmuni sensu alienus q audeat hãc artẽ tenuẽ atq; ieiunã appellare & idignã: cuius libri Augustæ nostræ debuerit dicari: cũ uideamus nõ mõ uiros sũmo igenio singularíq; doctrina p̄ditos huius disciplíæ opa maximis pricipibus dedicasse. uerũ etiã duces ipsos iperatoresq; in media totius orbis terraꝝ administratione occupatos uolumia iisdẽ de rebus scripta reliq̃sse. Sed ego demens q de re iã pridẽ celsitudini tuæ cõpertissima pluribus disputẽ. Illud mõ tm̃ hic dicã: qd alio in loco magna scolasticoꝝ frequẽtia testatus sum: tuũ atq; dulcissimi cõiugis tui p̄sidiũ iprolãs. Vos inq̃ clarissimi atq; iuictissimi pricipes: quorum ductu auspiciisq; totius Hispãiæ mẽbra dissipata i unũ prope corpus rediere: curate obsecro ne fœlicitati quã nr̃o sæculo dedistis: hoc unũ latini sermonis ornamentum desit amplissimum.

CANTO. Et quisq̃ est. Ad p̄satiõis epilogũ accedit. A cõi sensu. Nõ queadmodũ physici q potẽtiã illã sopiorẽ qnq; sensib⁹ cõem sensom appellãt. sed ut Cice. p eo in quo pleriq; oẽs sapiẽtes cõueniũt. Sic Quĩti. in prio. Sensom ipm̃. q cõis dr̃. ubi discet. cũ se a cõgressu segregarit. Seneca in epistolis. Hoc phia p̄mittit sensũ cõem & hũanitatẽ. Horati⁹. Cõi plane sensu caret. Tenuẽ atq; ieiunã. i. aridã & sterilẽ. Maxĩis pricipib⁹. ut Iolius pollux ad cõmodũ Cæsarẽ de uocabulis atq; arte Grãmatica. Duce: Imparoresq;. Vt Cæsar q de anologia libros scripsit. Cõpertissima. i. certa & explorata. Alio in loco in repetitione secunda: in qua de litteris disputamus.

CHRI. Ornamẽtũ amplissimũ. uñ Quĩti. q̃re si nihil ad iis oratiõe melius accepimus. Quid tã dignũ cultu ac labore ducamus. aut i quo malimus p̄stare hoib⁹: q̃ quo ipsi hoies cæteris aĩalibus p̄stẽt. & Hercle deus ille princeps parensq; rerũ. Fabricatorq; mundi nullo magis hoiem separauit a cæteris: quæ mortalia eẽnt animalibus: quã dicendi facultate.

Suppositum de auctoribus grammaticæ latinæ: in quo doctissimus quisq; consentit.

Sed qa nostri sæculi scriptoribus eatenus fides adhibẽda est q̃tenus ea q̃ nobis afferũt rõne p̄baoerint. nemoq; est adeo iperitus. q iã nõ itelligat antiqs auctoribus ideo assentiẽdũ eẽ. qa sic locuti sunt. Iuoioribus uero qa qd nobis p̄suadere uolũt. illoꝝ auctoritate freti p̄bare cõtẽdũt necessariũ eẽ duxi hoc in loco demonstrare q̃tũ fidei scriptoꝝ cuiq; sit habẽdũ. Neq; o. oibus illis passim atq; idifferẽter credere debemus: sed illis dũtaxat q floruerũt itra ducẽtos circiter qnq̃ginta annos ab ortu Cice. ad Anto. piũ: hoc ẽ ante xp̄ianũ natalẽ annis cẽtũ ad cẽtesimũ qnq̃gesimũ: ex quo salutẽ xp̄ianã nũeramus. Nã & latinus sermo: queadmodũ & cætera mortalia aliq̃n icepit: habuitq; suã isantiã: i q̃ uix qcq̃ effari potuit. Sic locuti sũt. Ab origies primũ cũ Faunis Vatibusq;. Sic deiceps latini & Albãi. Sic postea Rõani ad annũ q̃rtũdecimũ supra qngẽtesimũ ab urbe cõdita: quo Liui⁹ Liuii salinatoris libertus fabulã prius latinis uersib⁹ edidit. Hũc secuti sũt ex poetis Ennius. Neuius. Plautus. Cecilius. Terẽtius. Pacuuius. Lucillius. Actius. Turpilius. Affrãius. Tintinius. Luci⁹. Laberius. Põpõius. Et Oratoribus. Cethegus. Cato. Sex. Aeli⁹. Gallus. Scipiões Nasica & duo Aphricãi. Gracchi pr̃ & doo filii. Lelius aliiq; cõplures: quos Cice. i lib. de claris oratoribus ad sua usq; tpa cõmẽorat. Ex iure cõsultis. Papyrius Appi duo. Corũcanus. Attilius. Mãilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Crassus. Q. Mutius. Lucilius. Iuuentius. Fuerit itaq; hæc latini sermõis puericia: in q̃ molta qdẽ emẽdate atq; diligẽter: pleraq; tñ nimis antiq̃ duriterq; dicta sũt. At uero illius iuuẽta: i q̃ & lacertos mouere & uires suas ostẽtare cæpit: cũ Cicerõe orta ẽ. cepitq; cũ Cæsare Hadrião cõsenescere. Hac ætate fuerũt auctores illi: q latinã linguã locupletarũt: quosq; imitãdos eẽ dicius. Ex Poetis. Catullus. P. Varro. Lucretius. Verg. Horatius. Mãilius. Tibullus. Propti⁹. Ouid. Germãicus. Auienus. Macer. Persi⁹. Seneca. Lucãus. Vale. Flaccus. Silius italic⁹. Martialis. Iuoẽalis. Papini⁹. Ex Oratoribus uariarũq; reꝝ scriptorib⁹. Cice. Cæsar. Brut⁹. Seruius Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidius. Cato Vticẽsis. Celius. Vitruui⁹. Columela. Celsus. Iginius. Pediãus. Festus. Marcellus. Mela. Apicius. uterq; Seneca uterq; Plin. Quĩti. Ex Historicis uero. Salusti⁹. Nepos. Liui⁹ Vale. maximus. Fenestella. Solinus. Iustius. Trãqllus. Tacit⁹. Curti⁹. Florus. Aemelius. Ex iure cõsultis. Alphẽus. Offilius. Aufidi⁹. Namusa. Flaui . Proculus. Antisti⁹. Celi⁹. Trebati⁹. Casseli⁹. Tubero. Capito. Cassi⁹. Sabini duo. Labeões tres. Nerua pr̃ & fili⁹. Pegasus. Iabolẽus. Celsus. Nerati⁹. Alburnus. Iuliãus. Post Hadrianũ cepit i dies latius s̃mo lãguere & qoodã q̃si senio cõtabescere: qd nimis factũ ẽ sub aduẽtu Gorthoꝝ i Italiã regnũq; Lõgobardoꝝ ad fatalẽ illã totius hũani gñis pestẽ Mahumetheã: q̃ cũ oibus igenuis & bõis artibus sermonẽ quoq; latinũ itercepit. Hãc igiẽ recte dixerius latíæ líguæ senectutẽ: q̃ cũ annos p̄pe q̃dringẽtos qnquaginta egre spiritũ duxisset: tãdẽ cũ iperio populi Ro. extĩcta est. Hoc tẽpoꝝ iteruallo pauci admodũ repiunẽ auctores tolerabiles illi qdẽ: sed q nullo mõ cũ supioribus debeãt cõparari. Ex Poetis & Grãmaticis aliarũq; reꝝ scriptoribus. Ausonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Gellius. Macrobius. Acron. Porphyrion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priscianus. Apuleius. Socraticus. Apuleius grammaticus. Vegetius. Frõtinus. Ex Historicis. Spartianus. Capitolinus. Trebellius. Lãpridius. Volcatius. Vospicus. Eutropius. Damasus. Orosius. Ex iure cõsultis. Arrianus. Aphricanus. Arcadius. Caius. Callistratus. Florẽtinus. Largus. Hermogenes. Martianus. Modestinus. Marcellus. Mela. Papinianus. Paulus. Sceuola. Tryphõius. Venuleius. Vulpianus. Ex iis qui pro religiõe nostra scripserũt. Tertullianus. Iuuẽcus. Cyprianus. Lactãtius. Ambrosius. Hieronymus. Aug. Ruffinus. Sedulius. Licinius. Prudẽtius. Sidonius. Boetius. Cassiodorus. Gregorius. Isidorus. Prosper. Qui sequunẽ: quod ad latini sermõis rationẽ attinet. nec digni quidẽ sunt. quoꝝ meminisse debeamus. Qui auctores cũ sint in triplici tẽpoꝝ diuersitate positi. illoꝝ tm̃ auctoritate nitemur: q fuerũt medii.

E prima declinatiõe. Grãmaticæ artis ĩchoande ratio uaria fuit apud auctores Priscianus a uoce initiũ fecit. Donatus ab octo ptibus oratiõis. Diomedes uero ab ipsius orõnis corpe. Græci a litteris fere oẽs. Nos a declinatiõe noĩs & uerbi auspicati sumus Quintiliãi auctoritatẽ secuti. q oratoriaꝝ ĩstitutionũ lib. i. scribit. Noĩa declinare & uerba in primis pueri sciant. neq. n. alter ꝑuenire ad ĩtellectũ sequẽtiũ possunt. Quare nobis q latini ꝑmõis ĩtroductiões ꝑsertim pueris ediscẽdas ꝓponimus. uisum est in pría huius opis frõte paucoꝝ noium cũ ꝓnoibus & q̃tuor uerboꝝ cũ suis formatiõibus declinationẽ explicare ex quoꝝ analogia siue ꝓportione alia quoq; noĩa & uerba declinari possint. Adiecimus ꝑterea regulas q̃sdã iis de rebus q solent inter pría artis grãmaticæ rudimẽta numerari in quo futurus est huius primi libri finis. Cũ uero declinationes noĩum q̃nq; sint. posuimus ex ordine tanq̃ exẽplaria oĩum q̃nq; declinationũ. reddituri tñ in sequẽti libro expressimus atq; limitatius. qđ nũc cõfuso quodãmodo pueris ediscẽdũ ꝓponiẽ. Nã qui semel cognouerit ꝙ musa facit i gtõ musæ idẽ quoq; facile itelliget. ꝙ ex terra genitiuus erit terre. qđ etsi plerũq; fit. nõ tñ usq; q̃q; ueꝝ est. cũ ex poetica licentia dictũ sit terrai frugiferai. & Neuius apđ Priscianũ dixerit. Runcus atq; purpureus filii. terras ꝑ terre. Quare iam inde a prĩcipio pueri admonẽdi sunt ĩdeclinãdis noĩbus & uerbis nõ semp sed plerũq; ꝓportionẽ se q̃dã eẽ. ne postea mirenẽ. si qđ ꝑter primã rõnẽ illam ĩuenerint. Sed qa primæ declinatiõis noĩum tres repiunẽ noĩatiui terminatiõis i. as. e. es. a. & in. as. es. oĩa sũt græca tãtũ masculina in. a. ꝑtim græca. ꝑtim latina. ꝑtim masculina. ꝑtim fœminina. q̃ huius declinatiõis nullũ est neutrũ nomẽ. ponit unũ fœmininũ terminatũ in. a. hoc est hæc musa. ex cuius ꝓportione reliq̃ in. as. uel in. es. uel in. a. terminata declinari possint. ut hic æneas ænee. hic Anchises Anchisæ. hic byrrhia byrrhie. hæc terra terre. Sed quæret fortasse quispiã qđ mihi uolui cum nominatiuis articulos adieci. quos in aliis casibus suppressi: aut q̃ fuit causa discedendi ab oĩbus grãmaticis antiquis & iunioribus: q noĩa cũ articulis ꝑ oẽs casus ĩflectũt: sequẽdi uero unũ Ioannẽ Pastranã: q etiã noĩatiuis articulos detraxit. Ego ut in hac q̃õne dicã semel qđ sentio: nõ possum satis mirari: cur scriptoribus latinæ grãmatices placuerit noĩa cũ articulis declinare: cũ in seriem oratiõis nunq̃ latini articulus admittãt: quibus reliq; oẽs linguæ utunẽ. aut articuli noĩbus præpositi qđ ad generis distinctionẽ cõferre possint: cũ musa nõ ꝓpterea fœmininũ sit: qa declinaẽ cũ hæc. sed declinaẽ cũ hæc ꝓpterea ꝙ est fœmininũ uel rõne significatiõis: uel qa in. a. terminaẽ. Sed uideo qđ illos deceperit: qđ. s. cũ grãmaticæ latinæ scriptores toti ex græcis pendeãt putauerũt eandẽ eẽ generis rationẽ apud utrosq;. Græci nãq; cũ in seriem oratiõis articulos admittant: iterrogãti musa cuius generis est. rñdebũt fœminini qa declinaẽ & ꝑfertur cũ articulo fœminino: quæ ratio apud latinos nullius est momẽti cũ latinus sermo quẽadmodũ diximus: articulis nõ utaẽ. Cum igitur dicet quispiã articulos noĩatiuis ꝑposuisti? Nimiꝝ ut pueris adhuc rudibus: & qui nõdũ ꝑ regulas possunt genus distinguere: habeãt quasi generis indicẽ illius noĩs qđ declinatur: idq; in ipsa statim declinatiõis príæ positione sufficit. cũ in cæteris casibus impedimẽto potius q̃ adminiculo sit. cũ uero ad secundũ huius operis librum peruenerint. nõ placebit mihi iam illa ratio. ꝙ musa ꝓpterea generis est fœminini. quia declinaẽ cũ hæc. quin potius rõne significatiõis ꝑ illam regulã. Mascula sunto tibi quasi mascula. fœmineũq; sit quasi fœmineũ. Aut rõne terminatiõis per illam. ¶ Nomẽ quod sit in. a. finitũ dic muliebre. ¶ De secunda noĩs declinatiõe. Secunda declinatio sex habet noĩatiui positiões. er. ir. ur. um. us. eus. diphthõgõ. quæ ultima terminatio tantum græcorum est. sed. in. er. ir. ur. tantum est masculinoꝝ. ut hic puer pueri. hic uir uiri. hic satur. saturi. in. um. fœmininorũ & neutrorum. ut hæc glycerium glycerii. hoc templum templi. In. us. masculinorum fœmininorum neutrorumq;. ut hic dominus domini. hæc Pyrus pyri. hoc Pelagus pelagi. In eus diphthongon masculina sunt tantum. ut hic Pentheus penthei. Huius declinationis duo ponit nomina alterum masculinum ex cuius proportione etiam fœminina declinanẽ. Alterum neutrũ ad cuius similitudinẽ etiam propria noĩa fœminaꝝ in. um. terminata in singulari declinanẽ. Sed cum oĩa nomina primæ declinationis æq̃syllabica sint. hoc est pariũ syllabaꝝ in noĩatiuo & in gtõ secũdæ declinatiõis in. ir. ur. finita crescũt in gtõ una syllaba. In. um. us. æq̃syllabica sunt. In. er. eus. ꝑtim crescũt in genitiuo. ꝑtim sunt æqualium syllabarũ.

¶ Prima declinatio nominis.

Ominatiuo hæc musa. Gtõ musæ.
Datiuo musæ. Accusatiuo musam.
Vocatiuo o musa. Ablatiuo a musa.
Plurali ntõ musæ. Genitiuo musarũ.
Datiuo musis. Accusatiuo musas.
Vocatiuo o musæ. Ablatiuo a musis.

¶ Secunda declinatio nominis.

Ominatiuo hic dominus. Gtõ domini.
Datiuo domino. Accusatiuo dominum.
Vocatiuo o domine. Ablatiuo a domino.
Plurali nominatiuo domini. Gtõ dominorum.
Datiuo dominis. Accusatiuo dominos.
Vocatiuo o domini. Ablatiuo a dominis.

Ominatiuo hoc templũ. Gtõ templi.
Datiuo templo. Accusatiuo templum.
Vocatiuo o templũ. Ablatiuo a tẽplo.
Plurali nominatiuo tẽpla. Genitiuo templorum.
Datiuo templis. Accusatiuo templa.
Vocatiuo o templa. Ablatiuo a templis.

¶ CHRI. Nominatiuo hæc Musa: Seruius donatum laudat: quod a partibus orationis initiũ fecit: plerique:

Seruius ait: artem ſcribentes a litterarum tractu inchoauerunt: plæriq; a uoce: plæriq; a definitione artis grãmaticæ: ſed oẽs uidentˀ erraſſe. Non.n. propriã rem officii ſui tractauerunt: ſed cõem & cum oratoribus & cum philoſophis: nã de litteris & orator põt: de uoce nemo magiſq̃ philoſophi tractant: definitio Ariſtoteli cõis eſt: unde magis ꝓpriæ donatus & doctius qui ab octo partibus inchoauit: quæ ad grãmaticos ꝑtinent: hucuſq; ſeruius. Sed ego neſcio: cur ſic impendius donatus a ſeruio extollatˀ. Q̃d a partibus incœperit: quæ non minus alterius ſunt artificii a grãmatico q̃ lræ: uox: aut definitio: orõnis aũt partes in dialectica in arte poetica Ariſt. quærit: imo oẽs & dialectici & oratores. Quo circa ne donatũ quidẽ artis fundamenta fideliſſimæ iecisse putãdũ eſt. Melius nẽpe Anto. re uera Quintiliani auctoritate ductus ſibi pſuaſit a noium uerborũq; declinatione incipe: cujus uerba ipſæ Anto. adduxit moſes ſic fuit uſus latinis non quidẽ moiſes. Iuuen. tradit archano qdcunq; uolumine moſes. Tacitus li. xxi. Moſes cum ingenti hoium coitu ex ægypto receſſiſſe. Sedulius libro primo de diuinis mirabilibus. Moſen uidiſſe rubrũ ardere & non uri. Idem Paulo poſt uirgam moſe in ſerpentem eſſe mutatam.

¶ Tertia declinatio nominis.

Nominatiuo hic ſermo. Gtó ſermonis.
Datiuo ſermoni. Accuſatiuo ſermonem.
Vocatiuo o ſermo. Ablatiuo a ſermone.
Plurali ntó ſermones. Genitiuo ſermonum.
Datiuo ſermonibus. Actó ſermones.
Vtó ſermones. Ablatiuo a ſermonibus.

Noiatiuo hoc tempus. Gtó temporis.
Datiuo tempori. Accuſatiuo tempus.
Vocatiuo o tẽpus. Ablatiuo a tempore.
Plurali ntó tempora. Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus. Accuſatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora. Ablatiuo a temporibus.

¶ Quarta declinatio nominis.

Nominatiuo hic ſenſus. Gtó ſenſus.
Datiuo ſenſui. Accuſatiuo ſenſum.
Vocatiuo o ſenſus. Ablatiuo a ſenſu.
Plurali ntó ſenſus. Genitiuo ſenſuum.
Datiuo ſenſibus. Accuſatiuo ſenſus.
Vocatiuo o ſenſus. Ablatiuo a ſenſibus.

Nominatiuo hoc ueru. Genitiuo ueru.
Datiuo ueru. Accuſatiuo ueru.
Vocatiuo o ueru. Ablatiuo a ueru.
Plurali ntó uerua. Genitiuo ueruum.
Datiuo uerubus. Accuſatiuo uerua.
Vocatiuo o uerua. Ablatiuo a uerubus.

¶ Quinta declinatio nominis.

Nominatiuo hic dies. Genitiuo diei.
Datiuo diei. Accuſatiuo diem.
Vocatiuo o dies. Ablatiuo a die.
Plurali nominatiuo dies. Genitiuo dierum.
Datiuo diebus. Accuſatiuo dies.
Vocatiuo o dies. Ablatiuo a diebus.

¶ ANTO. De tertia nominis declinatione. Tertia nominis declinatio terminationes habet nominatiui circiter ſexaginta: quarum tamen litteræ terminales ſũt undecim: partim maſculinorũ: partim fœmininorum: partim neutrorum: partim cõmunium duorum ſiue trium. In. a. e. o. c. d. l. n. r. s. t. x. ut hoc emblema emblẽmatis: hoc mare maris: hic ſermo ſermonis: hæc uirgo uirginis: hic & hæc homo hominis: hoc lac lactis: hic bogud bogudis: hic ſal ſalis: hoc animal animalis: hic titã titanis: hæc ſiren ſirenis: hoc nomen nois: hic Cæſar cæſaris: hæc mulier mulieris: hoc torcular torcularis: hic & hæc pauper pauperis: hic & hæc & hoc paris: hic ſtips ſtipitis: hæc ſeges ſegetis: hoc corpus. oris. hic hæc miles itis. hic & hæc & hoc prudẽs entis: hoc caput itis: hic calix icis: hæc prædix icis: hic & hæc & hoc fœlix fœlicis. Sed in hac declinatione duo tantũ exempla poſuimus: alterũ maſculinũ: ex cuius proportione fœminina quoq; & duorum generum declinari poſſent: alterũ neutrum: ad qđ relinquã huius declinatiõis neutra ſunt referenda. Illud quoq; eſt aduertendum genitiuos eſſe aut iſoſyllabicos. i. æq̃lium ſyllabarum: aut peritoſyllabicos. i. plurium ſyllabaꝝ: qui aut creſcunt una ſyllaba aut duabus: ut hoc mare maris: hic ſermo ſermonis: hoc iter itineris. Pauca minuũtur una ſyllaba: ut hic Iuppiter Iouis: quod tamen ex hic Iuppiter & hic Iouis declinatur. ¶ De q̃rta nominis declinatione: Hæc declinatio terminationes habet nominatiui duas. in. us. maſculinorum & fœmininorum: in. u. neutroꝝ: quæ in ſingulari non declinantˀ: in plurali declinabilia ſũt: ut hic ſenſus ſenſus: hæc manus manus: hoc cornu cornu: plurali cornua cornuum. Itaq; duo exempla poſuimus: quia ex proportiõe maſculinorum fœminina quoq; declinantur. ¶ De uarietate genitiui. qui in. us uel in uis. exit & datiui: qui in. u. uel in. ui. lib. ſequenti plenius diſputaturi ſumus. ¶ De quinta nominibus declinatione. Quinta nominis declinatio poſitionẽ hẽt noiatiui unam tm̃: & ſunt huius declinationis noia oĩa fœminina: ꝑterq̃ hic dies pro ſolis ambitu diurno: & ab eo cõpoſitum hic meridies. Nã hæc dies pro tempore multitudinis numero caret: quẽadmodum & cõplura alia huius declinationis nomina. Sed cum duo huius tantum ordinis reperiantur integra in numero plurali hic dies diei: hæc res rei: placuit maſculinum eligere: ex cuius ſimilitudine reliqua omnia: quæ fœminina ſũt: declinentˀ in his caſibus: quos habent. De triplici genitiui diuerſitate libro ſequenti differemus.

¶De adiectiuis primæ & secũdæ declinationis.

NOminatiuo bonus bona bonum.
Genitiuo boni bonæ boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accusatiuo bonum bonam bonum.
Vocatiuo o bonæ bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali nominatiuo boni bonæ bona.
Genitiuo bonorum bonarum bonorum.
Dtõ bonis. Accusatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo o boni bonæ.a. Ablatiuo a bonis.

¶Adiectiua tertiæ declinationis.

NOminatiuo hic & hæc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis. Datiuo prudenti.
Accusatiuo prudentem & prudens.
Vtõ o prudens. Abltõ a prudente uel ti.
Plurali nominatiuo prudentes & prudentia.
Genitiuo prudentium. Datiuo prudentibus.
Accusatiuo prudentes & prudentia.
Vtõ o prudentes &.tia. Abltõ a prudentibus.

NOminatiuo hic & hæc breuis & hoc.e.
Genitiuo breuis. Datiuo breui.
Accusatiuo breuem & breue.
Vocatiuo o breuis & breue. Abltõ a breui.
Plurali nominatiuo breues & breuia
Genitiuo breuium. Datiuo breuibus.
Accusatiuo breues & breuia.
Vtõ o breues & breuia. Abltõ a breuibus.

NOminatiuo hic acer. hæc acris. hoc acre.
Genitiuo acris. Datiuo acri.
Actõ acrem & acre. Vtõ acer. acris. acre.
Ablatiuo ab acri. Plurali ntõ acres & acria.
Genitiuo acrium. Datiuo acribus.
Accusatiuo acres & acria. Vtõ acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.

¶Nominatiuo quædam irregularia.

NOminatiuo hæc domus. Genitiuo domi uel domus. Dtõ domui. Actõ domum.
Vtõ o domus. Ablatiuo a domo.
Plurali ntõ domus. Gtõ domorũ uel domuum.
Datiuo domibus. Accusatiuo domos.
Vocatiuo o domus. Ablatiuo a domibus.

¶ANTO. De nominibus adiectiuis primæ & secundæ declinationis. Nomina adiectiua aut sunt primæ & secundæ declinationis: aut sunt tertiæ: qa quartæ & quintæ sicut nullũ est nomen græcũ: ita ẽt nec adiectiuũ. Si sunt primæ & secundæ declinationis: tres habent uarias noĩatiui terminationes in.us.a.um. uel in er.a.um. ut bonus.a.um. tener.a.um. Itaq; unũ ponit huius ordinis exemplũ: per qđ reliqua similia noĩa & pronomina & participia declinentur. Si adiectiua sunt tertiæ declinationis aut declinant̃ p tres articulos & unam terminationẽ: ut hic & hæc & hoc prudens: aut per tres articulos & duas terminationes: ut hic & hæc breuis & hoc breue: aut p tres articulos & tres terminatiões: ut hic acer: hæc acris: hoc acre: quæ posuimus q̃si exemplaria reliquorum noĩum pronoĩum & participiorũ: quæ ad tertiã nois declinationẽ referũtur. Sed est aĩaduertendũ quotiens in uno casu due sunt terminationes: priorem generis eẽ masculini uel fœminini: posteriorẽ uero tãtum neutris: ut in actõ prudentẽ: & breuem acrem cõia sũt duorum generum prudens uero breue: acre generis sunt neutri. Eodẽ modo in uocatiuo breuis ad masculinũ & fœmininũ ptinet breue ad neutrũ. Eodẽ præterea modo in noĩatiuo accusatiuo & uocatiuo pluralibus prudentes. breues. acres masculina & fœminina sunt: prudentia. breuia. acria neutris tantũmõ iunguntur. Ablatiuus tamen cum duas habet terminationes: indifferenter utraq; tribus generibus copulari potest: ut a prudente uel prudẽti uiro muliere: animali. Qđ uero in gtõ plurali quidam dicunt prudentum uel prudentium: prudentum abscisum est a prudentiũ sicut celestum & agrestum celestium & agrestium. ¶De nominibus irregularibus. Sunt q̃dam nomina: quæ non sequunt̃ proportionẽ nominum regulariter declinatorum: de quibus libro secundo sumus dicturi: sed iam ab initio pueri exercẽdi sunt in quadam irregularitatis prægustatione itaq; hoc in loco posuimus pauca nomina: in quibus maxima uidebatur esse uarietas: ntõ hæc domus: quod tũ per secundam: tum per quartã: tũ per utrãq; nominis declinationẽ inflectit̃. Ambo & duo quæ & si ad primam & secundã nominis declinationẽ referuntur: magnam tamen ab ea diuersitatem habent. Plus quoq; tam etsi tertiæ est declinationis: in singulari gñis est tantum neutri in plurali uero cõe trium generũ reperitur. Genitiuo domi uel domus: sed domi ut dicit Valla significat domũ ubi qs manet: ut sum domi: expecta me domi & nõ domus: posterior uero genitiuus qui est quarte: ipm ædificiũ: & corpus significat quod partibus & tecto constat: ut partem domus demolitus sum: pro familia quoq; sed figurate quarte est declinationis: ut habeo rationem domus meę. i. familiæ. Datiuo domui tantum quarte est. Accusatiuo domum tam secundæ q̃ quarte. Vocatiuo o domus tantum quartæ. Ablatiuo a domo tantum secundæ. Plurali nominatiuo domus tantum quartæ. Genitiuo domorum uel domuum tam secundæ q̃ quartæ. Datiuo domibus tantum quartæ. Accusatiuo domos tantum secundæ. Vocatiuo o domus. Ablatiuo a domibus tantũ quartæ.

¶ANTO Nominatiuo plurali duo:hoc nomen:sicut & reliqua numeralia:caret numero singulari: nec retinet proportionẽ adiectiuorũ primæ & secundæ declinationis. Quare uisum est hoc nomen cũ sibi simili ambo p oẽs casus explicare:ut illorũ irregularitas magis appareat. Illud uero qđ pro genere masculino duos uel duo:ambos uel ambo in actõ posuimus qa rarum est:testimonio indiget. Verg.xi.æne. Si duo ꝑterea tales idea tulisset terra uiros. Hora.i.ser. Duo si discordia uexet inertes. Idem.ii.ser. Præterea ne uos titillet gloria iureiurãdo obstringã ambo. Et Martia.vii.epigrã. Elisiũ possidet ambo nemus:pro duos & ambos.

Noiatiuo plurali duo duæ duo. Gtõ duorũ duarũ duorũ. Dtõ duobus duabus duobꝰ Actõ duos uel duo duas duo. Vtõ o duo duæ duo. Abltõ a duobus duabus duobus.

Nominatiuo plurali ambo ambæ ambo. Genitiuo amborũ ambarũ amborũ. Datiuo ambobus ambabus ambobus. Accusatiuo ambos uel ambo ambas ambo. Vocatiuo o ambo ambæ ambo. Ablatiuo ab ambobus ambabus ambobus.

Noiatiuo hoc plus. Gtõ pluris. Dtõ pluri. Actõ plus. Vtõ o plus. Abltõ a pluri. Nominatiuo plurali plures & plura. Gtõ plurium. Dtõ pluribus. Actõ plures & plura. Vtõ o plures & plura. Ablatiuo a pluribus.

¶ Prima declinatio pronominis. Cap. iii.

Nominatiuo ego. Genitiuo mei. Datiuo mihi uel mi. Accusatiuo me. Ablatiuo a me. Plurali nominatiuo nos. Genitiuo nostrum uel nostri. Dtõ nobis. Accusatiuo nos. Abltõ a nobis.

Nominatiuo tu. Genitiuo tui. Datiuo tibi. Accusatiuo te. Vocatiuo o tu. Ablatiuo a te. Plurali noiatiuo uos. Gtõ uestrũ uel uestri. Datiuo uobis. Accusatiuo uos. Vtõ o uos. Ablatiuo a uobis. Genitiuo sui. Dtõ sibi. Actõ se. Abltõ a se. Plurali genitiuo sui. Dtõ sibi. Accusatiuo se. Ablatiuo a se.

¶ De pronominis declinatione. Quindecim sunt pronomina:quorũ nulla est dubitatio apud grãmaticos iuniores:quæ oĩa ad quattuor genitiui diuersitates reducuntur: unde factæ sunt quattuor pronoĩum declinatiões. Per primã tria declinant. Ego.mei.tu.tui. genitiuo sui. quæ tamen apud antiquiores alteros habuere genitiuos:qui iam exoleuerunt.mis.tis.sis.in quorũ locũ successerunt.meus.tuus.suus. Ennius apud Priscianũ. Ingens cura mis est concordibus æquiparare. & Plautus in penul. Da diem hunc sospitem rebus meis agendis. Tis quoq; genitiuo idem auctor in milite glorioso utitur. Quia tis ĩquit ægeat & q a te careat. Atq; iterum in mercatore. Sis uero nusq̃ reperitur:suspicamur tamen fuisse apud antiqores ex proportione illorum mis.tis. Sed inter hos binos genitiuos auctore Valla illa nimirũ differentia fuit:qđ mis.tis.sis.actiue significabant mei.tui.sui.passiue:ut cura mis qđ dixit Ennius.i.cura quã ego habeo. Cura mei.i. quæ de me habetur. Ouid.in epi. Laodomie. Sit tibi cura mei. Eadẽ quoq; differẽtia est inter nostrũ uel nostri:& inter uestrum uel uestri:quia nostrũ & uestrum actiuæ accipiunt: nostri & uestri passiue: ut copia nostri.i.quæ de nobis habetur;ut Ouid.iii.metha. Ante ait emoriar:quã sit tibi copia nostri. Copia nrm .i.quã nos hẽmus. Salu.in Catilina. Sæpe maiores nostrũ miserti plebis Ro.i.quos habuimus maiores. ¶ Sed quanq̃ diximus hoc pronomen uocatiuo carere. Donatus habere illũ in plurali opinatur. Diomedes etiam in singulari:ut si exclamans dixeris:o ego foelix:o nos foelices. Sed quæret fortasse quispiã:cur sub tulimus genitiuos illos mis.tis.sis.cũ ab aliis appositi sint atq; e diuerso cur adiecimus in datiuo:mi:quod nemo alius fecit. Tam cupidus o Antoni es rerũ nouarũ: ut quod alii ponunt tollas:addas uero statim quod nemo posuit? Atq; quæ illud respondemus; nos tantum iis de rebus præcepta tradere:quæ sunt in usu latini sermonis probatissimo. Nam quemadmodũ supra diximus:genitiuos illos mis.tis.sis.eruditior ætas oblitterauit:in quorũ locũ substituit meus.tuus.suus. Plautũ uero & Ennium qui genitiuis illis usi sunt:inter priscos auctores numerandos esse alibi testati sumus. Mihi uero datiuus & si frequenter in usu reperiatur mi quoq; nõnunq̃ apud idoneos auctores legimus. Verg.vi. æne. Et mi genus ab Ioue summo. Idem in eodem. Non ulla laborum o uirgo noua mi facies inopinaue surgit. Et Ouid.xiii.me.hic quoq; mi metuendus erat. Atq; econtrario me in accusatiuo usitatum est:cum apud antiquos tragediarũ scriptores mehe ab eo quod est mihi Fabi. Quintiliani ætate:ut ipse dicit scriptum reperiretur:sicut nunc me ab eo quod est mi reperitur. sed ut diximus: quemadmodum seculum eruditius mi quandoq; recepit:ita mehe pœnitus repudiauit. ¶ Genitiuo sui:laborat Priscianus:& quidẽ frustra meo iudicio:conaturq; demonstrare cur genitiuo sui nominatiuo careat:atq; in utroq; numero cur easdem uoces habeat. Sed nos qui usu omnia probaturi sumus ideo nominatiuo carere dicimus:quia in usu nusquam reperitur. Ideo utrisq; numeri similes esse casuum uoces:quia hoc usus habet. Vsus autem quæ meliori dari possit ratio:quam quod usus est:ego nõ intelligo. ¶ Datiuo sibi. Quintilianus libro primo ait. Sibe & quase scriptum in multorum libris est. Sed an hoc uoluerint auctores nescio. Titum Liuium ita usum ex Pediano comperi:qui & ipse eum sequebatur:hæc nos.i.littera finimus.

¶ANTO. De ſecunda pronoīs declinatione: Ad hanc declinationē quinq; pronoīa: quæ hic ꝑ numeros & caſus explicanť: & oīa mittunt genitiuū in ius. & datiuū in. i. ꝑterq̄ huic ab hic hæc hoc: qđ in fine aſſūpſit. c. Præterea eſt aduertēdū qđ in huius & eius. i. cōſonās eſt in huic dtō tū cōſonās: tū uocalis reperiť. Verg. i. ge. Huic aſtirpe pedes temo ꝓtētus in octo. Idē. i. æne. Huic cōiunx. Sicheus erat ditiſſimus agri: q̄bus in locis. i. cōſonās eſt: q̄a monoſyllaba particula ē huic. Diſſyllaba uero reperiť aliq̄n ut apud Papiniū li. i. the. Letus huic dono uideas dare iura nepotes. Plau. ī dtō & abltō plurali ab hic hæc hoc hibus dixit in Curgulione: patiſſimi eſtis hibus ꝓhis. Nec eſt ab his. ea. id qđ in dtō & abltō plurali facit eis uel iis in ſynereſim coeuntibus quēadmodū in ntō plurali ei uel. ii. Ci. in ep̄la. Nā ei cām Bibuli ualere cupiebāt. Iuue. iplet & ad mechos dat eiſdē ferre cynedis. De ii & iis exēpla oībus in ꝓmptu ſūt. Nec fuerit ab re hoc ī loco illā Valla dr̄iā annotare: qđ hic hæc hoc tē primæ pſonæ demōſtrat: iſte iſta iſtud rē ſecūde pſonæ ille illa illud rem tertiæ pſonæ: ut hic liber: quē ego hēo uel ꝓpe me eſt: iſte liber: quē tu hēs uel ꝓpe te ē ille liber: quē aliq̄s hēt aut ꝓpe illū ē. Verg. i. æn. Tuaq; hāc aīam effūdere dextra. i. meā. Ci. in philippicis. Remoue paulisꝑ iſtos gladios. i. tuos. Verg. i. æne. Hic illius arma. i. Iunonis: de q̄ paulo añ dixerat. Quā Iuno ferť Priſcia. iter iſte & ille hāc dr̄iam eē uoluit: qđ iſte de ſpacio ꝓpinqore: ille de lōgiore dr̄: in quo auidius a Valla refelliť: cum hic & iſte ad primā & ſecūdā pſonā ptineant: q̄ in ſermone quodāmō ſū pñtes & ꝓximæ. Ille qđ ē tertiæ pſonæ: de rebus erit abſentibus & lōgioribus ut Verg. vii. æne. Hæc erat illa ſames. i. pñs erat illa: quā añ ꝑdixerat Anchiſes. & Terē. in an. Hic ille lachryme. Hæc illa eſt miſericordia. Aliq̄n ille illa illđ poniť ad exprimēdū dignitatē & eminētiā alicuius: quē oēs noſſe debeant: ut qđ dicimus Alexāder ille magnus. Thales ille mileſius. ¶ Ip̄e ip̄a ip̄m emphaſim q̄dā hēt in ſe & uehemētiā ſignificat: & iō reliq̄s ꝓnoībus atq; ēt noībus ad hoc exprimēdū addiť: ut ego ipſe: tu ip̄e: ille ip̄e: ſui ipſius: hic ipſe: iſte ipſe. Anto. ip̄e. Cæ. ip̄e. hō ipſe. Antiqores ꝑ eo qđ ē ip̄e ī gñe maſculino ipſus dicebāt: ut Terē. ī an. Ipſus dauos mihi dixit. Is ea id ī eo quoq; differt ab hic hæc hoc: qđ is de rebus remotioribus hic de ꝓpinqoribus dr̄: ut hic liber: quē hēo & q̄ſi pñtē demonſtro: is liber quē tibi miſi: aut quē tibi mittam: q̄ſi de abſente loquor. Ab his ea id in actō in ꝑ eū in lege duodeci tabularū apud Macro. in. i. ſatur. reperiť. Si nox inquit furtū factū ſit: ſi ī aliq̄s occiſit: iure cæſus eſto. ¶ De tertia ꝓnoīs declinatiōe. Ad hāc referunť ꝓnoīa qnq;: q̄ ex ꝓportione noīum adiectiuoꝝ prīæ & ſecūdæ declinatiōis noīum īflectunť ea ſūt meus mea meū: tuus tua tuū: ſuus ſua ſuū: nr̄ nr̄a nr̄m: ur̄ ur̄a ur̄m: q̄ iō ꝑ oēs caſus nō explicauimus: q̄a ut diximus: ex ꝓportiōe noīum adiectiuoꝝ primæ & ſecūdæ noīum declinatiōis inflectunť. Vocatiuū āt ab eo qđ eſt meus mea meū expſſimus ob eā cām: q̄a nō ſequiť alioꝝ ꝓportionē ī gñe maſculino. Nā ꝑ eo qđ debuit eē mee mi dicēdū ē. Terē. in Adel. O mi Aeſchine o mi germane. Sed ē hoc loco cōſiderādū illud qđ Valla in. ii. lib. elegantiaꝝ ſcri. nō bñ Priſcianū ſenſiſſe: cū putauit nihil itereſſe iter poſſeſſiua ꝓnoīa: & genitiuos ſuoꝝ primitiuoꝝ. Nā & ſi in noībus ita eē cōpertū ſit: ut idē auctor ꝑcipit: q̄a tantum ualet. Euandrius enſis quantum Euandri enſis: in pronominibus illa ratio non ualet. Neq; enim idem eſt amor meus qđ amor mei. Nam amor meus: eſt quē ego habeo: amor mei eſt: quē alius

¶ Secunda declinatio pronominis.

NOminatiuo hic hæc hoc.
Genitiuo huius. Datiuo huic.
Accuſatiuo hunc hanc hoc.
Ablatiuo ab hoc ab hac ab hoc.
Plurali nominatiuo hi hæ hæc.
Genitiuo horum harum horum.
Dtō his. Accuſatiuo hos has hæc. Abltō ab his.

NOminatiuo iſte iſta iſtud. Gtō iſtius. Dtō iſti. Actō iſtum iſtam iſtud. Ablatiuo ab iſto ab iſta ab iſto. Plurali ntō iſti iſtæ iſta Genitiuo iſtorum iſtarū iſtorū. Datiuo iſtis. Accuſatiuo iſtos iſtas iſta. Ablatiuo ab iſtis.

NOminatiuo ille illa illud. Gtō illius. Dtō illi. Actō illū illā illud. Ablatiuo ab illo ab illa ab illo. Plurali nominatiuo illi illæ illa. Gtō illorū illarū illorum. Datiuo illis. Accuſatiuo illos illas illa. Ablatiuo ab illis.

NOiatiuo ipſe ipſa ipſum. Gtō ipſius. Dtō ipſi. Actō ip̄m ipſam ip̄m. Abltō ab ipſo ab ipſa ab ipſo. Plurali ntō ipſi ipſæ ipſa. Gtō ipſoꝝ ipſaꝝ ipſoꝝ. Dtō ipſis. Accuſatiuo ip̄os ipſas ipſa. Ablatiuo ab ipſis.

NOiatiuo is ea id. Gtō eius. Dtō ei. Actō eū eā id. Abltō ab eo ab ea ab eo. Plurali noīatiuo ei uel ii eæ ea. Gtō eoꝝ eaꝝ eoꝝ. Dtō eis uel iis. Accuſatiuo eos eas ea.
Ablatiuo ab eis uel iis.

¶ Tertia declinatio pronominis.

NOminatiuo meus mea meum.
Vocatiuo o mi mea meum.
Noīatiuo tuus tua tuū. Vtō caret.
Nominatiuo ſuus ſua ſuum. Vocatiuo caret.
Nominatiuo noſter noſtra noſtrum.
Vocatiuo o noſter noſtra noſtrum.
Noīatiuo ueſter ueſtra ueſtrū. Vocatiuo caret.

de me hēt:qđ tñ latinæ potius dr causa mea & cā mei. Itaq; possumus dicere rogo te hoc facias cā mea & cā mei:sed diuersa est in utroq; rō:quia cā meā est:ut sic dixerim:respectu illius amoris:quo te ꝓsequor causa mei uero respectu eius amoris:quo tu me ꝓsequeris. Recte igit̃ Laurentius sensit:quēadmodū supra memorauimus genitiuos primitiuorū ꝓnoīom mis.tis.sis.nostrū.uestrū.actiue significare:sed qa illi ab usu recesserunt in locum eorū substituta esse.meus.tuus.suus.quæ actioe significarent:eadem quoq; rōne noster & uester actiue sunt accipienda:sicut & illa nostrum uestrum primitiua:quæ tamen in usu manserunt: quéadmo dū & illa passioa nři uestri.

ℭQuarta pronominis declinatio.



Nominatiuo hic & hæc & hoc nostras. Genitiuo nostratis. Noīatiuo hic & hæc & hoc uestras. Gtō uestratis. Oia pronomina carent uocatiuo: præterq̃ Nominatiuo tu.

Nominatiuo meus mea meum.

Nominatiuo noster nostra nostrum.

Nominatiuo nostras.

ℭDe noibus per pronois secundā inflexis.



Nominatiuo unus una unum.unius.uni.

Ntō nullus nulla nullū.nullius.nulli.

Nominatiuo ullus ulla ullū.ullius.ulli.

Nominatiuo solus sola solum.solius.soli.

Nominatiuo totus tota totum.totius.toti.

Nominatiuo alius alia aliud.alius.alii.

Nominatiuo alter altera alterū.alterius.alteri.

Nominatiuo uter utra utrum.utrius.utri.

Ntō neuter neutra neutrū.neutrius.neutri.

Ntō uterq; utraq; utrūq;.utriusq;.utriq;

Nominatiuo quis uel qui quæ quod uel quid.

Genitiuo cuius. Datiuo cui.

Accusatiuo quem quam quod uel quid.

Ablatiuo a quo qua quo uel qui.

Plurali nominatiuo qui quæ quæ.

Genitiuo quorum quarum quorum.

Datiuo quis uel quibus

Accusatiuo quos quas quæ.

Ablatiuo a quis uel a quibus.

De quarta ꝓnois declinatione: Ad hanc duo tantū ꝓnoia referuntur nřas nostratis:uřas uestratis quorū tantū noiatiuos & genitiuos singulares expræssimus:qa declinat̃ ex ꝓportione noium adiectiuoꝝ tertiæ declinationis. ℘ Posuimus aūt illa trium generū cōia:cum alii duorum tantū posuerint:qđ inuenio illa ēt neutris cōiuncta:ut Cice.in epi.ad cælium. Putares neunq̃ accidere posse: ut mihi uerba deessent nō solū ista uestra oratoria: sed hæc ēt leuia nostratia. Cato quoq; censorinus. Rex Seleucus arma nřatia facit. ℘ Neq; id mirum: cum noia ēt gentilia in.as.finita:quorū hæc duo ꝓnoia in significatione & terminatione sunt similia:cōia sont trium generū: quēadmodū libro sequenti dicturi sumos. ℘ Oia pronoia: Ratio huius ē:ꝙ illa pronoia atq; etiam noia tantum possunt habere uocatiuō: quorū demonstratio diffinit secundā personā præsentem:& habent significationē pronois in uocatiuo. Vnde primæ atq; tertiæ personæ pronomina uocatiuum non habent:q̄q̃ Valla Prisciano astipulat̃ suus sua suū posse uocatiuū habere ut si dixeris. Benedicite dñm angeli sui:angeli sui uocatiuus est. Sed quēadmodū ille dicit:si nulla hmōi exempla reperiantur ꝓpterea qđ raro sit opus huiusmodi sermone:ratio tamen ipsa tā ualida est: ut ea possimus est contenti. ℘ De noibus per secundā declinationē inflexis. Hæc sunt nouē noia cum suis compositis:quæ ipsa Diomedes atq; etiā oēs ꝓpe grāmatici añ donati tpa ꝓnoībus annumerāt. Rō aūt declinationis hoꝝ noium libro sequēti differet̃:cū de prima noium declinatiōe agemus. ℘ Sed iterim de hoc noie qs uel q cum suis cōpositis dicamus atq; illud in primis qđ per qs interrogamus per qui uero nunq̃ iterrogamus: sed referimus. Fuit ēt qs apud antiqores gñis fœminini:ut Plau.in aulul. qs ea est nā ophina:& paulo post:dic mihi qoæso qs est quā uis docere uxorē:atq; ab eo cōpositū qsq̃. Teren.in Eunucho. Hūc oculis nřarū qsq̃ nō uidit. Donatus in illud Terētii qñ illarū neq; qsq̃ te nouit. ℘ Quisq̃ inquit multis exēplis probat̃ ēt fœminino gñe ueteres ptulisse:quia quæq̃ dicere absurdū est. In actō quoq; q̄q̃ in gñe fœminino nemo dicere aodebit: & in lib.digestorū titu.q est de uerborū significatiōe:lege cuius initiū est. Si qs tā masculos quā fœmias cōplectit̃. ℘ Inter qđ etiā & qd illa est dřia:ꝙ qđ adiectiuum est: qd uero substantiuū:ut si dicā qđ lucrum inde hēs:& illud Socratis apud Cic. Dii boni qd lucri est emori:nō aūt recte possis ecōtrario dicere:qđ lucri aut qd lucrū:ni mirū qa qđ adiectiuū est q uero sobstantiuū:eadē quoq; rōne dicimus aliqđ cōmodū & aliqd cōmodi:qđdā bonū & quiddā boni:sed cōmodū & bonū substantiue accipiēda sunt. ℘ Cui in dtō tū monosyllabū tū dissyllabū repit̃ quēadmodū de huic supra dicebamus. Nā si i.i.cōsonātē definit:monosyllabū ē:ut Verg. i æne. Cui pr̃ itacta dederat:primisq; fugarat. Tūc uero dissyllabū ē:cū utraq; uocalis p se ꝓnūciat̃:neq; altera alterā ferit:ut Terētia.i carmie sotadico apđ Priscia.qđ cōstat duobus ionicis a maiori & tribus trocheis. Vepe ut cuiq; ē ꝓximitas loci sorori. Qui abltūs ē triū gnm p masculino. Terē.in eu.q cū pmenone p fœminino Verg.i.xi.æne. Accā ex eq̄libus unā.q cū priri curas p neutro Hora.i.ser. Aut aliq famosus magna cū libertate notabāt. p neutro quoq; substātiuo. Idē i eodē. Qui fit mecenas:ut nemo q̄ sibi sorte. Quis uel qbus nō tm̃ i abltō:qđ alii posuerūt:sed ēt i dtō repit̃. Verg.i æne. qs añ ora patrū. Troiæ sub menibus altis. & Salu. Qois ꝑcepit uti primū ueteres amicos magnis muneribus expleant.

ℭANTO. De cõpositis a qs uel qui:Hæc in triplici sunt differẽtia:qa quædã recipiunt:quæ particulas post se recipiunt:quædã ante se.⁋ Vnũ uero sibiipsi præponit:& postponit hoc est qsqs quæq; qdqd uel qdqd. Quæ recipiunt post se particulas:aut componunt cum qs aut cum q cũ qs cõponunt qnq. Quisq. Quisnã. Quispiã. Quisq̃. Quisputas. Cũ qui quattuor. Quicũq. Quidã. Quilibet. Quiuis.⁋ Quisquis:ut diximus sibiipsi præponit & postponit. Quæ uero recipiunt ante se particulas.cõponunt cum qs & sunt qnq. Aliqs. Ecquis. Nequis. Nũquis. Siqs quæ noĩatiuo singulari mittunt fœminina in.a.atq; etiã noĩatiuum accusatiuũ & uocatiuũ plurales:ut aliquis aliq̃ aliqd uel aliqd. Plurali nrõ aliq aliquæ aliq̃ : actõ aliquos aliquas aliq̃.aliqui aliquæ aliq̃ in uocatiuo:si mõ uocatiuũ habet. eodẽq; mõ reliq̃. Hora.i.ser. Concute nunq̃ tibi uitiorũ inseruerit olim. Verg.iii.æneι. Hic tibi nequa more fuerint disperendia tanti. Idem lib.x. Rhebe diu res siq̃ diu mortalibus ulla ẽ.⁋ Vnusqsq; rursus componitur ab unus particula præpositiua quæ postposita ut sit quarta ratio compositorum a quis uel qui.

ANTO. DE prima declinatio Græcorũ nominũ.cap.iii. Sermo latinus quẽadmodũ & cæterarũ nationũ linguæ non usq; adeo purus est : ut nõ aliqd sibi aliunde absciuerit. Cũ uero magna illius pars a sermone græco dependeat non mõ uocabulorũ syluã ab eo traxit:uerũ etiam cũ lr̃atura quosdã casus mere græcos usurpauit. Vnde Quintilia.in.i.his uerbis scribit. Recentiores instituerũt græcis noĩbus græcas declinationes potius dare:qd tñ ipsum nõ semp fieri põt. Mihi aũt placet latinã rõnem sequi: quousq; patit decor.⁋ Itaq; & nobis quoq; uisum est:ne declinationes latinas confunderemus cũ græcis in hunc locũ noĩum græcorũ declinationẽ cõpingere:non illam quidẽ mere græcam sed ita digestã : ut facile appareat: quos casus ex græca declinatiõe latini usurpare cõsueuerint.⁋ Sed est in primis considerandũ oĩa græca generis esse aut masculini : aut fœminini:aut neutri:nam cõis duorum rara sunt referendaq; esse uel ad primã uel ad secundã uel ad tertiã latinorũ declinationẽ. Et qa græca declinatio fere in noĩbus ꝓpriis græcorũ usurpat:quorũ rarus est usus in numero plurali:tãtũ singularẽ explicauimus:cũ præsertim pluralis ad declinationẽ plerunq; latinã referatur:nisi q genitiuus pluralis:qa græcis sp terminat in on.aliquãdo a latinis usurpat. Martia.i.epigrã. Tota notus in urbe. Martia. Argutis epigrãmaton libellis. Et illud nomẽ dei ineffabile:qd dicit Tetragrãmaton.i.q̃ttuor litterarũ. Vsurpant quoq; noĩatiuus accusatiuus & uocatiuus pluralis a noĩbus græcis masculinis & fœmininis:quæ crescunt in gtõ singulari referunturq; ad tertiã declinationẽ latinorũ:mittunt eosdẽ casus in.s.breuẽ cõ ex rõne declinatiõis latinæ sit lõga:sed & accusatiuũ in.as.quoq; breuẽ:ut hic arcas:hi arcades:actõ arcades uel arcadas.o arcades: hæc lãpas hæc lãpades. accusatiuo lampades uel lampadas.o lampades. Illud præterea est aduertendũ quinq; eẽ declinationes græcorũ:quarũ primæ quattuor sunt noĩum æquisyllabicorũ.i.parium syllabarũ in gtõ singulari : quæ oĩa reducunt ad primã & secundã declinationẽ latinorũ. Vltima est peritto syllabicorũ.i.crescentiũ in gtõ singulari quæ reducunt ad tertiã latinorũ. Prima itaq; declinatio græcorũ est desinentium in.as.& in.es.masculinorũ tantũ:quæ apud illos mittunt genitiuũ in.u.referunturq; ad primã declinationẽ latinam:ut hic æneas æneæ.hic anchises anchise. Vsurpatur aũt in his noĩatiuus:quia nullũ nomẽ latinũ reperitur in.as.aut in.es. terminatũ qd huius sit declinationis. Vsurpatur quoq; accusatiuus quando in.n.desinit : cũ uocali noĩatiui ut æneã anchisen. Nã cum.m.æneam anchisam accusatiui sunt latini.⁋ Vsurpant præterea uocatiui o ænea o anchise uel anchisa finali producta:nã latini eẽnt o ænea o anchisa finali correpta. Altõ ab ænea ab anchise: quo casu quoniã græci carent:ab ænea mere latinus est:ab anchisæ ex græcæ declinationis similitudine:quæ datiuum in.e.longũ emisit qñ ab anchisa latinũ esset.⁋ Ex ꝓportione noĩum in.es.desinẽtia declinant noĩa patronymica masculina finita in des.quæ oĩa sunt græca:nisi q ad imaginẽ græcorũ ausi sunt latini quædã pauca deducere:ut a Scipione Verg.fecit Scipiades:a Memmio Lucretius Memmiades.

ℭComposita a quis uel qui.

NOiatiuo qsq;.quæq;. qdq; uel quidq;.
Quisnã . quænã. qdnã.uel quidnam.
Quispiã.quæpiã. qdpiã uel quidpiam.
Quisq̃.quæq̃.quodq̃ uel quidq̃.
Quisputas.quæputas.quodputas uel qdputas.
Quicunq;.quæcunq;.quodcunq; uel qdcunq;.
Quidam.quædam.quoddam uel quiddam.
Quilibet.quælibet.quodlibet uel quidlibet.
Quiuis.quæuis.quoduis uel quiduis.
Quisquis quæquæ quodquod uel quidquid.
Aliquis.aliqua aliquod uel aliquid.
Ecquis.ecqua. ecquod uel ecquid.
Nequis.nequa.nequod uel nequid.
Nunquis.nunqua. nunquod uel nunquid.
Siquis.siqua.siquod uel siquid.
Vnusqsq;.unaq̃q;.unũqdq; uel unũquidq;.

ℭDe prima græcorũ declinatione. Cap. iii.

NOminatiuo hic æneas. Genitiuo æneæ.
Datiuo æneæ. Accusatiuo æneam.
Vocatiuo o ænea. Ablatiuo ab ænea.
Nominatiuo hic anchises.
Genitiuo anchisæ. Datiuo anchisæ.
Accusatiuo anchisen.
Vocatiuo o anchise.
Ablatiuo ab anchise.

¶ANTO. De formatione optatiui amarem:docerem:legerem:audirem:hoc est q̨ præsens optatiui modi formatur a secunda persona præsentis imperatiui addita rem:ut ama.utinam amarem:doce.utinam docerem:lege.utinam legerem:audi utinam audirem.Secũda persona fit.m.mutata in.s.Tertia.m.mutata in.t.Prima pluralis addita.s.Secunda eiusdem numeri.m.mutata.in.tis.Tertia adhuc eiusdem.m.mutata in.nt.ut utinam amarem:amares:amaret:amaremus:amaretis:amarent.Sed illa:dicerem:ducerem:facerem:sequuntur regulam antiquã a dice.duce.face.¶ Amauissem:docuissem:legissem:audiuissem.Hoc est præteritum perfectum optatiui modi : qđ est unũ ex circũloquiis uocis passiuæ:formatur a p̄terito perfecto idicatiui modi addita.s.& sem. ut amaui.utinam amauissem.docui.utinã docuissem:legi. utinam legissem : audiui.utinã audiuissem.Secunda persona eiusdem numeri fit.m.mutata in.s.& rursus tertia.m.mutata i.t.& prima pluralis addita.us.& secũda eiusdem.m.mutata in.tis.& tertia adhuc eiusdẽ m.mutata in.nt.ut utinam amauissem:amauisses:amauisset:amauissemus : amauissetis: amauissent.Hoc tempus atq; etiam præteritũ plusq̄perfectũ subiunctiui:quod est in terminatione illi simile:atq; etiam præteritum infinitiui:quod utriq;.m.finali subtracta similatur:recipiunt abscissionem in omnibus personis utrisq; numeri : in uerbis primæ coniugationis mittentibus præteritũ in aui.a.&.u.consonante extritis:in uerbis tertiæ & q̄rtæ : quæ mittunt præteritum in.iui.u.tantũ consonante displosa aut facta synerefy.i.&.u. reiectis: ut utinam amassem : cum amassem amasse: pro utinam amauissem:cũ amauissem amauisse:utinam cupiissem uel cupiissem:cũ cupiissem uel cupiissem : cupiisse uel cupiisse: pro utinam cupiuissem:cum cupiuissem:cupiuisse:utinam audiissem uel audissem:cum audiissem uel audissem:audiisse uel audisse pro utinam audiuissem cum audiuissem audiuisse . Sed he abscissiones carmini atq; orationi solute cõmunes sunt : ille tantum poeticæ:a uiuo uixi uixet pro uixisset . Vergili.xi. æne. Vixet cui uitam deus aut fortuna dedisset:& abextinguo.is.extingui.extinxem. Idem iiii.æneí.Cum genere extinxem metmet sup ĩpa dedissem.Repo.is.repsi.erepsem. Hora.i. ser.Nunquã erepsemus pro erepsissemus.Idẽ in eodem natis diuisse duobus pro diuisisse: sicut & in alio loco dixit seruis dũ munia didit pro diuidit.Abscessem pro abscessissem. Sylius libro.viii. punicorum.Neq; abscessem thalamo in magna minatus . Ab eo quoq; qđ est noui licit in prosa oỗne dicere utinã nossem: cũ nossem nosse:illud uero qđ Horati. dixit.ii.ser.Disperéant ni sũmosses omnes: licet in carminẽ tantum dicere.¶ Amẽ : hoc est q̨ uerba primæ coniugationis formant futurum optatiui modi.o.finali præsentis indicatiui mutata in.em. ut amo utinam amem. ¶ Doceã:legam:audiam:hoc est q̨ in secunda tertia & quarta cõiugatione futurum eiusdem optatiui fit ab eadem prima uerbi positione.o.mutata in.am.ut doceo doceam:lego legam : audio audiam. Secunda persona eiusdem numeri fit a prima persona eiusdem futuri.m.mutata in.s.& tertia persona eiusdem.m.mutata in.t.ut amem ames amet . Prima persona pluralis fit a prima persona singulari addita. us. secunda eiusdem numeri ab eadem prima persona singulari.m.mutata in.tis. Tertia eiusdem numeri ab eadem prima persona singulari.m.mutata in.nt.ut amemus ametis ament.¶ De formatione subiunctiui. Amem:doceam:legam:audiam:quia futuꝝ optatiui simile est p̄senti subiunctiui modi:non est opus hoc loco ab integro formari.¶ Amarem : docerem : legerem : audirem : idem dicit de præterito subiunctiui: quod est simile præsenti optatiui modi:atq; hic non est necesse iterum formari.

Amemus.Doceamus.Legamus.Audiamus. similia sunt primæ personæ plurali futuri optatiui modi.

Amate.docete.legite.audite.formant a tertia p̄sona singulari præsentis indicatiui modi addita.e.

Ament.doceant.legant.audiãt.similia sunt tertiæ personæ plurali futuri optatiui modi.

Amato.doceto.legito.audito.formãtur a tertia p̄sona præsentis indicatiui modi addita.o.

Amemus.doceamus.legamus. audiamus. similia. sunt primæ p̄sonæ plurali futuri optatiui modi.

Amatote.docetote.legitote.auditote.formantur a tertia persona singulari eiusdem futuri addita.te.

Amanto.docento. legunto. audiunto. formantur a tertia persona plurali præsentis indicatiui modi addita.o.

¶De formatione optatiui.

Vtinam amarem.docerẽ.legerẽ.audirem. formantur a secunda persona singulari p̄sentis imperatiui modi addita rem.

Amauissem.docuissem. legissem. audiuissem. formantur a prima persona singulari præteriti perfecti indicatiui modi addita.s.& sem.

Amem formatur a primã persona præsentis ĩdicatiui modi.o.mutata in.m. Doceam.legam.audiã. formantur a prima persona præsentis indicatiui modi.o.mutata in.am.

¶De formatione subiunctiui.

AMem.doceã.legam. audiam.eodẽ modo formantur quo futurũ optatiui modi.

Amarem.docerem.legerem.audirem. eodem modo formantur.quo præsens.optatiui modi.

Amauerim. docuerim. legerim. audiuerim. formātur a prima persona singulari præteriti perfecti īdicatiui modi. i. finali mutata in. e. & addita rē.

Amauissem, docuissem, legissem, audiuissem, eodē mō formantur: quo præteritū optatiui modi.

Amauero, docuero, legero, audiuero, formantur a præterito perfecto indicatiui modi, i. finali mutata in. e. & addita ro.

¶ De formatione infinitiui.

AMare, docere, legere, audire, formantur a secunda persona singulari præsentis imperatiui modi addita re.

Amauisse, docuisse, legisse, audisse, formant̄ a p̄teriti perfecti prima persona singulari addita. s. se.

¶ De formatione gerundiorum supinorum & participiorum.

AMandi amando amandum. Docendi docendo docendum, Legendi legendo legendum.

Audiendi. audiendo. audiendum. formantur a genitiuo singulari participii præsentis. tis. mutata in di. do. dum.

Amatū amatu. doctū doctu, lectū lectu. auditū auditu. non habent. unde formari possint.

Amans. docens. legens. audiens. formantur a prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi. bam. finali mutata in. ns.

Amaturus. docturus. lecturus. auditurus. formantur ab ultimo supino addita. rus.

Amatus. doctus. lectus. auditus. formantur ab ultimo supino addita. s. littera.

Amandus. docendus. legendus. audiēdus. formantur a genitiuo singulari participii præsentis. tis. finali mutata in dus. da. dum.

¶ ANTO. Amauerim: docuerim: legerim: audiuerim: dicit ꝙ præteritum perfectum subiunctiui modi fit a prima persona præteriti perfecti īdicatiui modi. i. finali mutata in. e. & addita rim: ut amauerim: docuerim: legerim: audiuerim. Secunda persona eiusdem numeri fit ab eadem prima persona. m. finali mutata in. s. & tertia eiusdem numeri ab eadem prima persona. m. finali mutata in. t. ut amaueris amauerit. Prima persona pluralis: fit a prima singulari addita us. secunda eiusdem numeri. m. mutata in tis: tertia eiusdem quoq; numeri. m. mutata in. nt. ut amauerimus. ritis. rint. Recipit tamen hoc tempus easdem abscissiones quas reliqua circumloquia quæ a præterito īdicatiui formantur ut amarim amaris amarit: amarimus amaritis amarint: audierim audieris audierit: audierimus audieritis audierit. Hora. ii. ser. at ille qui me cōmorit. Silius quoq; qui memet finibus unquā amorim ausoniis. ¶ Amauissem. docuissem: ꝙ præteritum. p. q. perfectum subiunctiui easdem abscissiōes formationemq; habet: quā præteritum optatiui. ¶ Amauero: docuero: id est futurū subiunctiue eodem modo formatur: easdēq; abscissiones habet: quas præteritum perfectū subiunctiui: nisi ꝙ in præterito addimus rim. in futuro ro. ¶ De formatiōe infinitiui. Præsens eo modo formatur: quo præsens optatiui: & præteritum eo modo: quo præteritum eiusdem optatiui: ut amare amauisse &c. ¶ Amādi: amando: amandū: hoc est ꝙ gerundia substantiua formantur a genitiuo singulari participiis p̄sentis tēporis: tis finali mutata in di. pro primo gerūdio: & in do pro medio: & in dum. pro ultimo. Quēadmodum uero participium ipsum formetur statim dicturus est. ¶ Amatū amatu. Quod supina non habēt aliquid prius unde formentur: & ꝙ de præterito perfecto indicatiui modi diximus ꝙ nullā sequitur proportionem uerborum a quibus deriuatur. Et ita uident̄ in uerbo tres esse positiones: a quibus tota coniugatio deducitur: præsens indicatiui præteritum perfectū eiusdem: & supinum: & quēadmodū a præterito formantur reliqua sex tempora: quæ circūloquimur in uoce passiua: ita a supino format̄ participium futuri temporis actiuæ uocis: & participium præteriti passiuæ. ¶ Amans. docens: legens: audiens. Hoc est participiū præsentis temporis cuiuscunq; coniugationis formatur a prima persona præteriti imperfecti īdicatiui modi: bam syllaba finali mutata in ns. ut amabam amans. Memineris tamen participia duorum uerborum eo. is. & quo. is. cū suis compositis recepisse. e. mediam secūdū rationem huius formationis. Itaq; ab eo. is. dicimus iens euntis: & a quæo is. quiens quæuntis: quod magis in eorum compositis intelligitur: ut præteriens: rediens: prodiens: nequiēs. ¶ Amaturus: Quod participium futuri temporis actiuæ uocis format̄ ab ultimo supino addita rus: ut amatu amaturus. a. um. ¶ Amatus: ꝙ participium: præteriti temporis uocis passiuæ formatur ab eodem ultimo supino addita. s. ut ab amatu amatus. a. um. ¶ Amandus. a. um. Quod participium futuri temporis passiuæ uocis: cui gerundia adiectiua per oīa similant̄ præterq̄ in significatione: format̄ a gtō singulari participii p̄sentis actiuæ uocis. tis finali mutata in dus. da. dū. ut amans amantis amādus. da. dū. Antiqores tñ participia & gerundia tam adiectiua q̄ substantiua tertiæ & q̄rtæ cōiugationis in undus. a. um. mittebāt. Vñ adhuc sūt apud iurisconsultos tituli de cōi diuidūdo & finiū regūdoꝝ & familiæ herciscūdæ & apđ Plau. ī nr̄is mercimoniis emūdis uēdūdisq; & ius dicūdū: sed hæc exoleuerūt: p̄terq̄ ī hoc uerbo eo. is. & suis cōpositis: ut adeūdi. do. dū. adeūdus. a. um.

¶ANTO. De formatiõe indicatiui. Amor. doceor. legor. audior. Hoc est prima persona præsentis indicatiui modi passiue uocis addita. r. formatur ab eadem prima persona uocis actiuæ: ut amo amor. Secunda persona eiusdem numeri formatur ab eadem secunda p̃sona actiuæ uocis. s. mutata in ris. uel. re. in uerbis tamen tertiæ coniugationis eiusdem personæ. is. mutata. in. e. & addita. ris. uel. re. ut amor amaris uel amare. doceor doceris uel docere. legor legeris uel legere. audior audiris uel audire. Tertia eiusdẽ numeri fit a tertia simili actiuæ uocis addita. ur. ut amat amatur. docet docetur. legit legitur. audit auditur. Prima pluralis fit a prima simili actiuæ uocis. s. mutata in. r. Secunda eiusdem numeri. tis. mutata in. mini. fit a simili secunda persona actiuæ uocis. Tertia uero fit a simili tertia persona actiuæ uocis addita. ur. ut amamur amamini amanť. docemur docemini docentur. legimur legimini leguntur. audimur audimini audiũtur. ¶ Amabar. docebar. Hoc est q̧ præteritũ imperfectũ indicatiui passiuæ uocis format primam personam singularẽ a simili p̃sona uocis actiuæ. m. mutata in. r. ut amabar. docebar. legebar. audiebar. Secunda fit ab hac addita. is. uel. e. ut amabaris uel. are. docebaris. uel. are. legebaris uel. are. audiebaris uel. are. Tertia fit in simili tertia persona uocis actiuæ addita. ur. ut amabatur. audiebatur. Prima persona pluralis fit a simili persona uocis actiuæ. s. mutata in. r. Secunda a simili persona uocis actiuæ. tis. mutata in mini. Tertia a simili persona uocis actiuæ addita. ur. ut amabamur amabamini amabantur. docebamur docebamini docebantur. legebamur legebamini legebantur. audiebamur audiebamini audiebanť. ¶ Amabor. docebor. Quod prima persona futuri indicatiui modi uocis passiuæ in uerbis primæ & secundæ cõiugatiõis formať ab eadẽ prima p̃sona uocis actiuæ: ut ab amabo amabor. a docebo docebor. Secunda persona eiusdem numeri fit ab his. o. mutata i. e. & addita. is. uel. e. Tertia uero eiusdem numeri a simili persona uocis actiuæ addita. ur. ut amabor amaberis uel amabere amabitur: docebor doceberis uel docebere docebitur. Prima pluralis fit a prima simili actiuæ uocis. s. mutata in. r. Secũda eiusdem numeri a simili persona actiuæ uocis. tis. mutata in mini. Tertia eiusdem numeri fit a simili persona actiue uocis addita. ur. ut amabimur amabimini amabuntur. docebimur docebimini docebũtur. ¶ Legar audiar. Quod prima persona futuri indicatiui modi uocis passiuæ in uerbis tertiæ & quartæ coniugationis formatur ab eadem prima persona uocis actiuæ. m. mutata in. r. ut a legam legar. ab audiam audiar. Secũda eiusdem numeri fit ab eadem prima. a. mutata in. e. & addita. is. uel. e. ut legar legeris uel legere: audiar audieris uel audiere. Tertia a simili tertia persona actiuæ uocis addita. ur. ut legetur audietur. Prima pluralis a simili persona actiuæ uocis. s. mutata in. r. Secũda a sĩli p̃sona uocis actiuæ. tis. mutata in mini. Tertia eiusdem numeri a simili p̃sona uocis actiuæ addita. ur ut legemur legemini legentur: audiemur audiemini audientur. ¶ De formatione imperatiui: quia personas omnes utriusq; temporis atq; numeri huius modo satis explicite formauimus in ipsa operis lectione: ad sequentia properemus.

¶De formatione indicatiui uocis passiuæ.

Amor. doceor. legor. audior. formantur ab eadem prima persona singulari præsentis indicatiui modi actiuæ uocis addita. r.

Amabar. docebar. legebar. audiebar. formantur ab eadem prima persona singulari p̃teriti iperfecti indicatiui modi uocis actiuæ. m. mutata in. r.

Amabor. docebor. formantur a prima persona singulari eiusdem futuri indicatiui modi actiuæ uocis addita. r.

Legar. audiar. formantur a prima persona singulari eiusdem futuri. m. mutata in. r.

¶De formatione imperatiui modi.

Amare: docere. legere. audire. formantur a secunda persona singulari præsentis iperatiui modi actiuæ uocis. addita. re.

Ametur. doceatur. legatur. audiatur. similia sũt tertiæ personæ singulari futuri optatiui.

Amemur. doceamur. legamur. audiamur. similia sunt primæ personæ plurali futuri optatiui.

Amamini. docemini. legimini. audimini formanť a secunda persona plurali præsentis iperatiui modi actiuæ uocis. te. mutata in mini.

Amentur. doceantur. legantur. audiantur. similia sunt tertiæ personæ. plurali futuri optatiui.

Amator. docetor. legitor. auditor. formãtur a tertia persona singulari futuri eiusdem imperatiui modi addita. r.

Amemur. doceamur. legamur. audiamur. sĩlia sunt primæ personæ plurali futuri optatiui.

Amaminor. doceminor. legiminor. audiminor. formantur a secunda persona plurali futuri eiusdẽ iperatiui modi actiuæ uocis. totæ mutata i minor.

Amantor. docentor. leguntor. audiuntor. formantur a tertia persona futuri eiusdẽ imperatiui modi actiuæ uocis addita. r.

CANTO. De formatione optatiui. Amarer. docerer. legerer. audirer. Hoc est praesens optatiui modi formatur a prima persona eiusdem praesentis optatiui modi actiuae uocis. m. mutata in. r. ut amarem amarer. docerem docerer. legerē legerer. audirem audirer. Secunda persona eiusdem numeri formatur a prima persona addita. is. uel. e. ut amarer. ris. uel re. docerer. ris. uel re. legerer. ris. uel re. audirer. ris. uel re. Tertia persona eiusdem numeri fit a prima simili persona actiuae uocis addita. ur. ut amaretur. doceretur. legeretur. audiretur. Prima persona pluralis fit a prima simili persona uocis actiuae. s. finali mutata in. r. Secunda eiusdē numeri fit ab eadem secunda uocis actiuae. tis mutata in mini. Tertia eiusdē numeri fit a simili tertia psona uocis actiuae addita. ur. amaremur. mini. rentur. doceremur. mini. rentur. legeremur. mini. rentur. audiremur. mini. rentur. ¶ Amer. docear. legar. audiar. Hoc ē futurum optatiui modi formatur a prima persona eiusdem futuri actiuae uocis. m. finali mutata in. r. ut amē. er. doceam. ar. legam. ar. audiam. ar. Secunda persona eiusdem numeri fit a prima addita. is. uel. e. ut amer. ameris. uel. ere. docear. aris. uel. are. legar. aris. uel are. audiar. aris. uel are. Tertia eiusdem numeri fit a simili tertia uocis actiuae addita. ur. ut ametur doceat. legatur. audiatur. Prima persona pluralis fit a simili persona uocis actiuae. s. mutata in. r. Secūda eiusdem numeri a simili persona uocis actiuae. tis. mutata in mini. Tertia eiusdē numeri a simili persona uocis actiuae addita. ur. ut amemur amemini amentur. doceamur. amini. antur. legamur. amini. antur. audiamur. amini. antur. ¶ De formatione subiunctiui. Amer docear. Hoc est praesens subiunctiui eodē modo formatur quo futurum optatiui: & praeteritum imperfectum eiusdem subiunctiui eodem modo formatur quo praesens optatiui. ¶ De formatione infinitiui. Amari. doceri. audiri. Hoc est q̄ praesens īfinitiui modi primae & secundae & quartae coniugationis formatur ab eodem praesenti infinitiui modi actiuae uocis re. mutata in ri. ut ab amare amari. docere doceri. audire. audiri. ¶ Legi hoc est praesens eiusdem infinitiui uocis passiuae fit ab eodem praesenti infinitiui actiuae uocis. ere. mutata in. i. ut legere legi. uel breuius a secūda persona praesentis īdicatiui uocis actiuae ablata. s. ¶ Futurum infinitiui. Quae ratio sit circūloquendi futurum infinitiui tam in uoce actiua q̄ in uoce passiua: libro quarto cum de infinitiuo disputabitur: copiosius dicemus. ¶ Circūloquia uocis passiuae. Hoc ē septem illa tempora quibus sermo latinus caret: circumloquimur per participium praeteriti tēporis & hoc uerbum sum. es. fui. Per praesens enim & praeteritum perfectum indicatiui circumloquimur ipsum praeteritum perfectum: ut amatus sum uel fui. Per praeteritum imperfectum & praeteritum plusq̄ perfectum eiusdem indicatiui circumloquimur ipsum praeteritum plusq̄perfectum: ut amatus erā uel fueram. Per praesens & praeteritum optatiui circūloquimur ipsum praeteritum optatiui: ut utinam amatus essem uel fuissem. Per praesens & praeteritum perfectū subiunctiui circumloquimur ipsum praeteritum perfectum subiunctiui: ut cum doctus sim uel fuerim. Per praeteritum imperfectum & plusquāperfectum eiusdem subiunctiui circumloquimur ipsum praeteritum plusquāperfectum subiunctiui: ut cum amatus essem uel fuissem. ¶ Per futurum indicatiui & futurę quoq; eiusdem subiunctiui circumloquimur ipsum futurum subiunctiui: ut cum amatus ero uel fuero. Per praesens & praeteritum infinitiui circumloquimur praeteritum ipsum infinitiui: ut amatum esse uel fuisse.

¶ De formatione optatiui modi.

AMarer. docerer. legerer. audirer. formantur a prima persona singulari praesentis eiusdem optatiui modi actiuae uocis. m. mutata in. r.

Amer. docerear. legar. audiar. formantur a prima psona singulari futuri eiusdem optatiui modi actiuae uocis. m. mutata in. r.

¶ De formatione subiunctiui modi.

AMer. docear. legar. audiar. eodem modo formantur: quo futurum optatiui modi passiuae uocis.

Amarer. docerer. legerer. audirer. eodē modo formantur: quo p̄sens imperatiui modi passiuae uocis.

¶ De formatione infinitiui modi.

AMari. doceri. audiri. formantur a praesenti infinitiui modi actiuae uocis re mutata in ri. Legi formantur ab eodē infinitiuo actiuae uocis. ere. mutata in. i.

Futurum infinitiui modi circumloquimur per primum supinum & hoc uerbum ire in uoce actiua: & iri in passiua.

Circumloquia uocis passiuae non formantur; sed circumloquimur ea per participiū praeteriti temporis passiuae uocis. & hoc uerbum sum. es. fui.

Verbum impersonale simile est tertiis personis singularis numeri passiuae uocis. nisi q̄ in circumloquiis participium est quasi substantiuum in genere neutro.

¶ De uerbis irregularibus & defectiuis. Ca. VII.

SVm. es. fui. esse. ens. futurus.
¶ Indicatiuo modo.
T. p. Sum. es. est. sumus. estis. sunt.
P. impfe. Eram. eras. erat. eramus. eratis. erant.
P. pfe. Fui. fuisti. fuit fuimus. istis. erunt: uel ere.
P. p. q. p. Fueram. ras. rat. fueramus, eratis, erant.
Futuro Ero eris erit, erimus eritis erunt.

¶ Imperatiuo modo.
Tempore præsenti. Es. sit. simus. este. sint.
Futuro. Esto tu uel ille. simus, estote. sunto.

¶ Optatiuo modo.
T. p. utinã essem. esses esset. essemus. etis. ent.
P. utinam fuissem. fuisses. set. issemus. setis sent.
Futuro, utinam sim. sis. sit. simus. sitis. sint.

¶ Subiunctiuo modo.
T. p. cum sim. sis. sit. simus. sitis. sint.
P. ipfe. cũ essem. esses. esset. essemus. essetis. essent.
P. pfe. cũ fuerim. eris. erit. fuerimus. eritis. erint.
P. p. q. p. cũ fuissem. isses. isset. semus. setis. sent.
Fu. cum fuero. fueris. erit. fuerimus. eritis. rint.

¶ Infinitiuo modo.
Tempore præsenti esse. Præterito fuisse.
Futuro fore. uel futurum esse.

FEro fers. tuli. ferre. ferendi ferendo.
ferendum. latum. latu. ferens. larutus.
Feror. ferris uel ferre. latus. ferendus.

¶ Indicatiuo modo.
T. p. Fero. fers. fert. ferimus. fertis. ferunt.

¶ Imperatiuo modo.
T. præsenti. fer. ferat. feramus. ferte. ferant.
Futuro. ferto. tu. uel ille. feramus. fertote. ferunto.

¶ Optatiuo modo.
T. p. utinã ferrẽ ferres. ret. ferremus retis. rent.

¶ Subiunctiuo modo.
P. ipfe. cũ ferrẽ. ferres. ferret. ferremus. retis. rent.

¶ Infinitiuo modo.
Tempore præsenti ferre.

¶ Passiua uoce. Indicatiuo modo.
T. p. feror ferris. uel ferr̃ fert̃. ferimur rimini runt̃.

Imperatiuo modo.
T. p. ferre. ferat̃. feramur ferimini. ferantur.
Fu. fertot tu uel ille. feramur. feriminor, untot.

¶ ANTO. De uerbis irregularibus. Sũt quedam uerba: que non sequũtur analogiam, neq; formationẽ uerborum regularium: quedã rursus que deficiunt certis temporibus numeris & psonis: quare uisum est hoc loco illa cõmodissime debeř poni. Atq; ĩ primis hoc uerbũ sum. es. fui. cuius tanta irregularitas est: ut preteritũ perfectũ indicatiui & sex tempora q̃ ab eo formãtur nihil habeant simile prime uerbi positiõi. Illud quoq; notandũ secundã personã imperatiui esse nõ sis: sed es. Vergil. in buco. huc ades o formose puer. Idem in eodem opere. huc ades o melibœe. Site in secũda psona plurali p̃sentis imperatiui antiq dicebãt. Plautus in curgulione. site mihi uolentes ppicie. & in eodẽ site cã mea lydi barbari Sustulim⁹ uero qđ alii pperã posuerũt: essendi cẽndo essendũ: q̃ gerundia nusq̃ apud latinos repi uerissime scripsit Valla. Ens uero etsi latine dici nõ posse Seneca in q̃dã epła asseuerat: posuim⁹ tñ qa Prisc. ait antiquũ fuisse: & ab eo composita absens & pñs adhuc extãt: & phi necessitate utunť eo ad exprimẽdũ qđ ex græco iterp̃tať. on. usa. on. p hic ens. hæc ens, hoc ens. Futurũ quoq; ab alio uerbo sumptũ ẽ: qđ ĩ usu nõ extat: hoc ẽ suo. is. nisi tãtũ apđ Plautũ atq; Terẽtiũ aliosq; ex antiqoribus: a quo ẽt sum. es. sumpsit mutuo p̃teritũ indicatiui. hoc est fui & reliq̃ sex tẽpora: q̃ formãť ab eo. Fore quoq; ab eo qđ ẽ forẽ sumpsit: qđ accipiť p eo qđ est futur⁊ eẽ circũloquiũ uidelicet futuri ĩfinitiui modi. Cõposita ab hoc uerbo ratiõem simplicis sequũť: nisi q, possũ a pos & sum. q. cõpos sum aliq̃ndo recipit. t. mediã. ut potes. potest. potestis poterã. &c. Imperatiuo poteste potesto potestote. ĩ p̃terito & tẽporibus ab eo formatis. f. mutať ĩ. t. ut potui &c. In futuro quoq; ĩdicatiui. t. interponiť. ut potero. & ĩ participio p̃sentis tẽporis ut potẽs: qđ magis nomẽ esse uideť. iuenimus posseť pposset. Quadrigarius apud Marcellũ. cũ nõ possetur discerni utrius putareť uictoria. poteratur pro poterat. Celius apud eundem. Cur iure sine periculo. bellũ geri poteratur. Vergilius quoq; liq̃do ue potestur electro dixit. Pro sum quoq; seq̃ẽte uocali. d. mediam recipit. ¶ Fero fers. Hoc est alter⁊ ex uerbis irregularibus: qđ cũ ad tertiã cõiugationem sit reducẽdũ: p eo qđ esse debuit feris in secũda psona singulari p̃sentis ĩdicatiui: differentie cã abscissionẽ fecimus. pro eo quod. ferit ĩ tertia persona. fert. p eo quod. feritis. in secũda persona pluralis fertis. In iperatiuo quoq; pro eo qđ est fere. in secunda p̃sentis persona singulari dicimus fer & pro eo quod esse debuit ferite. in secunda plurali dicimus. ferte ¶ In futuro quoq; eiusdem iperatiui pro eo qđ est ferito & feritote diximus ferto & fertote. ¶ In præsenti optatiui & præterito iperfecto subiunctiui & p̃senti infinitiui. pro eo quod esse debuit ferrerem. ferrere. diximus ferre. ¶ In indicatiuo passiue uocis pro eo quod esse debuit ferreris. dicimus ferris uel ferre. ¶ In secunda persona singulari præsentis imperatiui pro eo quod esse debuit ferrere. dicimus ferre. & in futuro pro feritor fertor.

℃ANTO. In præsenti optatiui & in præterito imperfecto subiunctiui pro eo quod esse debuit fererer fe rereris uel ferere: dicimus ferrer ferreris uel ferrere. Et in præsenti infinitiui pro eo qđ esse debuit feri: dicimus ferri. Reliqua tempora & personę sequunť rationé uerbo℞ tertiæ. ꝑ Volo.uis.uult.uolumus.uultis.ꝑ uolis.uolit.uolumus.uolitis.ꝑ Imperatiuo caret: qué supplemus ex futuro optatiui: ab illius cõposito nolo dicimus in p̄senti.noli.nolite.nolito.nolitote.in futuro ex ꝓportione q̄rte cõiugationis. Diomedes tñ in instāti imperatiui in secunda psona fac uelis dicit: & totū pluralé ponit uelimus.uelitis.uelint.& in futuro.uelito uelimus.uelitote.uelint. Hora. mõ uelis: quæ tua uirtus expugnabilis é. ꝑ In futuro optatiui & i p̄ñti subiūctiui p eo qđ uolí: dicimus uelí.uelis.uelit.q̄q̄ Ci.ii.de na.deo.dixit.quo facilius id qđ docere uolimus irelligi possit: uolimus p uelimus scripsit. Alia tpa sequūť rõné uerbo℞ tertiæ cõiugationis. Phocas tñ carere hoc uerbū dicit gerūdiis supinis & pticipiis: sed qa utunť illis iuniores: iõ posui. ꝑ De uerbis defectiuis: Sunt q̄dá uerba: q̄ deficiūt modis aut tpibus aut psonis.ut.es.é.cuius nõ mõ prima positio deficit: uerū ét nihil aliud hét q̄.es.est. essem.esses.eét.essemus.eétis.eént.eé. Verg.iiii.æne.est mollis flāma medullas. Idē pri.geor.ut mala culmos eét rubigo.& Mar.siuis eé satur: nostrū potes esse priapū. In uoce quoq; passiua estur tñ pro ædif. Es in secúda psona iperatiui numeri singularis. Plautus in milite.es.bibe aio obsecro mecum. Ouid.i.de põto. Estur ut occulta uitiata putredie nauis. ꝑ Foré.fores.foret.forét.neq;.n.usq̄ lectū é foremus.foretis & qđ é i hoc uerbo singulare fore p futurū eé in futuro ifinitiui: oia alia uerba carent hñt quoq; ab eo cõposita affore &c. ꝑ Aio p dico dissyllabū é: habetq; s̄m Phocá p̄ñs & præteritū imperfectū subtulimus tñ aiimus & aiitis: qđ ex ꝓportiõe dicendū erat: qm̄ eas uoces uidenť aures nr̄æ quodámodo reformidare. Aiebā in p̄terito iperfecto Aiam in futuro ex ꝓportione. Plautus in rudéte: uel tu mihi aias uel neges. Cice. de finibus q̄si ego id curem quod ille aiat aut neget. Adiecimus quoq; secundá psoná singularé p̄ñtis iperatiui modi. Ai.qđ apud Plau.repiť. An nata est spōsa p̄gnás: uel ai: uel nega.& apud Teré.sæpe ain. qđ Cice.de psecto oratore interp̄tať ain p aisne. Aiens Apuleius.vi.meta.sic aiens crystallo dedolatū uasculū tradidit.

℃CHRI. Vtinā uellé: Cuius compositū est nollé: nolim: nolui: dicimus etiá non uellé nõ uelim & nõ uolui dictionibus tñ quibusdam interiectis. Ci.pro gneo nõ auaritiæ perfugiū maiores nr̄i in socio℞ atq; amicorū tectis esse uoluerunt. Quintilia.lib.i. Non tñ hoc adeo superstitiose eé uelim fieri. Idé nõ ociosas uelim s̄nias habeāt. Sed honestū aliquid monētes. Mauelim ét pro malim.i.magis uelim ueteres dicebant. Plau.in merca. arare mauelim quá sic amare. ꝑ Es est pro eo qđ edis edit: cuius compositū comedo analogiá seruat: ut comedo comes comest: & Plau.in epist. Vulpes pyrum comest.& in passiua estur. Plau.apud gelliū tunc etiá qđ est non estur. ꝑ Fore negat ualla adiungi posse cum participio: sed singulari quodá exéplo. Cæ.i cõmētariis cum pticipio p̄ñtis adiunxit. Nõnulli ét Cæ.nūciabát cū castra mouerit aut signa fieri iussisset nõ fore dicto audiétes milites. ꝑ Aio.is.diu9 Augusti. Vos adiiciétes i malo aistis dixit.

℃Optatiuo modo.

T.p.ūt ferrer.eris.uel.re.reť.remur.mini.renť.

℃Subiunctiuo modo.

P.ip.cū ferrer.reris.uel.re.reť.remur.mini.renť.

℃Infinitiuo modo.

Tempore præsenti. Ferri.

Alia tpa declināť p ꝓportioné tertiæ cõiugatiõis.



VOlo.uis.uolui.uelle.uolendi.uolédo.uolendū.uolitum.uolitu.uolés.uoliturus.

℃Indicatiuo modo.

T.p. Volo.uis.uult.uolumus.uultis.uolunt.

Imperatiuo modo caret: sed ab eo cõpositū nolo habet in præsenti noli.nolite.i futuro nolito.tote.

℃Optatiuo modo.

T.p.ūt uellem.uelles.uellet.uellemus.etis.ent.

Futu.ūt ueli.uelis.uelit.uelimus.uelitis.uelint.

℃Subiunctiuo modo.

T.p.cum uelim.uelis.uelit.uelimus.litis.uelint.

P.iperfe.cū uellé uelles uellet.uellemus.etis.ent.

℃Infinitiuo modo.

T.p.uelle. ℃Alia tempora formantur per proportionem tertiæ coniugationis.

℃De uerbis defectiuis.



ES.est.pro eo quod edis edit.in secunda & tertia persona singularis indicatiui modi. essem.esses.eét.essemus.essetis.essent.

In p̄senti optatiui & in præterito iperfecto subiunctiui. Esse in præsenti infinitiui. Estur in præsenti indicatiui modi uocis passiuæ. Quæ deficiūt supplentur ab hoc uerbo edo edis.

Forem.fores.foret.forént.pro essem.esses.esset.essent.in p̄senti optatiui modi & in p̄terito imperfecto subiunctiui reperiť: & fore pro futurū esse in futuro infinitiui. In aliis locis deficit.

Aio.ais.ait.aiunt.in præsenti indicatiui modi.

Aiebam.aiebas.aiebat.aiebamus.aiebatis.aiebāt.in p̄terito iperfecto eiusdé modi. Aiā.aias.aiat.in futuro eiusdé. Ai in secūda psona singulari p̄sentis iperatiui modi. Aiens in participio p̄sentis.

Inquio uel inq̃.inq̃s.inq̃t.inquiũt in p̃nti indicatiui.Inquisti in secũda p̃sona p̃teriti p̃fecti eiusdẽ ĩdicatiui.Inquiat in tertia singulari futuri eiusdẽ indicatiui.Inque in secunda p̃sona singulari p̃sentis imperatiui modi.Aliis in locis deficit.

Quæso.q̃sumus in primis p̃sonis utriusq; numeri præsentis indicatiui modi reperitur in usu

Infit pro inquit.& Ouat in tertiis p̃sonis singularibus præsentis indicatiui modi reperiuntur.

Faxo.faxis.faxit.faximus. faxitis, faxint, in futuro tantum indicatiui modi.

Ausim in prima persona singularis futuri indicatiui modi tantum.

Cedo pro dic.& cedite pro dicite in secundis personis tantũ utriusq; numeri imperatiui modi.

Salue.saluete:saluere. Aue.auete.auere.in eisdem secundis p̃sonis imperatiui.& in p̃nti infinitiui.

Odi.odisti.Noui.nouisti.Cœpi.cœpisti. Memini meministi.in uoce tñ habẽt p̃teritũ p̃fectũ indicatiui.& sex tẽpoꝝ quæ formantur ab eo significationẽ uero etiam omniũ aliorum temporum.

Præterito & tp̃ibus q̃ ab eo formant̃ carẽt. Furio.is.ĩsaniui.Fero tuli.Ferio p̃cussi.tollo substuli.

Quatio.is.glisco.is.cũ uerbis q̃ dñr ichoatiua.

CANTO. Inquio inq̃s quãq̃ ex p̃portiõe uideat̃ posse declinari p oẽs modos tp̃a & p̃sonas tertiæ cõiugatiõis.nos tãtũ illa posuimus q̃ in usu repiunt̃.hoc est inq̃o Cice.de oratore.Aucupari uerba oportebit inq̃o. Inquis.Persius hoc iuuat.hic inq̃s ueto quisq̃ faxit oletũ.inq̃t Iuuena.q̃n artibus inq̃t honestis.inquiũt.Cice. in uerrẽ.ubi sũt Pãphile iquiũt scyphi?Reperit̃ tñ frequẽtius inquã in p̃ria positiõe ĩdicatiui modi dicẽte Diomede & Phoca.Inquã primã p̃sonã cõtra morẽ oium p̃fert utrũq; numeꝝ modi ĩdicatiui p̃ñtis tp̃is.Inquisti.Cice.scd̃o de oratore tu uero inq̃sti.molestus nõ eris.Inq̃at idẽ ad Herẽniũ Quid.n.tibi uis aliq̃s inquiat.Inq̃.Terẽt.in phormiõe.abs te emittere iuitũ eã inq̃.p eo q̃d ẽ dic. ❡Quæso:ut dicit Phocas primã habet p̃sonã singularẽ p̃ñtis indicatiui modi.Habet ẽt p̃ralẽ eiusdẽ tp̃is ut Cice.in.i.de legibus.q̃obrẽ aggredere quæsumus.& Syllius lib.xiii.punicoꝝ.Nõ ardua regnis q̃sumꝰ, aut ĩhonora tuis. ❡Quæsit quoq; dicit Lucretius in.i. Ni diuũ pacẽ uatis adit.& p̃ce q̃sit.apud Salustiũ quoq; referẽte Phoca q̃sere lectũ est.Sed quẽadmodũ prioribus duobus uti possumus:ita his posterioribꝰ nõ est utẽdũ.❡Infit p inq̃t.Ver.x.æne.Tũc pater oipotẽs:reꝝ cui sũma potestas ĩfit.& i.xii. ita turbidus ĩfit.Varro apd̃ Priscia.li.viii. primã p̃õit p̃sonã ĩfio. ❡Ouat quoq; Phoca teste tñ habet tertiã p̃sonã singularẽ p̃ñtis ĩdicatiui & p̃ticipiũ ouãs.ut Verg.i.geor.& ouãtes gutture corui.❡Faxo fa.idẽ Phocas dicit tñ habere futuꝝ ĩdicatiui:nos tñ suẽimus faxo.faxit. faxitis.faxint.Ver.li.ix.haud sibi cũ danais rẽ faxo & pube pelasga.& Liuius lib.vi.ab urbe. faxo ne iuuet uox ista.& Ennius apd̃ Cicero. i li.de senectute. Nẽo me lachrymis decoret. nec funera faxit.& Liui.li.xxxiiii. Q̃d faxitis. deos oẽs fortũare uelim.Faxit frequẽter apd̃ Plautũ & Terẽtiũ legit̃.Ausim primã tñ habere p̃sonã futuri idicatiui modi testis ẽ Phocas.Liui.lib.i.Nec si forsan dicere ausim.Ver. quoq;.ii.geor.Ausim uel tenui uitẽ cõmittere sulco.ubi Seruius expõit ausim p ausus sum uel audebo. Festus quoq; Põpe. ausis pro audeas expõit & ausit.Oui.in.vi.meta. Et nil est q̃d nõ inopino captus amore ausit. Catullus i. epithalamio.q̃s huic deo cõpararier ausit.sed hoc rarissime iuenit̃ apd̃ auctores.❡Cedo cedite.Cice.de claris oratoribus.Cedo.q̃so oratiõis sũt.n.& Iuuena.in.vi.Cedo si breue pui sortita ẽ lateris spaciũ.Cedite quoq; i plurali p dicite Plautus ẽ usus. Cete quoq; p cedite.Neuius in lycurgo.apud Marcellũ. pro ĩdustria cete regẽ p̃pugnatũ patrẽ Ennius i medea saluete optima corpora cete.mãus uestras measq; accipite.Actius in menalippa.æneũ aliq̃s cete in cõspectũ aut nos ubi est ducite ad eũ.Pacuuius i atalanta.is uestrũ uter sit eius signũ datũ est cete.❡Salue saluete Ver.v. æne. Salue sancta parẽs.iterũ saluete recepti.Salueo tñ in p̃ria positiõe dixit Plautus in truculẽto. Salue inq̃t satis est mihi tue salutis.nil moror nõ salueo.Cice.quoq; ad atticũ futuro idicatiui est usus.& saluebis inq̃t a meo Cice.❡Auete & auere a phoca tollit̃:cũ tñ apud Martialẽ repiat̃.Mane tibi p me dicit auere liber.& Quinti.dicit i.i.fuisse uiꝝ ual de litteratũ:q̃ salutauerit.sic auete.cũ ab usu iã defecisset. ❡Odi.odisti.Hæc uerba cũ tñ i p̃tõ & tp̃ibus ab eo formatis repiant̃ hñt tñ sensũ ẽt alioꝝ tp̃orũ:ecõtrario ad ea tp̃a q̃ circũloq̃mur in uoce passiua.Nã quẽadmodũ mutuamur p̃ñs indicatiui ad circũloq̃ndũ illius p̃teritũ p̃fectũ.& p̃teritũ ip̃fectũ ad circũloq̃ndũ illius plusq̃p̃fectũ.ita e diuerso p̃teritũ p̃fectũ accomodat sua significationẽ p̃ñti.& p̃teritũ plusq̃p̃fectũ p̃terito ip̃fecto.Itaq; p̃teritũ p̃fectũ hoꝝ uerboꝝ hẽt sensũ p̃ñtis atq; sui ipsius.Præteritũ plusq̃p̃fectũ eiusdẽ modi hẽt suũ sensũ & p̃ti ip̃fecti.p̃teritũ optatiui hẽt suũ sensũ atq; ẽt p̃ñtis.Plusq̃p̃fectũ subiũctiui suũ sensũ atq; ẽt p̃teriti ip̃fecti eiusdẽ modi.Præteritũ p̃fectũ suũ sensũ atq; p̃ñtis eiusdẽ subiũctiui cũ futuro optatiui.Futuꝝ subiũctiui hẽt suũ sensũ atq; ẽt futuri idicatiui modi.Præteritũ ĩfinitiui suũ atq; ẽt p̃ñtis.Præterito carẽt.Furio q̃d aliunde assumpsit insaniui.Fero q̃d tuli.Ferio q̃d a percutio sumpsit percussi.❡Tollo quod olim habuit tetuli a sustollo sustuli mutuatus est.Quatio. is quod i usu nõ habet quassi:ut dicemus in præteritis tertiæ cõiugationis.ubi etiam de glisco & inchoatiuis.

CHRI. Inquã.Cice.lib.v.de finibus tñ apropositoinq̃:ob errãtes.Inq̃et i futuro indicatiui.Itẽ Inibi.zeno beatũ inq̃t etiã beatissimũ q̃ppe inq̃et.❡Ausim sed.Statius in.xi.pluralr absentibus ausint.Ista dies.dixit. ausis.Actius apud Marcellũ. cur cõpoere te ausis mihi.unde festus ait.ausis pro audeas.ueteres dixere.❡Cedo

non modo pro dic sed pro da:etiam reperitur. Terentius in ecyra. sine puerum Philippe: tedo ego alá idest da Apuleius.ii. Apolo.cedo tu epistolam:uel potius da sed prodic idem paulo ante.Reduc uxoré:aut quam obrem non sit opus cedo.☞Odi quod habeát hæc defectiua omnia tempora. liquet reperiri si quis crebro optimos euoluat auctores.Cicero libro primo de legibus.quæ natio ingratos non aspernatur:non odit. Liuius passiua uoce. Tertulianus in apologia frequens utitur.oditur:ait:ergo in hominibus. idem uincimus: cũ odimur. Hieronymus in libro prouer.& imprudentes odibunt scientiam sunt plurima alia uerba defectiua quæ uix apud auctores reperiant integra unquã:ut lapit:fuat:possetur:poteratur:potestur:retinerit. frecebunt.fultis.trapit.neuult.quæ iam ætate perierunt.

¶De primis puerorum præexercitamentis. Caput. viii.

PArtes orationis octo sunt. Nomen. Pronomen. Verbum. Participium. Præpositio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Quattuor ex his declinantur. Nomen. Pronomẽ. Verbum. Participium. Quattuor non declinãtur. Præpositio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Nomen est quod declinatur per casus & non significat cum tempore. ut hæc musa musæ.

ANTO. PArtes orationis octo sunt. Post simplicem nominis & cum eo participii pronomina uerbiq; declinationem sequens opera pueris adhibẽda est. ut incipiant partes dignoscere non quidem adhuc exacte admodum: sed quantum illa ætas capere potest: deinde quomodo inter se construuntur:ut iam incipiant quasi degustationem quandam habere eorum: quæ postea enodatius tradenda sunt. Dicit igitur in primis q̃ octo sunt orationis partes: quas enumerat. Sed non miretur postea cum dixerimus gerundia & supina alias eẽ orationis partes ab octo superioribus. quodq; libro tertio dicturi sumus alios posuisse tres tantum: ut Aristoteles & Theodectes alios quattuor ut stoici. Alios distinxisse uocabulum & appellationem a nomine alios adiecisse asseuerationem attractionemque. Sed nihil necesse est pueritie teneritudinem tanta ueluti ciborum uarietate farciri: satisq; illi fuerit octo orationis partes distinguere: qui numerus primum Aristarcho ex græcis. deinde Palemoni ex latinis placuit. quos deinde omnes grammatici græci & Latini secuti sunt. Ita tamen q̃ græci interiectionem partem aduerbii esse dixerunt. Latini interiectionem ab aduerbio separant. Articulum uero quia latinus sermo nõ agnoscit:ad pronomen referunt. Itaq; omnino partes esse octo dicunt. Quattuor ex his declinantur. Quod ex harum octo partium numero quattuor sunt declinabiles:& quattuor rursus indeclinabiles: quas explicat: græci quoq; articulum declinãt: latini quoq; gerundium & supinum:& qui distinguũt uocabulum & appellationem a nomine: tria illa eodem modo declinant.☞Nomen est declinatur per casus. hæc non est. diffinitio nominis:sed quædam proprietas: per quam puer magis ueniet in nominis cognitionẽ quã per diffinitionem: quam libro tertio reddituri sumus. Nomen est pars oratiõis corpus aut rem proprie communiterue significans.& eodem modo de reliquis partibus orationis: quarũ proprietas ponit. per quas possint a pueris rudibus litterarum dignosci. postea uero libro tertio huius operis illarum diffinitiões: quæ magis naturam ostendunt: explicabimus.

¶CHRI. Quattuor ex his declinantur Marcus autem Varro analogiæ lib. primo de partium orationis diuisione his uerbis loquitur. Quod ad partis singulas orationis deinceps dicam. cuius quoniam sunt diuisiones plures: nunc ponam potissimum inqua diuiditur oratio seruanda. ut natura in quattuor partes. unam quæ habet casus. alteram quæ habet tempora:& tertiam quæ habet neutrum:& quãtam inqua est utrumque. ☞Nomẽ est. hæc non est usq; adeo ingeniosa definitio: quam puerorum in ers ingeniolum reformidare possit: simillima illi: qua utitur Aristoteles extra hominum aleam Viri sapientissimi: quumlibet tradere quidnam sit homo: est inquit: bipes animal. tanquam difficile sit rerum differentias inertia nostra postliminio iam exules digito promere. quominus sunt ferendi litteratores illi Emiphysiologi: quibus omnino placet sui nubilum donatelli: in primis grammatices rudimentis scribentis. nomen ideo est: quia significat substantiam cum qualitate propria uel communi. quæ autem definitio uel ab ipso chrysipo uix perciperet. ita substantia pessundatur inanis & citra scholas eruditorum. aut dicant mihi. nihilum. nihil: accidens: accidentia nomina quo significant modo substantiam? Quod si mihi uelint extra doctrinam philosophari non patiar quidem nisi prius eos appellauere sapientes indocte: atq; doctos insipienter. Quo circa uerecundari debuissent phisiologi nostrates hanc nominis tenellam definitionem uel potius descriptionem cauillari. tanquam minora minoribus non conueniant. cuius contrarium scripsit Quintilianus libro primo. Minora: inquit: facilius minores percipiũt.☞Cum tempore: cum præpositio semper significat comitem auctore Valla. ut tempora cum causis canã. i. tempora & causas. Cæsar cum Pompeio appulit idest Cæsar & Pompeius. Nomen igitur significat idest habet significationem. non cum tempore: idest non significat suam significationem & etiam tempus. Sed dumtaxat suam significat significationem. quæ autem significatio siue tempus siue aliud sit nihil obstat. ut dies diem lapis lapidem repræsentat.

Pronomē est quod ponitur loco nominis proprii. ut ego. tu. ille. & sunt illa quindecim tantum.

Verbum est quod declinatur per modos & tempora: sine casu: ut amo. amas. amaui. amare.

Participium est: quod declinatur per casus cum tēpore: & deriuatur a uerbo semper. ut amans. amaturus.

Præpositio est: quæ præponitur nomini per appositionem & aliis etiam partibus per compositionem. ut a deo. ad eum.

Aduerbiū est: q̄d additū uerbo noī aut ꝑticipio significationē ei⁹ auget. aut miuit. aut mutat. ut ualde amat. minus amat. nō amat. satis doctus.

Interiectio est: quæ aliquē mentis affectum significat uoce incondita. ut hei mihi. heu me.

Coniunctio est: quæ diuersas partes orationis cōiungit. ut Pompeius & Cæsar. amat & docet.

Genera nominū ꝓnominū & participiorū quinq; sunt. Masculinū q̄d declinat̃ cū hic. ut hic dn̄s. fœmininū q̄d declinat̃ cū hæc. ut hæc musa neutrū quod declinat̃ cū hoc. ut hoc tēplū cōe duū quod declinatur cū hic & hæc. ut hic & hæc homo. cōe trium quod declinatur cum hic & hæc & hoc. ut hic & hæc & hoc amans.

ℭANTO. Genera nominū. declinabiliū oratiōis partiū elegit q̄dā accidētia: sine q̄bus nō pōt fieri illa. quā diximus. cōstructio in noīe ꝓnoīe & ꝑticipio genus numeꝝ & declinationē. In uerbo cōiugationē: uocē: significationē. atq; in oībus his ꝑsonā. ¶ De genere noīum ꝓnoīum & ꝑticipioꝝ qm̄ aliis in locis copiosius disputabit̃. q̄d ad hūc locū attinet: dicimus genera esse qnq;. Masculinū q̄d declinat̃ cū hic. &c. Sed hæc q̄ sufficienter dicant̃ qs nō uidet? Primū. ut aliis in locis diximus: q̄a nō ideo nomē est aut masculinū q̄d declinat̃ cum hic. aut fœmininū q̄d declinat̃ cū hæc. aut neutrū q̄d declinat̃ cū hoc. sed q̄a est uel masculinū uel fœmininū uel neutrū: ideo declinat̃ aut cū hic aut cō hæc. aut cū hoc. Deinde ꝙ noīa adiectiua q̄ ꝑ primā & secūdā noīs declinationē īflectūtur: & ꝓnoīa & ꝑticipia nō declinant̃ ꝑ hic & hæc & hoc sed ꝑ suas cuiq; generi terminationes accōmodatas. Præterea q̄d dubii & ꝓmiscui generis nullā facit mentionē. Sed ut diximus. hæc pueris adhuc rudibus ꝓponunt̃ q̄ ꝓuectioribus accurate magis postea tradent̃. Numeri noīum. nūerus cōis est oībus ꝑtibus orōnis q̄ declinantur. Casus uero noī ꝓnoī & ꝑticipio tm̄. sed de his postea copiosius dicet̃. ℭCHRI. Pronomē est. Est. n. ꝓnomē Pōponio teste id pœne quod nomē: nisi q̄d minus plene significat. ꝓpositio aūt pro in cōpositione fere semp alicuius substitutionē arguit ut procōsul: prorex: ꝓauus: pronepos: pronuba: proquestor. ¶ Loco noīs sunt q̄bus uideat̃ etiam quis uel qui pronomen esse debere: ut. Quod loco noīs proprii possit Pom. dicimus enim Plato differit. qui definit: & euandrius ensis pro euandri. & cū poeta proferat̃. Virgi. ītelligamus latini: atq; alia his similia deliria. Quominus hæc descriptio cōstet. q̄bus fuerat satisdicere qoīs uel qui. Euandrius: poeta licet noīs proprii pronant̃ loco: nō tamē ītra quindecim illa sunt quæ iam auctor undiq; sepsit. Sed interim repetamus altius id quod dicit̃. ¶ Loco noīs proprii ponit̃. Est autē longe senis. Loco noīs proprii poni. Quod tantū ꝓnomini accidit: quā nomē referre propriū. Quod & ad nomē & ad pronomē æque pertinet. Quinti. enim dicimus Plato differit: qui definit. dictio illa qui refert Platonē: nō quidem Platonis loco ponitur. ut hic capitur poni. est autem poni citra relationem aliquid subintelligi. Quod Darius fore spero si utar exemplis. facit. te pulsantem fores interrogem: quisnam sis: respondebis: ut opinor ego non aotem qui. at ego ponitur loco nominis tui proprii non qui quod tantum te referre potuisset: ut si dixisses Antonius differo. qui definio. Addamus etiam pronomē poni loco cuius uis nominis proprii ut ego tu: Euandrius uero: aut poeta non cuiusuis nominis proprii loco ponitur. Sed tantum pro Euandro aut Vergilio. Et hoc figorate quidem. Quod si quis dicat pronomen ita posse nomen proprium referre: ut quis uel qui iam retulit. ut si dicas Plato differit: & ille definit: quo fiet: ut ille. a. ud pronomen non sit ꝓnomen: quādo ita retulit nomen proprium: sicut paulo ante qoīs uel qui retulerat: aut fatendum erit eadē ratione quis uel qui pronomen esse oportere. & qood patet in hoc pronomine ille perliquide. implerisq; etiam pronominibus poterit constare: ut nomina referant propria. quæ dumtaxat causa fuit: cur quis uel qui pronomen esse non potuit. Sed hæc ratio non procedit: quoniam non dicimus quis uel qoī ideo pronomen non esse: quoniam referat. Sed quod cum referar loco nominis proprii poni non potest. modo autem: ille: iste; ipse: suus quāuis referant: etiam loco nominis proprii poni possunt. ille differit: idest Plato demonstrato Platone. unde pronomen non tam dicitur pronomen quia nomen proprium referat: quā qoīa loco nominis ponat̃ proprii. Sit igitur proprium pronominis loco nominis proprii poni quo cum caruerit pronomen esse non poterit. ¶ Nominis proprii. nihil obstat obiectio illa homo differit: & ipse loquitur. quominus dictio ipse sit pronomen tametsi ponatur loco nominis appellatiui scilicet homo non enim pro natura incōmuni: sed pro homine quodam singulari capitur: pœnes quem sunt actus & operatiōes Aristotele auctore. ¶ Deriuatur semper a uerbo scribit Seruius in illud. iii. æne. picturatas auri subtegmine uestes: participium esse picturatas sine origine uerbi: quod intelligi putandum est. Quatenus ad constructionem & uocem attinet: non autē ad formationem & deriuandi proportionem. picturatum enim a picturo: as: plane proficiscitur. ¶ Per appositionem & est quando casui deseruit ut apud urbem absq; stipendio. ¶ Per compositionem quādo alteri im-

misceẽ parti:noi:ut amẽs. pnoi ut mecũ.uerbo ut adeo.pticipio.ut inocẽs ꝑpositioi ut aduersum aduerbio ut ide.iteriectioi fortasse ut apage.coiũctioi ut quo circa quã. si neutro iueniamus mõ iã nõ ꝑpositio sed oĩno erit aduerbiũ.ut corã quẽ qritis adsum.¶ Voce icõdita Anto.capite accẽtus hoc se expõit mõ.¶ Incondita uoce.i.nõ plane expssa & ꝑcõmoti affectus qlitate cõfusa.¶ Diuersas ptes oratiõis ut Cice.ad Trebatiũ li.vii. Quo mitterẽ aut cui darẽ nesciebã.ubi aut iter quo & cui.i.aduerbiũ & nomẽ icidit.Mella lib.i.diuinitus & celesti igne cõceptus.ubi cõiũctio & cõplectiẽ diuersas ptes orõnis.s.aduerbiũ & nomẽ.uel diuersas partes.s. diuersitate idiuiduali.ut Põpe.& Cæsar.¶ Vel diuersas ptes orõnis.i.diuerse orõnis ptes.ut ego amo ociũ & uoluptatẽ.i.amo ociũ & amo uoluptatẽ.Quã malueris habeas igiẽ expositionẽ.cõiũgit duo noia ut Põpe.& Cæsar.duo pnoia:ego & tu:duo uerba:ut amat & docet:duo pticipia:doctus & eruditus:duo aduerbia: ut Quint.cura bene & uelociter scribẽdi.duas autẽ siue cõiunctiões siue iteriectiões nullo modo nisi materialiter ut logici dicunt cõiungere potest.Quinti.lib.i.Nã & an & aut cõiunctiões sunt:& reliqua.¶ Quinq; sunt. auctor Quintiliani exemplo ductus genus dubium atq; epicœnum in alium locum ꝑcipienda reiicit.Qui ait institutionũ lib.i.Nec statim diligentem putabo:qui promiscua quæ epicœna dicunẽ ostenderit.

Numeri nominum pnominũ uerborũ & participiorũ duo sunt.Singularis qui de uno tantũ loquitur.Pluralis qui de pluribus loquitur.

Casus nominũ pronominũ & participiorũ septem sunt.Noiatiuus.Genitiuus.Datiuus.Accusatiuus.Vocatiuus.Ablatiuus.Effectiuus.

Declinationes nominũ:ad quas etiã reduciẽ participiorũ declinatio.qnq; sunt.Prima q̃ mittit genitiuũ in.æ.diphthõgon.ut hæc musa musæ. Secũda q̃ mittit genitiuũ i.i.ut dñs dñi. Tertia quæ mittit genitiuũ in.is.ut sermo sermonis. Quarta q̃ mittit gtm̃ i.us.ut hic sensus sensus. Quinta q̃ mittit genitiuũ in.ei.ut hic dies diei.

Declinatiões pnoium q̃ttuor sũt.Pria q̃ mittit genitiuũ in.i.ut ego mei:tu tui.sui. Scda q̃ mittit genitiuũ i.ius.ut ille illius.iste istius. Tertia ad primã & secũdã nois declinationẽ referẽ.ut meus.a.um.tu⁹ tua tuũ.Quarta ad tertiã nois declinationẽ referẽ.ut nr̃as nr̃atis.ur̃as uestratis.

Cõiugatiões uerboꝶ q̃ttuor sũt.Pria q̃ habet.a.pductã ãte.re.i ifinitiuo.ut amo amas.amare.Secũda q̃ habet.e.pductã ãte re i ifinitiuo.ut doceo doces doceẽ.Tertia q̃ habet.e.correptã ãte re i ifinitiuo.ut lego.is.legeẽ.Quarta q̃ hĩ.i.pductã.ante.re.i ifinitiuo.at audio audis audire.

Voces uerborum tres sunt.actiua ut amo amas. Impersonalis ut amatur.passiua ut amor.aris.

Modi uerborum quinq; sunt.Indicatiuus.Imperatiuus.Optatiuus.Subiunctiuus.Infinitiuus.

Tpa uerboꝶ qnq; sũt.pñs.Præteritũ ipfectũ.Præteritũ pfectũ.Præteritũ plusq̃pfectũ.& futurũ.

¶CHRI. Menses cum fluuiis. i. cense mensiũ noia cum fluuiorũ noibus sexu uirili. s. genere masculino sed fluuioꝝ noibus paulo inferius reiectis noia mensiũ in hoc loco ponanṫ: hic maius: october: sextilis: tametsi duo illa priora terminatione dignosci possũt. Mensiũ noia oia aut deriuatiua ut a iano Januarius: aut cõposita ut imbre & octo october sunt deducta. Aduertendũ est. C. Cæsarẽ suo noie iuliũ mensem qui antea quintilis erat appellari e dixisse: ut octauianũ sextilem augustum noiasse: aprilis ut nere: september ut germanicus: october ut domitianus a suis noibus dicerenṫ e dixerũt. Quibus hoium usus uisus est refragari. Sed ad rem nostrã. Martia. lib. ix. Quod mereris natales ouidi tuos apriles. Hora. primo epi. Sextilem totum mẽdax desideror: dicimus aũt hoc fuit mense augusto & mense augusti. Iuuenalis Augusto recitantes mente poetas. Ci. pro lege agraria constitutũ ait imensem ianuarii. ¶ Cũ fluuiis: pomponius mella lib. i. Mulutha ille quẽ diximus amnis. Hæc fluuioꝝ noia generis esse masculini poterant iri probatũ regula illa. Masculina sunto tibi quasi mascula. Quãdoquidẽ de fluuius perinde atq; de hoibus latini obiter sũt locuti. Ouid. i. met. de fluuio eridano ita scribit. Eridanusq; senex & statim. Fletibus auget aquas: natãq; miserrimus Io luget: ut amissam: uita ne fruaṫ auctor tamen iõ se iunxit: ut clarius patuisset documentũ: hic lyris cinga bethis. Aeas. Menander. Martialis in distichis. Ceruleus nos lyris amat. Luca. ii. lib. campisq; coheret. Cinga rapax uetitus: ut fluuioꝝ nomina generis sunt masculini: ita & uentoꝝ atq; montiũ: ut hic ecthesias. Boreas. Erix. agragas. Cic. xv. epi. in ipsos scripsit: ecthesias. Martia. lib. viii. Nec boreas ipse manere uelit. Seneca in Hercule furẽti quæcunq; genuit inuius saxas erix. Verg. iii. ænei. Arduus inde aggregat ostentat. Sequuntur tamen aliquando terminationis genus: ut hæc ætna. oeta. Horatius. iii. li. car. Nec peredit impositam cœler ignis ætnam. Lucanus viii. Si tota est Herculis oeta. Hæc etiam frequentius ratione significationis masculina. Seneca in Hercule furenti: euectus equis. Titam summum prospicit oetam.

CANTO. Arboris est nomen: Quinta regula significatiōis est: q̇ qa arbor gn̄is est fœminini: noīa quoq; arboꝝ gn̄is sunt fœminini: ut hæc prunus: pyrus: sorbus: pinus: laurus: ppl̄s. Excipiunt̄ gn̄is masculini; hic rubus: hic dumus: sed rubus qa frutex potius est: qđ ad arboris altitudinē nō assurgit. Verg. in buc. Ferat & rubus asp amomū: q̄q̄ serenus fœmininū ēt ꝓtulit dicens. Mandit̄ apta rubus gingiuis. Dumus uero: qa non tā certū quoddā genus fructicis: quā fructicē ipm significat. ⁋ Oleaster: quoq; qa degenerat ab oliua: masculino gn̄e q̄si fruticē ꝓtulit. Verg. ii. ge. Indicio est tractu surgēs oleaster eodē plurimus. Qđ uero dixit amarus

Arboris est nomen muliebræ. Sed excipiatur.
Hic rubus & dumus foliisq; oleaster amarus.
Neutra siler. robur. cū subere. iunge laburnū.
Insula cincta mari. nauis. cūq; urbe poema.
Fœminei generis sunt causa significati.
Dictio non nomen pro nomine sit tibi neutra
Neutras pone notas seu græcas siue latinas.

foliis: allusit ad illud Vergil. foliisq; oleaster amaris. Calphurnius tn̄ neutro gn̄e ꝓtulit in eglogis. Me teneras salices iuuat aut oleastria putare: aut pōt esse ab eo qđ est hoc oleastrū: sic. n. possumus dicere oleaster oleastrū: sicut a pinus pinaster & pinastrū: a pyrus pyraster & pyrastrū. Pli. li. xv. pinaster nihil aliud ē: q̄ pinus syluestris: copiosam dat hæc materiā: gn̄e fœminino dixit hæc. Theophrastus quoq; interpte Theodoro gaze li. iiii. de stirpibus: sicut pinastri inqt: q̄ in locis umbrosis nascunt̄. Idē quoq; auctor eodē interpte sub alia terminatione in gn̄e neutro ꝓtulit in primo eiusdē operis: pinastrū inqt amplissimū pulcherrimūq; apricis locis emigrat. Idē in. ii. Exit ex pyro uitiatū pirastrū: cū alias pyraster sæpe dixerit. ⁋ Spinus spini: Seruius in illud Verg. ii. ge. spinos & pruna ferentes gn̄is eē masculini dicit. ⁋ Neutra quoq; sunt: siler. robur. suber. laburnū. Verg. ii. ge. Molle siler lēteq; geniste: ubi Seruius notat genus neutrū raro de arbore īueniri. Theophra. li. iii. de stirpibus theodoro interpte: q̄dam robur & nucē auellanā florere existimant. Idē eodē interpræte lib. i. Suber ēt uiride leue est: nisi forte hic de ligno locutus neutro gn̄e est usus: nā Pli. li. xvi. masculino gn̄e dixit: serotino aūt germine malus tardissimus suber. Idē in eodē iuglandes: castanee; laburnū; alpina hæc arbor nec uulgo nota: quæ cū sola materia censeat̄ merito gn̄is est neutri: ꝓsertim cū gn̄is neutri terminationē habeat: quēadmodū Verg. de materia hebeni dixit: nigrū fert hebenū. Idem lib. i. eiusdē operis & torno rasile buxū. Et. vii. æne. Mirata uolubile buxū. Ouid. i. de amori. Aut nup uile fuistis acer. Multa præterea arborū peregrinaꝝ noīa quaꝝ materia tantū ad nos peruenit: neutro gn̄e inueniunt̄ ab auctoribus ꝓlata: ut bdeliū: balsamū: cinamomū. ⁋ Insula cincta mari: Sexta regula est: q̇ qa insula: nauis: urbs: fabula poetica gn̄is sunt fœminini: noīa quoq; insulaꝝ nauiū: urbiū: fabularū ex rōne significatiōis gn̄is sunt fœminini. Itaq; q̄ttuor partes continet. Prima est q̇ noīa insularū fœminina sunt: ut samos: chios: lesbos. Verg. i. æne. Posthabita coluisse samo. Hora. i. epi. Quid tibi uisa chios bullati notaq; lesbos. Sequunt̄ tamen aliq̄n genus terminationis: ut Ouid. xi. meth. Et mitylenei potiunt̄ littore lesbi. Hora. igit̄ ex rōne significationis ꝓtulit lesbos gn̄e fœminino. Ouid. tamen respiciens terminationē genere masculino. Nauium quoq; noīa generis esse fœminini poetaꝝ usus ostendit ut centaurus pistris argo. Verg. v. æneí. Centauro inuehit̄ magna scyllaq; cloanthus cerulea: & ibidē partē rostro ꝑmit emula pistris. Idē in bucco. Erit altera q̄ uehat argo delectos heroas. Noīa ꝑterea urbiū gn̄is sūt fœminini: ut sestos: abydos: sagūtos: castulo: ꝑneste. Ouid. in epi. leandri. Vel tua me sestos: uel te mea sumat abydos. Syllius li. i. Ceu tota sagūtos igne micet. Idē li. iii. Fulget ꝑcipuis parnasia castulo signis. Verg. viii. æne. Præneste sub ipsa: & Iuuena. qs timet aut timuit gelida ꝑneste ruinam. Idē tn̄. i. geor. terminationē respiciens dixit: pontus & ostriferi fauces tentant̄ abydi. Luca. lib. iii. Obsessum poeno gessit. qđ marte saguntū. & Iuuena. Atq; coronatū & petulans madidūq; tarentū. Verg. viii. æneí. Quiq; altū ꝑneste uiri. Syllius. iii. punicoꝝ: & celebræ oceano atq; alterius fluctibus hispal. & Martia. Fluctus passeris aut superbus anxur: qđ oppidū ēt gn̄e neutro ꝓtulit. Hora. i. ser. Impositū saxis: latæ candentibus anxur. Noīa quoq; poematū hoc est comediaꝝ: tragediaꝝ: & fabulaꝝ poeticarū gn̄is sunt fœminini: ut eunuchus. Heautontimerumenos. thyestes. eneis. ilias. Teren. eas se nō negat ꝑsonas transtulisse in eunuchū suā. Idem. Hodiæ sum acturus heautontimerumenō: duplex q̄ ex argumēto facta est simplici. Et si cū Quīt. dicā uarii thyestes cuilibet græcoꝝ cōparāda ē. Papi. xii. the. neq; tu diuinā æneida tēta. & Persi. nullā tibi uēdo iliada. Quod uero Iuue. dixit. Scriptus & in tergo nec dū finitus horestes: ad uirū potius illū q̄ ad fabulā respexit. Sūt q̄ dicant nomē fabulæ cum est appellatiuū: debere esse gn̄is fœminini: cum uero propriū: retinere genus suū. Nā q̇ Verg. buco. georgica. neutro gn̄e inscripsit: alia figura dictū est: cū neq; illa ꝓpriæ poemata dicant̄: q̇ Aristo. auctore in lib. de arte poeti. debent eē unius rei & cōtinuatæ: ad qđ uidet̄ allusisse. Ouid. cū in principio suæ methamorphoseos scripsit. Primaq; ab origine mūdi ad mea ꝑpetuū deducite tp̄a carmē. Dicit igit̄ insula cincta mari: ad dr̄iam īsulæ urbanæ: hoc est noīa insulaꝝ: & nauis. i. noīa nauiū & poema. i. noīa fabulaꝝ cū urbe. i. cū noībus urbiū. sunt generis fœminini ex ratione significatiōis. Dictio nō nomē. Septima regula est: q̇ dictio quæ a prima positione sua non est nomē: si ponatur pro nomine generis est neutri: dictiones autem huiusmodi aut sunt uerba: aut participia: aut aduerbia ut hoc amare: uiuere: aue: salue; uale. Terentius in eunucho. Extrema linea amare non nihil est: idest amoris. Persius autem genus expræssit in prima satyra: Nostrum istud uiuere triste aspexi. i. nostram istam uitam tristem. Martia. aue latinum chere nō potest græcum exprimere. Ouid. in epi. laodomie tuix illud potuit dicere triste uale. Participia quoq; ut hoc inconueniens: accidens: cōtingens: antecedens: consequēs. Intelligo aut de participiis quæ nō iungunt̄ substātiuis masculini aut fœminini generis: cū exprimuntur: aut cū supprimuntur: nā illa oriens: occidens masculina sunt

qa subintelligiť sol: ꝓfluens:confluens:torrens æque masculina:qa subintelligitur fluuius. Aliq̃do tñ aqua profluens diciť:ut apud Liuium primo ab urbe:pueros in profluenté aquá mitti. Continens uero fœmininũ est:qa terra subintelligiť:consonans qa littera:sed de his cũ de genere participioꝝ differetur:plura dicemus. Aduerbia quoq; generis sunt neutri:ut decẽter:belle:euge:sophos:cras. Persius quin optes tepidũ hoc audire decenter. Idẽ euge tuũ & belle:nã belle hoc excute totũ. Idẽ ecce aliud cras egerit hos annos. Martia. Audieris cum grãde sophos dũ basia iactas. Idẽ alio loco. Qđ tam grande sophos clamat tibi turba togata: interpraetatur aũt sophos sapienter. ¶ Neutras pone notas: Octaua regula significationis est: q̃ noia litterarũ græcæ & latinæ generis sunt neutri:& hoc qa græcæ grãmata dicunť: latinæ uero elemẽta:ut hoc alpha. beta. iota. thita. Martia. est opere præciũ discere thita nouum. & Persius & potis es uicio nigrũ præfigere thita. Hierony. in euangelio. Nõ ꝑtransibit neq; unũ iota:neq; unus apex: eadẽ quoq; rõne dicemus. o. micron. ypsilon. & unũ. a. duo. b. tria. c. Ex rõne quoq; significationis qa lřa generis est fœminini: litteraꝝ noia aliq̃n genere fœminino ꝓferimus:unde alias appellamus uocales:alias semiuocales:alias mutas:alias liq̃das. Dicit igiť neutras pone notas. i. lřas:hoc est litteraꝝ noia: siue sint græca siue latina:& sunt indeclinabilia.

¶ CHRI. Arboris est nomen: dicit arboꝝ noia gñis esse fœminini: ut hæc quærcus caprificus corylus Salix. Teren. in adel. est caprificus magna. Verg. in buc. Hic iter densas corylos. ¶ Hic rubus. A. Gellius li. xviii. & lib. xvii. Rubri nãq; curuati gracilitate deficiunt. Vidit forté uicinũ rubos late alteq; abortos excidenté: nã rubi ruboꝝ oppidi nomen propriũ est. Hora. in epist. inde puenimus fessi rubos. ¶ Oleaster: Pau. ad Roma. Hierony. interpraete. Quũ esses oleaster: tu aũt insertus es. Hac etiam rõne plura arboꝝ noia in er finita masculina esse possũt:ut hic pinaster: a piaster piraster. Quæ Valla meminit elegantiaꝝ suarũ lib. i. imitationẽ potiusq̃ diminutioné significare. ¶ Insula cincta mari: q̃ttuor regulaꝝ. Hoc distichon capax est. Qđ insulaꝝ Quod nauiũ: q̃ urbiũ: q̃ fabulaꝝ noia generis sunt fœminini: ut hæc sycion: rhodos: cœlox: argo. Hispal: tarraco: amphitrion tyestes. Iuuen. unctamq; corinthũ. Martia. tarraco cãpano tantũ cessura lyxo. Manilius lib. i. tũ nobilis argo subducta cucurrit ¶ Poema. i. nomen fabule pœnæ: de hac re ita. Quintilia. lib. i. quædam tñ sunt quæ faciem solecismi habent & dici uiciosa nõ possunt: ut tragædia thyestes & lucæ floralia. Sequuntur interim hæc noia terminationis genus. Hora. sed uacuũ Thybur placet. Noia prouinciaꝝ aliquando etiã fœminina sunt significationis rõne ur hæc ægyptus. Cic. pro lege agraria. Quid alexandria cunctaq; ægyptus. Luca. lib. ii. calida medius mihi incognitus axis Aegypto. Hierony. in psalmoꝝ translatione lætata est ægyptus in ꝓfectione coꝝ. ¶ Dictio non nomé: ꝑcipit dictioné quæ officio noĩs fungitur esse neutrã. Qđ in uerbo participio atq; aduerbio solũ auctor censet formali ut sic dixerim significatione ductus: at nos non in singulis orõnis partibus modo sed in oratione ipsa & syllabis: atq; lřis ita ut uersus inferior in præsenti regula contineri possit: probatum uolumus materiali: ut dialectici dicunt significatione persuasi. Non tñ sum ignarus seruiũ sup illud. v. æneí. hac celebrata tenus scripsisse: oĩs. n. pars orõnis: quũ desierit esse id qđ est in aduerbiũ migrat. Qđ maxime de ꝑpositionibus intelligendũ est: ut corã qué quæritis ad sum. Qđ nomẽ pro uoce tñ gñis sit neutri multiplicia ꝓbant exẽplar. Luca. lib. vii. hodie Põpeius erit miserabile nomẽ: idẽ lib. ii. liceat tumulo scripsisse catonis. Martia. Pli. iunior ad grauiũ Ariannus maturius altinatiũ est princeps cũ dico princeps nõ de facultatibus loquor. Diuus Ioãnes capite euãgelii primo Hierony. interꝑte: & inuenimus messiã qđ est interpraetatus xp̃us: & illud qđ apud grãmaticos frequẽtissimũ est: reponito linter: dux facies cõe addito remex: & plurima alia: ꝓ lintré: ducé: remigem. Pronoĩs qđ ponať loco noĩs: duplex est intellectus alter q̃n non exuiť significationé pronoĩs ut ille ego q quondã: tu Tytire létus in umbra: tũc. n. ꝓnoĩs q̃ttuor genera esse possũt: de q̃bus satis li. iii. diceť: alter in quo ꝑter uocem oĩa pronomen amittit. Quale exemplũ in ꝓmptu esset illud auctoris in capite ꝓcedenti. Oĩs noĩatiuus é tertiæ ꝑsonæ ꝑter ego qđ est primæ & tu qđ est secundæ: ubi ego & tu nõ pro me & te: sed ꝓ illis uocibus tu & ego scriptũ est: cuius uel signũ esse põt: qđ si ꝓ significato formali maneret: ita esset scriptũ: ꝑter ego qui sum primæ: & tu q es secũdæ: hoc igiť mõ pronomé sp neutrũ est. Verbũ: non mõ ut Quintili. li. viii. dicit q̃n pro appellatiõe poniť: ut illud psii. Nřm istud uiuere triste: atq; Verg. Pulchrũq; mori succurrit in armis. Martia. uelle tuũ nollo dindime nolle uolo: & illud hymni sacri. Sumẽs illud aue: & alibi dicit dñs fiat fiat. Sed ét q̃n appellationé se exuit & ꝓ uoce tñ manet neutrũ est. ut Quintilia. li. i. utiq; pranoleo hét ꝓductã. Ouid. in epi. Qđ deducta mera lřa fecit amo. Participio idé accidit ut ꝓuoce tantũ gñis neutri sit. Quintilia. lib. i. prãsus quoq; atq; potus diuersum ualent atq; indicãt: ubi pransus & potus ꝓuoce tantũ. Scribunť: & neutra sunt noĩa. De partibus indeclinabilibus nemo dubitabit iã idem censeri. Teren. in eunu. aut dixti nihil moror. Martia. Cras istud q̃n: dic mihi possit emi. Teren. in adel. Quid istuc ꝓrsus est: tãetsi in his potius significatio sonat: quã tantũ uox. Syllius lib. xvii. optimũ heu nomẽ melius maiusq; triũphis. Amas Hierony. interꝑte. In cunctis q fore sũt dicere. Sed nũc de lřis syllabis & orõne ipsa exẽpla ponamus: atq; primo de lřis. Qđ apparet ex Cice. oratore: q ait in scriptas fuisse lřas in parietibus: terra cinæ tria. l. l. l. duo. m. m. Verg. in priape. Qui medium. d. uult scindere pictus erit. Reperiť & fœmininũ. Quintia. li. i. quũ p. q. & duas sequẽtes. u. u. scribereť at de græcis neutraliter. Iuuena. hoc discũt oẽs ante alpha & bethe puellæ. Martia. unũ de titulo tollere iota potes. Hierony. in ꝓlo. Hester alphabetũ ex minio usq; ad theta litterã fecimus. ¶ Notas: ꝓ lřis Ouid. in epi. his arcana notis terra pelagoq; feruntur: quæ ét elemẽta appellanť. Hora. saty. i. pueris dant crustula blandi doctores elemẽta uelint discere prima: hac rõne neutrũ illa uero fœmininũ nomé lřæ est. De orõne ita auctor scribit in ꝑsonalibus uerbis. Sed oro in terra põt dare uerbo passiuo suppositũ ut apud Ouid. xv. met. Quæriť in terrea qs tanta pondera mollis sustinere queat: sed quod pacescat esse neutrum. Teren. in adelphis uxoré nunquã habui. Quod fortunatum isti putant: quod. s. me habere uxorem.

CANTO. Nomen quod sit in.a. Propositis regulis generalibus ad cognoscendum genus nominum ex rõne significationis: nunc quod reliquum est: quodq; sub nulla ex illis regulis continetur: per terminationes ordinis alphabetarii disponit: sic tamen ut prius uocales: deinde consonantes digerantur. Dicit itaq; in primis q̧ nomina terminata in.a. generis sunt fœminini: ut hæc musa: grammatica: terra fortuna. Excipiuntur pauca generis masculini popa cum pro uentre præpingui accipitur: nam generis esse masculini Phocas testatur. Dixit autem popa uenter alludens ad illud Persius: ast illi tremit omẽto popa uenter: nam pro pingui gene-

NOmen: quod sit in.a. finitũ dic muliebre.
Accedunt maribus popa uenter. scriba lanista.
Scurraq; cum lyxa. simius adria. uacia. pansa
Vernaq; cum tabula. caculaq;: agrippaq; iungis.
Et quod ab es græco constat uenisse latinum:
Cuius fœmineum plerunq; fit in tria. uel tis.

ris esset fœminini. Pope etiam dicebantur ministri sacrorum siue uictimarii. Prop. lib. iiii. succinctiq; calent ad noua sacra pope. Spartianus in geta. Percussit inquit hostiam popa nomine Anto. Persius itaq; nõ tam propingui & obeso q̃ pro phagone & heluone uẽter dixit. Ast illi tremit omento popa uenter. ¶ Scriba: lanista. scurra. lixa. quia nomina sunt officiorũ ad solos mares pertinentia. iõ sub genere tantum masculino ponuntur. Adria quoq; ꝑ mari siue adriatico sinu semper masculinum reperitur. Luca. in. v. sonat ionio uagus adria ponto. Hora. ii. car. Adria diuisus obiecto rẽmittas quærere: & in iii. improbo iracundior adria: & in eodem: dux inquieti turbidus adrie. Seneca in thyeste. Aut seuo rapidus freto uentosi tumor adrie. Priscianus in perihegesi: nec non simul adria uastus. ¶ Vacia: pansa: uerna: tabula: cacula: agrippa: & si ratione significationis ad mares fœminasq; pertinere possunt: nunq̃ tamẽ nisi de masculinis dicunt. Noĩa quoq; græca uenientia a noĩbus terminatis in es: quæ apud primã noĩs declinationẽ latinã referũtur: gñis sũt masculini: quẽadmodũ & apud græcos: erãt ut hic scythes. e. hic nautes. e. nata. e. hic sophistes. e. sophista. e. & hic poetas. e. poeta. e. hic prophetes. e. propheta. e. hic thecnites. e. thecnita. e. hic sarmates: sarmata. e. hic getes. geta. e. ammonites. e. ammonita. e. moabites. e. moabita. e. Horatius secundo carmi. Quid bellicosos cantaber aut scythes. Cicero. v. thuscula. Scythes anacarsis potuit pro nihilo pecuniam ducere. Idẽ in academicis: at quis est nunc sophistes. Sic enim appellantur qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur. Verg. in. v. Consiliis pare quæ nunc pulcherrima nautes dat senior: nautes enim naute interprætatur. unde & Propertius nauta cognominatus est, quia ex familia nautarum fuit. Deutero. xxiii. ammonites & moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam domini: & eodem modo de reliquis: quæ omnia sub hac terminatione generis sunt masculini nam fœminina in. tis. uel in tria. exeunt: ut scytha. e. scythis. idis. Ouid. v. metha. Exercere artes scythides memorãtur easdem. Eodem modo nauta. e. nautis. idis. sophista. e. sophistis. idis. poeta. e. poetis. idis. propheta. e. prophetis. idis. uel prophetissa. Persius. Coruos poetas & poetidas. non poetridas. ut quidam codices habent. Israelita. e. israelitis. idis. Leuiti. xxiiii. Ecce autem ægressus filius mulieris israelitidis: quẽ pepereat de uiro ægyptio iter filios israel iurgatus est in castris cum uiro israelita. Prudentius quoq; leuita leuitis gens dixit in paschali. Ambrosius quoq; in euãgelium lucæ cũ loqueretur capitulo quarto de Helisabet & Maria cognata inquit: quia ambe israelite erant: sed suspicamur mendum esse: quia idem paulo post dixit utiq; ruth intrauit in ecclesiam & facta est israelitis. Madianites madianitis. Numeri. xxv. Mulier madianitis: quæ pariter interfecta est: uocabatur cozbi: & paulo ante: qui occisus est cum madianite. Iezraelita iezraelitis. Carmelita carmelitis. Paralip. pri. cap. iii. dauid habuit primogenitum ammon ex achmoem iezraelitide: secundum Daniel de abigail carmelitide. Iudicum. iiii. Erat autem debora prophetis: & Lucas eodem interpræte: erat Anna prophetissa. A moabita quoq; idem Hieronymus fecit moabitis: idis libro ruth sæpe: ut hæc est moabitis: qui uenit cum noemi de regione moabitide: a Sauromata sauromatis. Pomponius mella libro tertio. Amazones. quas sauromatidas appellabunt: & a sarmata sarmatis. idis. Martia. uenit & epoto sarmata paltus æquo. Ouid. primo de ponto. Terreat & manes sarmatis umbra meos. Dicimus tamen acytharistes cytharista. e. cytharistria. e. tympanistes. sta. e. tympanistria. e. psaltres psalta. e. psaltria. e. cymbalistes. sta. e. cymbalistria. e. sambucistes. sambucista. e. sambucistria. e. Liuius ab urbe condita libro. xxxix. Tunc psalteriæ sambucistriæ: & conuiuialia ludionum oblectamenta. Iuuenalis quæ psaltria poene maiorem intulerit. Quintilianus masculino usus est: libro primo. Si psaltes inq̃t & geometres multa dicit dedisse: ab eo quoq; quod est tympanistes tympanistria fecit Hieronymus in psalmo. In medio inquit iuuencularum tympanistriarum. Illud etiam considerandum est nullum esse nomen latinum: q̃d in ista terminetur: ut ignari latinæ sermonis dicunt iurista. artista. terminista. licet tamen a græcis huiusmodi denominatiua formare: ut hic canonistes uel canonista: origenistes uel origenista: quorũ fœminina mittunt in. tis. ut canonistis. idis. origenistis. idis. Ratione quoq; significationis inueniuntur nomina montium in hæc terminatione generis masculini. Ouidius in ibin. Vtq; dedit saltus e summo thessalus ossa & in eodem. Plurima quã flammas sicanus etna uomit. Idem tamen alibi terminatione. m. respexit. d. Ingestaq; olympo ardua deuexum pelion ossa tulit.

CCHRI. Nomen q̃d sit in.a. nomina in.a. finitã præter pauca oĩa sunt fœminina: ut hæc culcitra ulua polenta. Martialis nulla tegit fractos nec inanis culcitra lectos. Verg. lib. vi. in formi limo glaucaq; ponit in ulua Pli. li. ix. c. xv. polentã græci non alienã præferunt: nã q̃d carmen illud Ouidii monstrat: nihil est quominus polenta generis possit esse fœminini. Qñ dixit: dulce dedit testa quod coxerat ante polenta: si ita ꝑtim ordinabis: polenta dedit dulce testa: q̃d dulce coxerat. s. polenta. Simili autẽ modo alterũ illud carmen cum

liquido mixta pfudit diua polenta. Vnde satis illud mixta polenta monstratur generis esse foeminini popa etiam est nomen proprium uiri. Ci. pro milone. Quin etiã audiendus est popa licinius: significat & popa ministrum cultrariũ qui cultro uictimat. Vnde tanquillus in caligula succinctus inqt popaẽ habitũ. ¶ Scriba: Hora. ii. sermo. plærunq; recocturus scriba coruũ deludet hiantẽ. Mattheus capite. viii. Hierony. interpræte. Accedens unus scriba ait illi. ¶ Lanista: Cæsar lib. vi. carra complura multosq; lanistas retraxit & ad cordubam se recipit. Cicero prorosc io: hic autem nuper ad eum se contulit lanistam: qui superauit. Est autem lanista gladiatorum præfectus. ¶ Scurra: Plautus in triennio. Ciues quos scoreas uocãt. Iuuenalis saty. iiii. Pue purcus magni euctaret scurra pallati: idem saty. xiii, fugitiuus scurra catulli cuius diminutiuũ scurrula est. Apuleius lib. x. asini aurei quidem deniq; ait præsens scurrula. ¶ Lixa: Salustius in iugurta lixæ permixti cũ militibus diæ noctuq; uagantur. Ausonius in gratiarum actione: ministeria pee duorum instaurare lixarũ. Scribit fœstus lixam quæstus gratia exercitum sequi. ¶ Adria: Hora. lib. ii. carminũ fractisq; rauci fluctibus adriæ. ¶ Vacia: Marcus Varro lib. ii. analogiæ. Si qs consuetudine ambulandi factus sit uacia aut compernis. ¶ Pansa: Quod & nomen proprium uiri etiam est. Iuuenalis saty. i. Quum pansa eripiat quicquid tibi nata reliquit. ¶ Verna. Martia. lib. xii. Nec uenit ablatis damnatus uerna lacertis. Quod aliquãdo tanq̃ adiectiuũ ponitur. Mar. lib. ix. gallum uincere uerna liber. Quod etiam in diminutiuo satis constat. Iuuenalis saty. xiiii. Vnus uernula tres domini est etiam adiectiuum nomen uernus. a. um. a uere. Pli. epi. iii. lib. i. Quid illa porticus uerna semper. Mar. arbore quod uerna luxuriosus ager. ¶ Rabula: Cicero apud nonium: non eni declamatorem aliquem aut rabulam de foro quærimus. A. Gellius. Nam quũ ille inquit rabula audaculus ita postulasset. ¶ Cacula: sunt autem cacula serui militum. Plautus apud sestum. Video caculam quendam militarem. ¶ Agrippa: Quinti. lib. i. casu nascentiũ hic agrippa dixit. Pli. lib. vii. in pedes nascentẽ procedere contra naturam est: ex quo argumento eos appellamus agrippas. Hoc ille: mulier tamen ita nascens agrippina appellat̃. Colligunt̃ plurima cognomina apud auctores in. a. terminata generis masculini: quæ mihi ascisce re huc oportunum apparuit. Sylla: q̃ sybillam frequenter legebat. Seneca quoniam senex creatus est. Catillina: quoniam fellator erat acta qui timide icedebat uitio pedum: Fuca uoracem significat perpena lardo deditum. Pansa ex pansis capillis: nerua a fortitudine uestigii: dolobella adolando publicola a populo cultus: murena a neruoso corpore: messala a messana deuicta: galba a colore lurido: gallicola quia gallos colebat. Lappa ab inculto capitæ cocta toruum significat. Sura a neruositate surarum: ha hala: ab oris halitu. Caracalla quia callidus. Capella a capilorum pilositate. Scæuola quia sinistra plus ualebat. Fenestella erat. n. caluus columella a corporis proceritate: a ruina a corporeis pinguedine pergula quoniam in pergula latuit: asina ab ingenuitate corporis. Mamula quia papillosus erat. Merenda a meridiana cœna. Merula a uelocitate. Nasica a naso curuo. Musica a corporis breuitatæ. Porcina a pulpositate. Barbula a magnitudiæ barbæ. Norma a mediocritate. Leca meretriciosus. Vappa a uapore: Ocella a paruis oculis. Elura humilis. Barbura demẽs. Bargina quoniam barbare loquebatue. Lamia uorax: nocticuba quia foris dormitat. Iaceria deformis: galba insultus: & plæraq; alia id genus masculina quæ aliquando efferuntur propria. Et quod ab es græco: litteratores: hucusq; octo aut nouem exceptis nominibus in. a. masculinis dũtaxat per quã incedebant gloriabundi. Quorum prouentus secus monstrari non potuit. Quã quo usus modo auctor est. Ordo: accedit maribus latinum. s. nomen in. a. Finitum. i. latina declinatione uariatum quod constat uenisse. i. deriuatũ esse ab. es. græco. i. a nomine græco in. es. finito: ut hic dinasces. e. hic dynasta. æ. Alethes. Aletha. æ. Acustes acusta. æ. psalites hic psalta, æ. galastes galasta. æ. anaglyptes anaglipra. æ. & Bibliopoles bibliopola. æ. Sicophãtes sicophanta. æ. cometes cometa. æ. & alia in numera quæ magno codice uix caperentur. Ci. lib. vii. in uerrẽ. Quãobrẽ ita iste pyrata cælatus est quod græcæ pyrates. æ. terminatur: & cometes. æ. Idẽ lib. ii. de diuinatione uidisti & claro tremulos ardere cometas. Sed & latinis codicibus aliquando etiam græcæ scribit̃. Diuus Hierony. interpræs lib. iii. regum: & diuulgauerunt ciuitatẽ in qua senex ille prophetes habitabat: idem in Salomonis ecclesiaste sapientissimus ecclesiastes docuit. Boetius in diuisionibus in libro Platonis qui sophistes inscribitue. Lactantius tamen institutionum libro. iiii. fœmininum scripsit. Dicent sybillam insanam mendacem demũ reminiscentur mei & nullus postea insanam mendacem: sed dei magni prophetem uocabunt me: nisi maluerris tropicos dictum esse: ut illud Terentii in Phormione. Virum me natam uellem dixit Sostrata.

Quod declinatum dat tertia: dicito neutrum.

¶ ANTO. Quod declinatum dat tertia: q̃ tertiæ declinationis nomina in a terminata generis sunt neutri: ut hoc emblamma. atis. toreuma. atis. peripetasma peripetasmatis. schema. atis. Antiquiores tamen per primam declinationem sub fœminino genere protulerũt: ut Plautus in persa: cum decora schema. Laberius nec pythagoream dogmam doctus: & Pomponius: liber diademã dedit. Ouid. tamen singulari exemplo polenta posuit in genere neutro cum sit latinum declinationis primæ. At. n. metha. v. dulce dedit testa quod coxerat ante polenta: & paulo post: cũ liquido mixta peesudit diua polenta. Tolerabilius nostri manna: mamona: & pascha neutro genere protulerunt: cum sint barbara & indeclinabilia: q̃q̃ sunt qui pascha declinari contendant tum per primam tum per tertiam.

¶ CHRI. Quod declinatum dat tertia: hæc nomina & sp terminantur in ma. & græca sunt oĩa: ut hoc diadema. tis. pegma. tis. poema. tis. diploma. tis. cima. tis. apostema. tis. dilema. tis. thema. tis. schema. tis. aroma. tis. clima. tis. Iuuenalis ille crucem præcium sceleris tulit hic diadema. Horatius scribimus indocti: doctiq; poemata passim: aliquando tamen hæc nomina & fœminina & declinationis primæ declinarunt: ut Apuleius lib. x. asini aurei caput stringebat diadema candida.

Compositum a uerbis. esto cōmune duobus.
Neutrum nomen. in. e. Mulicbria sint tibi græca.
Vnum nomen in. i. sed neutrū ponito gummi.
O finita dabis maribus uelut unio gemma.
Fœmineis iunges per. io. nec habentia corpus.
Additur atq; caro. cœnatio. portio. uel quod.
Desinit in. do. go. Tamē hæc sūt mascula. p̄do.
Ordo. pedo. cōedo. spado. udo. cardoq;. cerdo.
Cudo & herpago. mango ligo subiiciantur.

CANTO. Compositū a uerbis. Quod noīa a uerbis cōposita: quoꝝ significatio ad mares & fœmīas ptinet cōmunia sunt duoꝝ geneꝝ: sub hac terminatione. ut a gigno. is. hic hæc terrigena. e. alienigena. e. a colo. is. hic hæc celicola. e. a uenio. is. hic hæc aduena. e. cōuena. e. a sequor seq̄ris. hic hæc assecla. e. pedissequa. e. a fugio. is. hic hæc trāssuga. e. pfuga. e. ab ago. is. hic hæc auriga. e. a cedo. is. hic hæc omicida. e. pricida. e. a lego. as. hic & hæc collega. e. Phocas. sub genere posuit masculino pleraq; ex his. ut assecla. collega. trāssuga pfuga. omicida. pricida. q̄si nō & seq aliū: & eē ex corpe alicuius collegii. & trāssugere ad hostes: & parentē cedere ad fœminas etiā multo magis ptineat q̄ aurigā esse cū. Verg. lib. xii. æneid. dicat nec currus usq̄ uidet aurigāq; sororē. Quod uero qdā dñt uerbigenā ex rōne significationis eē tantū generis masculini: qa unus tm̄ Christus Iesus est uerbigena. nihil ad grāmaticū ptinet q recte poterit dicere. solū uerbigenā lunā uerbigenam. Qui qđ nec Christus uerbigēa ē: sed neq; debet appellari: cū nō sit uerbo genitus: qn potius ipse sit uerbū genitū qa gnatiōe iterna dicitur a patre: & p qđ reliq̄ oīa creata sunt: dicēte sacra scriptura. uerbo dñi cœli firmati sūt. & alio loco. ipse dixit & facta sunt. Oīa ergo p̄ter unū xp̄m sūt uerbigena. i. uerbo genita. qn quidē a gigno cōposita illo mō significāt: terrigēa ex terra genitus martigena ex marte genitus Iunonigena. iunone genitus: ex ꝓportiōe igiť uerbigena uerbo genitus. qđ de xp̄o dicere falsum ipiū atq; sacrilegū est. Inueniunť qdā ex his noībus neutro generi adiūcta: ut qđ paulo an̄ diximus oīa uerbigēa. sed figurate. uel potius qđ antiqores hmōi noīa p tres terminatiōes & tria genera declinabāt. Pacuuius. Caprigeno generi gradibus gressio est. & Cice. in ꝓgnosticis. Caprigeni generis custos. Actius ex taurigeno semine ortā fuisse hac ratione. Valer. max. in. i. lib. dixit. duo eiusdē generis alienigēa exēpla. ¶ Neutrū nomē in. e. Qđ noīa latina terminata in. e. generis sunt neutri. ut hoc mare. cubile. monile. & a noībus adiectiuis duoꝝ geneꝝ cōibus sub terminatione. is. ut hic hæc breuis. & hoc breue. hic alacer. hæc alacris. hoc alacre. uel hic hæc alacris. hoc alacre. Græca tm̄ generis sunt fœminini. ut hæc libye. es. synechdoche. es. pēthecoste. es. nerine. es. ¶ Vnū nomē in. i. Quod noīa in. i. desinētia generis sunt neutri. q̄q̄ Priscianū secuti unū tm̄ posuimus hoc gūmi. Plin. lib. xiii. Gūmi optimū eē ex ægyptia spina cōuēit. uermiculatū puꝝ deterius ex amygdalis amaris. pessimū ex prunis. Columela lib. xiii. de re rustica genere fœminino est usus sub terminatiōe. is. satius eē inqt noua dolia gūmi liqda pluere. & īfra serias crassa gūmi liuerūt: & iteꝝ talis materies. q̄lis est gūmis. Eodē mō sinapi generi neutro posuit Phocas. un̄ Serenus. Sepius ergo decet mordax haurire sinapi atq; in hūc modū. semp usus est Cornelius celsus. Repiť m̄ & sinapis genere fœminino. Plautus in pseudolo. Teriť sinapis scelerata. & Columela. Seq; lacessenti fletū factura sinapis. ami quoq; moli meli. & qdā alia noīa pegria sub hac terminatione in genere neutro repiunť ꝑlata. Plin. li. xx. Est cumino simillimū. qđ græci uocāt ami: qdā uero æthiopicū. cuminū. Verg. in priapeia. Quē cur moli uocāt mētula moli suit. meli quoq; qđ mel iterp̄tať: huius generis est: sed nō repiť apud nos nisi in cōpositiōe. ut melilothos. melimelū. Nihili uero hmōi & huiuscemodi genitiui sūt casus ab eo qđ est nihilū & modus: quēadmodū frugi & mācipi datiui. ab eo qđ est fruges & māceps. un̄ apud Plautū sepe legimus est uir bone frugi. Ergo hæc noīa nō sūt cōia triū geneꝝ ut dixit Phocas sed quēadmodū Priscia. obliq casus figurate cū oībus casibus adiūcti. ¶ O finita. Quod noīa in o desinētia generis sunt masculini. ut hic sermo. histrio. unio pro gēma uel Margarita potius grādiori: nā pro unitate si uspiā repireť. generis eēt fœminini. ergo addidit gēma. ut significaret lapillū rē corporeā. Sed auctore Phoca. i. an̄. o. habētia q̄ rem icorporeā significat: generis sūt fœminini. ut hæc religio. rebellio. talio. pduellio. & q̄ dñr uerbalia ut lectio. auditio. Caro quoq; generis est fœminini: qm̄ antiqores hæc carnis declinabāt. Liuius in odyssea: carnis aetuinūq; qđ libāt. Liui. xxvii. ab urbe con. carnis q̄ dari debet: data nō fuerat. ¶ Cenatio p̄ terea. i. locus ubi cenamus & si rem corporeā significat: nihilominus tm̄ generis est fœminini. Martialis. Mica uocor qđ sim cernis cenatio parua. Portio quoq; qn̄ rei corporee ps est corpus significat tm̄ semp generis est fœminini. supioribus etiā annumeranť desinētia in do. uľ ingo. ut hæc albedo. fortitudo. formido. farrago. suligo. uirgo. q̄ nemo unq̄ apud auctores idoneos legit masculino genere: etiā si de Ioāne euāgelista nr̄i dicāt q illi uirgini Christus uirginē matrē commēdauit. Ab hac exceptoria regula rursus excipiunť pauca noīa: q̄ duobus uersibus cōtinenť. qm̄ generis sunt masculini. ut hic p̄do &c. ordo. inis. pedo. onis. is. est q pedes habet grādiores. comedo. onis. q nimiū comedit. spado. onis. udo. onis. Martia. in disticho. cuius titulus est udones cilices. & in digestis titulo de auro & argēto legato. l. argumēto. alia inqt est cā udonū. q usum calciamentoꝝ p̄stāt. Cardo. inis. cerdo. onis. cudo. onis. Syllius lib. viii. puni. Spicula bina gerūt capiti cudōe ferino capitis ē armamētū ex corio. burdo. burdōis. etiā his iungiť: ut digestis titulo de legatis. iii. l. itē legato sella. inqt uel burdones. iiii. quoq; regū lib. capi. v. Harpago onis. Liuius. xxx. ab urbe cōdita. asseres ferreo unco p̄fixos harpagonas uocāt milites. Plautus. Noui ego hos harpagones. ¶ Mango. onis. ligo. onis.

CHRI. Compositū a uerbis esto cōmune duobus hæc regula in substātiuis tantū noībus uera uideť. ut hic hæc collega. e. terrigena. e. omnigena. e. Lucanus lib. iii. aut si terrigene tētarēt arma gigātes. Gellius. li. iii. Dat mihi librū grādi uolumine oīgenis disciplinis scaturientē. Nā ea quæ adiiectiua sunt: quū in. a. finiunť

D

lege atr, neutr nomē in .e ... ...
Neutrū nomē in e. ... omne, mulebria græca.

tantum sunt fœminina:cuiusmodi sunt a uerbis gero & fero cōposita.ut armiger.a.um.clauiger.a.um. olīui fer.a.um.lucifer.a.um.& a lego.ut sacrilegus.a.um.Ouid.in ibide sydera p̄sserūt salciferiq; senis.Idē in epistolis.Armiferā tracē q regat alter erit.Idē in eodē ope coruigerūq; caput pinu p̄cinctus acuta.Valeri.maxi. Alienigēa studio dixit.Capito actæus apđ Gelliū li.ii.Neq; uino alienigēa:sed patrio usurus.de hac dictiōe sacrilegus.a.um.Terē.legēti exēpla sūt ip̄rōptu.Sed ea noia q a dictiōibus græcis cōponunť tm̄ sūt fœminina ut orthographia ab orthos rectū & grapho scribo.¶ Neutrum nomē in.e.hoc mātile.is.uenerabilē.lis. Mar.li.xii.mātile emēsa surripuit.Hermogenes.Iuue.saty.xiii.tam uenerabile erat p̄cedere quattuor annos. ¶ Muliebria sint tibi græca.hæc calpe.es.grāmaticæ.es.Iuue.saty.xiiii.Sed lōge calpe relicta.Quint.li.i.istitu. pri.tū nec citra musicen grāmaticæ pōt eē p̄fecta.¶ Vnū nomē in.i.hoc gumi.Ouid.in medicamine pte minus q̄rta direptū corticæ gumi.Columella tm̄ fœmininū ꝓtulit.Nostrū tempoꝝ agricole existimarūt nouā dolia liq̄da gumi pluere idē.Multi cū semel dolia uel serias crassa gumi lineruūt.Sed nūc potius agumis.is. quā agumi.i.deduciť.Nā qđ Diomedes asserit frugi unicā eē dictionē ac p oēs casus uariari putādū ē quātū attinet ad cōstructionē nō aūt ad formationē.qppe a frux.gis.declinať frugi.Ennius dictū factūq; facit frux Cice.in episto.illū hoiem frugi & tibi amicū existimabā.Suetonius in claudio frugi æquo fallerato iterauerat.Martialis tam frugi Iuno uellet habere Iouē.¶ O finita dabis maribus.ut hic unio pero umbo.Mar.lib. viii.Nō iurat gellia sed p uniones.hos amplectiť.hos osculať Virg.vii.æne.crudusq; tegit altera pero.Luca. galeāq; extēsus ꝓtegit umbo.¶ Fœmineis iunges p io ut hæc ultio.legio.oratio.Iuue.prima hæc ē ultio. Qđ se iudice nemo nocēs absoluiť.ea uero noia q corpus habēt in.io.finita.masculina sūt. ut hic pusio. scorpio. morio.uespitilio.Apuleius li.ix.adulter bellissimus ille pusio.¶ Hæc caro.Iuue.saty.ii.Sup uacuā cultris abrūpere carnē.unde carūcula deduciť.Cice.li.ii.de diuinatiōe.caruncula uitulinæ quā ip̄ratori ueteri credere.¶ Cœnatio qđ sim certus cœnatio parua.Martialis ait.¶ Portio.Iuue.breuissima uite portio. ¶ Quod desinit in do go Virg.in ludo uexat mētes uesana libido.Luca.li.vii.sua queq; p̄mit terroris imago. ne te decipiat Alex.hæc noia dicēs semp eē uerbalia q in io sunt fœminina.Cuius oppositū licet cognoscas. ut hic talio.rebellio.Gellius li.xix.Nolo hoc ignores hāc quoq; ipsam talionē.Quod uirgo tm̄ sit generis fœminini latissime opusculo illo nostro.Quod legas oportet disseruimus.¶ Prædo Luca.x. fœlix p̄do iacet terrarū uindice sanctus.¶ Ordo Iuue.& comitū lōgissimus ordo.¶ Pedo.Sed plerūq; nomē ꝓpriū ē Martialis parua tui domus pedonis.¶ Comedo.Varro apud gelliū comedōes ab edēdo putat dictos. Lucillius apud noniū.uiuite luecones comedōes uiuite uētres.¶ Spado Iuue. domina factus spado.Ecclesiastes.ca.xxx.Hieronymo iterpræte.Sicut spado cōplexus uirginē & suspicās.¶ Cardo Luca.li.iiii.& sūmus olimpi cardo ¶ Cerdo.Martialis.sutor cerdo dedit tibi culta Bononia munus.¶ Cudo hūc existimant plurimi uirū esse cudentem atq; monetā facientē.Syllius tamen li.xvi.p cassìde crudi corii posuisse uideť.Scipio cōtorquēs hastam cudone comantes disiecit crines.¶ Mango.Mar.li.viii.Sed mytilenei roseus māgonis ephæbus.Quod Plin. nomē fœmininū posuit li.xxxii.Ita pueros negauit mango obstetrix.unde mangoniū ꝙ artificio mangonis & mangonizo.i.compono & recōcinno ad alliciendos emptores.¶ Ligo.Lucanus lib.i.uomere auorum passa ligonū.Iœlis capite.iii.Hieronymo interpræte concidite aratra uestra in gladios:& ligones uestros in lanceas.duo ad huc alia nomina in do leguntur masculina macedo.onis.& mando.onis.

Ad duo cōmunis homo nemo. iunge latronē.
Est cōmune triū præsto: quod sum comitatur.

¶ ANTO. Ad duo cōmunis homo. Quod hæc tria noia hō.inis.nemo.inis.latro.onis.cōmunia sunt duoꝝ geneꝝ.Ver.æneí. Nec uox hoiem sonat.o dea certe.Terē.in andria. Hoc ego scio unū:neminē pepisse hic.Tintinius.Qđ rogas neminē decet bonā.Latro quoq; a neotiricis cōis duoꝝ generū poniť:cū apđ idoeos auctores nunq̄ fœminio gn̄e repiať.sicut nec leo:q̄q̄ dicat Serui9 eē cōe duoꝝ geneꝝ & fullo cū eodē auctore nō mittat fœmininū i.a.nisi sit usurpatū.Nec dissimulādus ē hoc in loco circulus.quē p̄ter unū Phocā grāmatici oēs fecerūt:i gn̄e supponētes declinationē & i decliatiōe genus.Nā quō reliq oēs grāmatici p̄cepta tradiderūt:nunq̄ oino scire poterimus noia i do.uel i go.desinētia cui9 sūt gn̄is: aut quēadmodū mittūt genitiuū.Est cōe trium præsto.Quod hoc nomen indeclinabile præsto cōe est triū generum & semper iungitur huic uerbo sum es fui.ut præsto sum præsto fui.pro præsens sum præsens fui. Cicero in epistolis ad Appium.Fabius legatus mihi præsto fuit.reperitur etiam præsto est pro efficax est.ut Celsus libro.vi.¶ Neq; medicamentum præsto est.id est præsens & efficax.Pseudo propterea nō posuimus: qui nusq̄ est nisi in compositione.ut pseudo prophetes:pseudostomos.pseudographia.

¶ CHRI. Ad duo cōis hō.Cicer.pro cluentio quū de eius matre loquereť.cui ea stulticia est ut eam nemo hominē appellare possit.idem in epistolarū li.iiii.ei moriendū fuit:qm̄ hō nata fuerat. homo qddā minus quā uir significat Cice.ad Cæsarē li.vii.episto.probiorē hoiem meliorē uirū prudētiorē eē neminē.idē lib. vii.nā patre eius claro hoie & forti uiro plurimū usi sumus.¶ Nemo Terēt.in eunucho. Quā nemo spectet ultro ad eam uenies.Antiqui figurate homo & nemo frequēter coniungebant.idem in adelphis. neminem hominē artiū magis pricipē Cice.li.ii.de natura deoꝝ.Nemo hoiem hō agnosceret.¶ Latro.nis. ose capite. vi.Hyeronymo interprete.Quasi fauces latronum uiroꝝ.hinc colligi pōt forte alicui fœminā esse latronē. Quod nusquā offendiť.¶ Præsto Cicero ad hereniū.ita ut hirundines æstiuo tempore præsto sunt frigore pulsæ recedūt:ita falsi amici sereno uitæ tempore præsto simulatq; hyemē fortunæ uiderint deuolant omnes.Verg.in ætna.præsto sunt examina semper.¶ Præsto quod sum comitať.nō recte ergo sed neq; fontius. Sed neq; pogius.Quorum uterq; eū aliis uerbis adiunxerūt.ille in tertia satyra Persii.nō præsto cucurrisse hic uero ego ad uos præsto ueni.utrobiq; præsto pro celeriter:propere:cito:quāprimū positum [illegible]

¶ANTO. Neutrũ nomẽ. Quod noĩa in.v.desinẽtia generis sũt neutri.ut hoc cornu.ueru.pecu.gelu.genu. tonitru. Oui.ix.meta.rigidũ fera dextera cornu dũ tenet:decliat̃ quoq; hic cornus.us.genere masculino.Luca.i.vii.Cornus tibi cura sinistri.Celsus lib.vi. ceruini cornus cõbusti.& paulo post:qa cornũ habet. Plinius quoq; multis in locis hoc genere declinatiõe est usus.¶ Dicimus quoq; hoc pecu.& hoc pecus.oris.Pli.li.viii. natu.histo.eqnoctio uerno &c.pecua admittit̃.ab eo qd̃ ẽ pecu dixit pecua.hoc gelu & hic gelus. Lucretius lib.vii.qa seue gelu qd̃ cõtinet in se emittit.Actios in ꝓmeteo. Profusus flamine hiberno gelus.¶ Hoc genu.

Neutrũ nomen in: V.cornu est pro teste geluq;.
C.D.neutra dabis.reperis tñ hæc quoq; raro.
Al neutrum pones.tamen hic sal debet habere.
Et duo sunt neutris cũ melle fel annumeranda.
Nil nihil est neutrum. Vigil & pugil esto duorũ.

& hoc genus.i.Verg.i.æne.nuda genu nodoq; sinus collecta fluẽtes.Idẽ in.v.genua egra trahẽtẽ Cice.in arato.iã dextrũ genus & decoratã lumine surã.Idẽ i eodẽ tertia sob cauda ad genus ipsum lumina pãdit.ac rursus ibidẽ:ac pp leuũ genus:oĩ ex pte locatas.Hoc tonitru.& hic tonitrus.Plin. lib.xxxvi. Tonitru intus terribile exista.Ouid.i.meta.Humanas motura tonitrua mentes.Idẽ primo de tristibus: hoc mihi nõ ouiũ fibre tonitrusue sinistri.Syllius lib.xii.puni.folminaq; & tonitrus & nymbos cõcutit aer. ¶ C.D.neutra dabis.Quod noĩa desinẽtia in.c.uel in.d.generis sũt neutri:ut hoc lac.halec.aliud.qd̃.qd & de ꝓnoĩbus id:illud istud:nec alia fere iuenies.Antigores tñ hoc lacte.is.declinabãt:a quo ut̃ abscissũ fuisse lac.Plautus in menechmis:neq; lacte est lacti mihi crede usq̃ similius:hæc lactis aliud significat:est enim itestinũ:p qd̃ labit̃ cibus. Tintinius.¶ Graticula:cerebellũ:lactis agnina:sed magis utimur in plurali.Pli.li.xi. A uẽtriculo lactes in hoĩe:& oue:p q̃s labit̃ cibus.Põpo.Orate p lactes tuas. Halec quoq; & hæc Halecis posse declinari.Priscia.auctoritate ꝓbi grãmatici cõfirmat:id qd̃ & nos fatemur:sed qd̃ utrũq; putat nomẽ esse piscis:id nos asseuerate negamus:cũ halex piscis sit:ex quo sale macerato exudabat sanies: q̃ utebant̃ p salsamẽto:qd̃ dicebat̃ Halec.sed de pisce.Martialis halecẽ sed quã ꝓtinus illa uoret.Cato de re rustica:ubi olee comese erũt:halecẽ dato.Columella diminutiuo usus est dicẽs:in escã pisciũ p̃beri conoenit haleculas putreq; sardinã:& paulo post:haleculã inqt mõ captã. Theodorus in libris de aĩalibus:halecẽ sterptat̃ menã. Halec uero pro salsamẽto posuit Horatius in.i.ser.Siler.halec.fecula coa & i.ii.¶ Ego fecẽ primus & halec.Halex quoq; genere fœminino posoit Plin.lib.ix.Martialis apicius inqt e iecore muloꝝ halecẽ excogitare ꝓuocauit:cuius ntũs nõ est halecis.ut Priscia.putauit:sed halex:ut Plin.lib.xxxi.¶ Vnguiũ scabriciam tollit halex:& ibidẽ uitiũ gari est halex impsecta nec colata fex.¶ Al neutrũ pone.Quod noĩa in.al.desinentia generis sunt neutri:ut hoc tribunal.ceruical.uectigal.aĩal lupcal. Vnũ tñ reperit̃ generis masculini hic sal.Plin.lib.xxxi.aiunt dẽtes nõ erodi nec putrescere:siquis quotidie mane ieiunus salem cõtineat:donec liquescat.Salustius in iugurtha.Nec salem nec alia irritamenta gule quærebant:& illud Terentii in eunucho. Qui habet salem:quod in te est.i.quæ res. Antiquissimi tamẽ & iuniores neutro genere protulerũt:ut Affranius.Quicquid loquimur:sal merum est.Serenus.sal niueum sumes:bethicum qd̃ nomine dicũt. Et Lucas Hieronymo interpræte:bonum sal est:& Augustinus:quod si sal insatuatũ fuerit.¶ Et duo sunt neutris. qd̃ in.el.duo tantum reperiuntur nomina generis neutri:hoc mel.hoc fel.¶ Nil nihil est neutrum:q; hoc nomẽ in hil atq; ab eo abscissum nil generis sunt neutri.¶ Vigil & pugil cõmunia sunt duorum generum ex ratiõe significationis:& si Phocas & Priscianus pugilem sub genere tantum masculino posuerunt. Augustinus in libello de grammatica in.l.littera nominatiuus exiens in cõmunibus uigil & pugil.affertq; illud Terenti.in eunucho.Siqua paulo est habitior. pugilem esse aiunt. Nam & fœminas pugillatu exerceri solitas. Iuuenalis ostendit in secunda satyra.Luctantur pauce.comedunt coliphia pauce:& in sexta.Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus:& quanto galee curuetur pondere:& quæ sequuntur.Mugil.ilis.& mugilis mugilis declinatur.Phocas mugil declinat:ut Plin. libro nono naturalis hystoriæ mugil & lupus mutuo odio flagrãt. Iuuenalis quosdam moechos & mugilis intrat.¶ Sil neutro genere pigmenti genus est:de quo multa Plinius ut libro trigesimoquarto sil inquit ceruleum.sil proprie limus est.

¶CHRI. Neutrum nomẽ in u.ut hoc ueru:genu:cornu:Iuue.saty.xiiii.genua incerare deorum.Gellius libro.xvi.itaq; gellu concretum est.¶ C.d.neutra dabis.Vergi.in Bocco.lac mihi non æstate nouum non frigore desit.Iuuenalis Satyra prima aude aliquid si uis esse aliquid.Quintilianus affert ex columna Romæ rostrata pleraq; nomina in.d.finita:ut merid dulced pro eo dicimus meridies dulcedo.¶ Al neutrũ pones ut hoc minutal:bidental:lupercal.Iuuenalis saty.xiiii.Hesternum solitus seruare minutal.¶ Hic sal.Horatius quæ debent ligna salemq;.Vitruuius libro.x.Salem addi necesse est: & extenuari. Sed in alia significatione Locanus libro decimo æquoreosq; sales longo mitescere tractu.etiam pro saceciis. Martialis libro tertio lepore tinctos actico sales narrat.Lucanus non solitos ludere sales.Seruius putat sal salis pro cõdimento in singulari declinari:pro locis uero implurali tantum reperiri.Quod satis constat exemplis.¶ Neutris cum melle fel.Martialis in distichis necearum turbantis mella salernum.Seneca.In medea.fel medusa tacitũ.¶ Nil nihil est neutrum Martialis libro primo usa est tale nihil. Siluis dum uixit in altis. Iuuenalis Satyra tertia perdidit in fœlix totum illud nihil.Martialis libro decimo.Qui scribit nil & tunc poeta est. Agrætius putat nihil aduerbium esse.Sed nihilum esse nomen.¶ Vergil.Iuuenalis satyra decimaquarta: & uigilem ponendi ad castora numi.Idem satyra decimatertia.uigile cum febre pati dolorem.¶ Pugil.Gellius libro tertio.Diagoras tris filios habuit adolescentes pugilem:alterum pamcratiastẽ:tertium luctatorem.Pius pontifex maximus in oratiõe q̃dã:discordiaꝝ manũ pugilẽ scripsit:tametsi phocas masculinũ tantũ eẽ cõtendit.

CANTO. Solus in ol.est sol q in ol.unū tantū est masculinū hic sol. Vnū quoq; eiusdē generis s ul.ut hic cōsul.& qđ Ennius apud noniū dixit mortalē summū fortūa repēte reddidit sūmo regno famul ut optius esset.pro famulus famul.is.dixit ea nāq; dignitas uiro℞ tm̄ fuit.¶ Præsul tm̄ & exul cōia sūt duo℞ generum: Macrobius prio satur.Luna qa corpo℞ p̄sul est.Sed & sedulius in paschali etiā neutro iūgit:ligno p̄sule dicens.¶ Sit cōe triū tibi nequā:q in.am.unū tm̄ repit nequā:qđ est cōe triū generū:& est īdeclinabile:qđ ipsum argumēto est nullū nomē in.am.terminatū posse declinari.¶ Vm.neutris iūges.qđ in.um.desinētia generis sunt neutri:ut hoc tēplū : regnū:donū:

Solus in ol.est sol.Hic consul dicitur esse.
Sed tamen a duo sunt cōmunia præsul & exul.
Sit cōmune trium tibi nequā.nec uariatur.
Vm.neutris iunges.exemplo sit tibi templum.
Græcū nomē in.an.& in.in.sit semper:& est mas:
En dabitur neutris.sed sunto mascula lichen.
Ren.splen.atq; lyen.atagen.cū pectiue flamē.
Addis hymen.& qđ cano cōponit tibi nomen.
Nomē in on.græcum tibi sit: maribusq; repones:
Barbiton & sindon sunt fœmineis adhibenda.

CANTO. Compesco.is.& dispesco.is.& si composita sint a pasco.is.paui.compescui & dispescui fecerunt. ¶ Ico dat ici.de non habentibus.s.ante co.dicit:quod hoc uerbum ico icis facit præteritum ici. Celius apud Priscianum:qui cum his ita fœdus icistis. ¶ Vinco præterea ablata.n.facit uici. & parco quod in præterito primam geminauit.peperci.Lucanus in.ii.sanguinis effudit iugulo:flammisq; pepercit:facit etiam parsi: ut apud Terentium hanccine ego utinam parsi perdere? Plautus duorum ego hominum labori parsissem libens:fecit quoq; apud antiquiores parciui.Neuius apud Marcellum nemo parciuit suo labori.Duo sunt facientia præteritum in.xi.dico.is.dixi. duco.is.duxi. ¶ O mutatur in.i.quod huius coniugationis uerba finita in do.mittunt præteritū.o. finali mutata in.i.ut scando scandis scandi.pādo pandis pandi:desendo.is. desendi. offendo.is.offendi:ascendo.is.ascendi:descendo.is.descendi: quod etiam fecisse descendidi finali syllaba geminata confirmat Gellius auctoritate Valerii antiatis:q dixit:deinde funere locato ad foræ descendidit. Laberius quoq; in catulario apud eundem Gellium. Ego inquit mirabar:quomodo mānæ mihi descendiderant. ¶ A fido.is.Priscianus dicit se præteritum non repperisse:ex proportione tamen: fidi.debuit facere: quēadmodum & strido.is.uel strideo.es. stridi. Ab edo.es.pro eo qđ est comedo. Martialis fecit edi in præterito: boletus inquit qualem claudius edit edas.nā pro eo quod est publicare:edidi facit. cum a do das compositum sit.Deinde dicit:quod.n.litteram in præterito dispungunt tria uerba scindo.is.scidi.fingo.is.fidi.fundo.is.fudi.A.Gellius.vii.noc.atti.a scindo.is.præteritum dicit fuisse scicidi primā syllaba geminata.idq; Priscia.Acrii auctoritate confirmat dicens:non ergo aquila uti prædicant sciciderat pectus:quod & assimonius in arte quam ad Constantinum Cæsarem scripsit:solum in usu esse putat: cum Luca.in.iii.dixerit:tellurem subitis aut obruit undis aut scidit.& Martialis. Vnguētum fateor bonum dedisti conuiuis here sed nihil scidisti.Deinde dicit quod sex uerba quæ hic explicant: geminant primas præteriti syllabas.ut tundo.is.tutudi:quod.n.in præterito amisit:quemadmodū & tria superiora: cedo.is.per.e.diphthongon pro eo quod est ferio:quod fecit cecidi penultima longa:nam cado.is.cecidi.pro eo qđ est labor penultimā breuiat. ¶ Pendo.is.pependi pro eo quod est soluo pensionē siue suspendo:habetq; præteritum cōmune cum hoc uerbo pendeo es.quod significat suspēsum esse.Pendo.is.pepedi.Horat. quantū uesica pepedi. ¶ Tendo.is.tetendi.Cōposita quoq; a do das dedi:quæ per hanc cōiugationē declinant: geminant finales præteriti syllabas:ut addo.is.addidi.perdo.is.perdidi.trado.is.tradidi.prodo.is. prodidi: sed quemadmodum facile apparet a dō das uerba esse composita cum præpositione:ita non satis liquet an credo & uendo sint composita illud a cretus & hoc a uenum est enim crede quasi cretum do:& uendo quasi uenum do.Prendo quoq; quasi a do compositum geminauit Hiero.in.xxi.afferte.inquit de piscibus:quos prēdidistis. ¶ In si prætereunt:quod uerba:quæ hic enumerantur mittunt præteritum in si ut claudo.is. clausi.quod etiam cludo.is.clusi.declinatur propter illam affinitatē:quæ est inter.au.diphthongō.&.u.Martialis. Videor mihi meo iure facturus:si epistolam uersibus clusero. ¶ Diuido.is.diuisi.Plaudo.is.plausi. cuius cōposita mutant au.in.o.propter affinitatem quæ est inter au.&.o.ut complodo.is.conplosi.explodo.is. explosi.displodo.is.displosi.Ludo ludis.lusi.ledo ledis lesi.cuius composita mutant.e.diphthongon in.i.longum ut collido collidis collisi.illido.is.illisi.allido.allidis allisi.Rado radis rasi.Rodo rodis rosi.Trudo trudis trusi.Cudo cudis cussi.secundum Diomedem Carisium & Phocam. At uero Priscianus in illud Vergilii. primo.æneid. Ac primum silicis scintillam excudit achates:excudit īquit tam præsentis q̄ præteriti est: sed quia Vergilius suscepit subiunxit.melius præteritum potest intelligi.idq; etiam Seruius comprobat expo nens illud uerbum excludit inquit.i.feriendo eiecit. ¶ Cedo præterea pro eo quod est do locum cessi facit. & ab eo composita.ut recedo recedis recessi.concedo cōcedis cōcessi.procedo procedis processi. Cedo uero pro eo quod est labor.eris.cecidi facit:ut paulo ante diximus:differentia quod hoc primā breuiat.illud producit eandē.nam cedo pro eo quod est ferio per.e.diphthongon scribit:quemadmodū modo dicebamus. ¶ In go.qđ uerba huius cōiugationis desinentia in go.mittunt præteritū in.xi.ut pingo.gis.pinxi. cingo.gis. cinxi.ango.gis.anxi.rego.gis.rexi.cōposita in præsenti mutant.e.in.i.ut corrigo.is.correxi. dirigo.is. direxi. porrigo.is.porrexi.qđ etiam per syncopā porgo.is.porrexi facit.quēadmodū pergo.is.perrexi.pro perrigo. is.dicimus quoq; surrigo.is.surrexi.& per sincopā surgo.is.surrexi. Deinde ponit exceptionem dicens quod tria uerba huius terminationis mittunt præteritum in si.ut spargo spargis sparsi.cuius composita quoq; mutant.a.in.e.quandoq; nō muttant.ut dispargo dispargis disparsi.uel dispergo dispergis dispersi. conspargo conspargo consparsi.uel conspergo conspergis cōspersi.respargo.is.resparsi.uel respergo.is.respersi.Mergo. is.mersi.tergo.is.tersi.quod etiam secundæ reperitur:ut supra diximus.

Compesco dat ui. dispesco iungitur illi.
Ico dat ici. Vincoq; uici. Parco peperci.
Seu parsi. Dico dat dixi. Ducoq; duxi.
O mutatur in.i.si uerbum desinit in do.
N.tamen amittunt tria scindo.findoq; fundo.
Sed geminat tundo tutudi.cædoq; cecidi.
Pendo pependi dat.cecidi cado pedo pepedi.
Atq; tetendi dat tendo.Sed di geminatur
A do compositis.his credo.uendoq; iunges.
In si prætereunt hæc claudo.diuido plaudo
Et ludo.lædo.cum rado,rodoq; trudo.
Et uado.cudo dat cussi.cedoq; cessi.
In go.quod uerbum finitur:præterit in xi.
Spardo sparsi.mergo mersi.tergoq; tersi.

CANTO. Egi mittit ago. q̄d uerba: quæ tribus uersibus explicant̃: mittunt p̄teritũ in gi. sed uariis modis: nã ago facit in p̄terito egi: cuius cõposita mutãt in p̄nti. a. in. i. ut redigo. is. redegi. adigo. is. adegi. exigo. is. exegi. cogo. is. coegi. a littera dispũcta ab ago agis: & n. a. cõpositiõe: quẽadmodũ in redigo redegi. d. littera interposita. ¶ Lego legis legi. cuius cõposita quædã mutãt. i. in. e. ut colligo colligis collegi. seligo. is. selegi. q̃dã nihil mutãt: ut relego. is. relegi. plego. is. plegi. Ex iis uero q̃ mutãt. e. in. i. q̃dã etiã mittũt p̄teritũ in exi. sunt aũt ut supra in principio huius capitis dictũ est tantũ tria: ĩtelligo ĩtelligis ĩtellexi. diligo diligis dilexi. negligo negligis neglexi. quæ & ipsa aliq̃n miserũt p̄teritum cũ simplici. ¶ Frãgo frangis fregi. cuius cõposita in præsenti mutãt a. in. i. ut ĩfringo infringis ĩfregi. cõfringo cõfringis cõfregi. refringo refringis refregi. Pango pangis pegi. Pacuuius apud Prisciã. in medio tonsillam pegi leto in littore ab eo cõposita in p̄nti mutãt. a. in. i. ut cõpingo cõpingis cõpegi. impingo ĩpingis impegi. Luca. in. v. Fortũæ q̄d te nostris impegit arenis: facit quoq; secundũ Carisiũ pepigi & panxi: sed auctore Quinti. pepigi non est a pãgo pãgis: sed a pago pagis: scribit enim oratoriaꝝ ĩstitutio. lib. i. Memoria repeto cõuictos a me q̃ rep̄henderãt: q̄d hoc uerbo pepigi usus eẽm. nã id q̄dẽ dixisse summos auctores cõfitebant̃. rõnem t̃n negabãt p̄mittere q̃a prima positio paciscor cũ haberet naturã patiendi: faceret tp̄e p̄terito pactus sum nos p̄ter auctoritatẽ oratoꝝ atq; historicoꝝ analogia hoc quoq; dictũ tuebamur. Nã cũ in. xii. tabulis legeremus ni ita pagunt. iueniebamus simile huic cadũt: inde prima positio etiã si uetustate exoleuerat: apparebat pago ut cado. Vnde nõ erat dubium sic pepigi nos dicere: ut cecidi. Quid q̄d Cice. in. li. ad Herẽni. eo uerbo est usus: q̄d Quinti. exoleuisse dicit: rem inq̃t ubi pagũt oratiõe pagunt. Deinde dicit q̄d hoc uerbũ pungo facit in p̄terito p̄ regulã punxi. a quo sunt cõposita dispungo dispũgis dispunxi. expũgo. is. expũxi. cõpungo. is. cõpunxi: facit etiã pungo pupugi a quo est repungo. is. q̄d pro eo q̄d est retaliare facit repupugi: facit p̄terea pungo pupupi q̄d Gellius lib. vii. noc. atti. Actii. auctoritate cõfirmat dicẽtis in edilitio: si pepugero: metuet. ¶ Tango quoq; tetigi facit cuius cõposita mutãt. a. in. i. tã in p̄nti q̃ in p̄terito. ut cõtingo. is. cõtigi attingo attingis attigi. ¶ A clango. is. Hierony. fecit clãgui in lib. numeroꝝ cap. x. Si semel inq̃t clãgueris: uenient ad te principes. ¶ A ueho dic uexi. duo reperiunt̃ uerba in. ho. desinẽtia. quæ mittũt p̄teritũ ĩ. xi. ueho uehis uexi. & traho trahis traxi. ¶ Lo finita lui. q̄d huius cõiugatiõis uerba finita in lo mittũt p̄teritũ in. lui. ut colo colis colui. molo molis molui. alo alis alui. uolo uis uolui. cõsulo cõsulis cõsului. occulo occulis occului. Tria uerba geminãt in p̄terito primã syllabã. ea sũt fallo. is. fefelli. pello pellis pepuli. tollo tollis tetuli q̄d p̄teritũ nõ est in usu: sed cõpositũ ab eo q̄d est substollo substuli. Terẽt. referẽte Diomede. huc inq̃t tetulissẽ pedẽ. & Catullus ad ortalũ. si reditũ retulisset. is. aut ĩ tp̄e lõgo. Plautus ĩ amphy. me salutauisti & ego te. & osculũ tetuli tibi. ¶ Percello duplex habet p̄teritũ p̄culsi & p̄culi. Terẽt. in andria. p̄culsit ilico animũ. Verg. v. æne. p̄culit & fulua moribundum extẽdit arena. & quẽadmodũ p̄cello fecit p̄culi. ita etiã ex analogia excello. is. exculi. debuit facere nam excellui. ab eo est p̄teritũ q̄d excello. es. Cice. in ep̄lis ad filiũ. quare effice & elabora ut excelleas. ¶ Sallo. is. salli. Lucillius apud Prisciã. sallere murenas mercẽ in frigidaria ferre. Rep̄it̃ etiã p̄ quartã. ut apud Celsum lib. ii. de medicina. Pisces inq̃t q̃ salẽ nõ patiunt̃: solidi ue saliunt̃. ¶ Vello. is. uelli uel uulsi. Ver. in buc. Cinthius aurẽ uellit & admonuit pastorẽ. Luc. in. iiii. castrorũ siccas de cespite uulserat herbas. ¶ Psallo. is. psalli. Bassus calliope princeps sapiẽti psallerat ore. Plautus in amphi. ne ego homo ĩfœlix fui qui nõ ĩteruelli alas. ¶ Mo tibi mittit. ui. diuisas q̄d uerba finita ĩ. mo. mittũt p̄nĩ ĩ. ui. syllabas. ut uomo. is. uomui. gemo. is. gemui tremo. is. tremui. fremo. is. fremui. Quattuor t̃n uerba q̃ sequunt̃. mittunt p̄teritum in. psi. como comis cõpsi. demo. is. dempsi. sumo. sumis sumpsi. p̄mo p̄mis p̄mpsi. Præmo t̃n facit in p̄terito præssi. cuius cõposita in p̄nti mutãt. e. in. i. ut cõprimo cõprimis cõpressi. ĩprimo ĩprimis ĩpressi. reprimo reprimis repressi. ¶ Emo emis facit in p̄tõ emi: sed ab eo cõposita mutãt. e. in. i. in p̄nti. ut redimo redimis redemi. p̄imo. is. peremi. adimo. is. ademi. dirimo. is. diremi. q̄d Euphonie cã. r. mediã accepit: quẽadmodũ redimo. & adimo. d. litterã acceperũt. ¶ Coemo. is. coemi. nõ mutauit. e. i. i. ¶ Pono. is. posui. q̄d ĩ. no. desinẽtia rep̄iunt̃ pauca uerba. q̃ q̃a nõ possunt sub regulã colligi: singuloꝝ p̄terita explicant̃. Itaq; dicit q̄d pono põis: facit in p̄tõ posui: pro quo antiquores posiui dixerũt. Plautus apud Prisci. in uidularia. Vitulũ sequæstrũ posiuimus: & Apuleius in hermogara. cibatũ quẽ iucũdũ eẽ uobis animaduerterãt eũ apposiuerũt. ¶ Gigno gignis genui. q̄d ueteres geno. is. genui. declinabãt. Varro in andabata: sed quod hæc aliquid genunt. & Lucretius in. iiii. totum posse extra corpus durare. geniq; pro gigni posuit in ĩfinitiuo. ¶ Cano canis cecini. cuius cõposita mutãt. a. i. i. mittuntq; præteritũ in. ui. syllabas. ut cõcino. is. cõcinui. præcino. is. præcinui. occino. is. occinui. q̄d Salustius in primo historiarũ ita cõposuit. ut. a. in. i. nõ mutaret: iussu inquit metelli. cornicines occanuere.

Egi mittit ago. lego. frango pangoq; iunges.
Quod dedit & pepigi. uel panxi. pungoq; pũxi.
Sed dabit & pupugi. tetigi sed dat tibi tango.
A ueho dic uexi: sed de traho dicito traxi.
Lo. finita lui mittunt. Dat fallo fefelli
Et pello pepuli. tollo tetuli dedit olim.
Percello tibi dat perculsi. perculeratq;.
Exculit excello. de sallo dic quoq; salli.
Vello dat uelli uel uulsi. psalloq; psalli.
Mo tibi mittit. ui. diuisas. Sed dabis in psi.
Quattuor hæc como cum demo sumoq; promo
S. duplici pressi premo dat. sed emo facit emi.
Pono dat posui. gigno genui. ceciniq;.
Dat cano. sed per. ui. quæ conponuntur ab illo.

Temnoq; dat temsi.sino siui.cernoq; creui.
Et sperno spreui.sed sterno mittit in aui.
De lino dic liui uel lini.dic quoq; leui.
In po.pauca dabis mittentia præteritū in psi.
Sed strepo dat strepui.de rumpo fit tibi rupi.
Dat uerro uerri uel uersi dat gero gessi.
Mittis ab uro ussi.de curro mitte cucurri
Quæro quæsiui.tero triui.dat sero seui.
Cuius compositum per.ui.mitatur & eui.
So tibi dat siui.Tria dant si.uiso.capesso.
Atq; facesso.sed de pinso pinsuit exit.
Xi.duo dant plecto cū flecto.Sed duo dant.xi
Siue.xui.necto cū pecto quod dat &.iui.
Dat mitto misi de uerto ponito uerti.
Stertuit a sterto.meto messuit.atq; petiui.

CANTO. Temno temnis tempsi:cuius compositum contemno contemnis contempsi magis est in usu.¶ Sino sinis siui.Terentius in adelphis:quia non siuit egestas.Diomedes etiam sini in præterito posse facere dicit auctoritate Publii.qui de uita sua scribens inquit:quod si me inuitum abire sinisset:melius tamen ut ait dicimus siui.quemadmodum Varro complexionum.iii.ad mortem nō siui me producens.Plautus in cistelloria.nunq̄ ego hanc uiduam cubare siui.Compositū quoq; ab eo desino.is.desiui:facit non desini.¶ Cerno cernis creui.Plautus in cistellaria.Cum ego te amaui mea antiphila:& mihi amicā eē creui.pro eo quod est uidi.¶ Sperno spernis spreui.Sterno sternis straui.Lino linis.triplex habet præteritum lini.liui.leui.sed lini uel liui raro sunt in usu ut apud Varronem de re rustica cum obliuerit uasa.¶ Leui uero potius ab eo simplici nascitur quod non est in usu.leo.les.leui.a quo sunt deleo deles deleui.releo reles releui.dicimus quoq; a lino linis.relino relinis releui.ut apud Terentium in heauton.Releui dolia omnia.simplex etiam protulit.Horatius in.i.carminum.Conditum leui datus in theatro cum tibi plausus.¶ In po.pauca dabis:qđ huius coniugationis uerba in.po.desinentia pauca sunt mittentia præteritum in.psi.ut carpo.pis.carpsi.cuius composita mutant.a.in.e.ut decerpo.pis.decerpsi.concerpo concerpis concerpsi.discerpo.pis.discerpsi.repo repis repsi.serpo serpis serpsi.scalpo scalpis scalpsi.a quo ē compositum exsculpo exsculpis exsculpsi.clepo clepis quod raro inuenitur.clepsi fecit in præterito.¶ Strepo.is.strepui.atq; rūpo rūpis rupi.alium in modum q̄ superiora præteritum misere.¶ Dat uerro uerri.in.ro.uerba desinentia cū non possint in unam quandam regulam contrahi eorum præterita singulatim explicauimus.nam uerro secūdum Seruium uersi secundum Carisium uerri facit quod magis usu probatur.Licinius.hisce etiam reliquias auerrerunt.& Publius cellas inquit seruorum conuerri.¶ Gero geris gessi.uro uris ussi.s.duplex in p̄terito acceperunt.¶ Curro.is.primam geminans syllabam cucurri fecit.Vergilius secundo æneid.Gelidusq; per ima cucurrit ossa tremor:fecisse etiam cocurri auctor est Gellius libro septimo noc.atti.dicitq; probum annotasse uerba.Aelii tuberonis.ad Oppiū scribentis si generalis species occecurrit pro eo quod est occurrit.¶ Quæro quæris quæsiui.cuius cōposita mutant.æ.diphthongon in.i.longum.ut conquiro conquiris conquisiui.acquiro acquiris acquisiui.requiro requiris requisiui.¶ Tero teris triui.Sero.is.seui.antiquiores serui.quoq; per.ui.diuisas dixerunt.ut Enni.quā tanto studio seruit:sed composita a sero seris.cum retinent simplicis significationem faciunt in.eui.ut consero.is.conseui.insero.is.inseui.assero.is.asseui.Hora.primo ser.Nunquā tibi uitiorum inseuerit olim natura.Quod si mutant simplicis significationem.in.ui.syllabas mittunt præteritum.ut consero.is.cōserui.insero.is.inserui.assero.is.asserui.¶ So tibi dat.siui.quod uerba huius cōiugationis in so desinētia mittunt præteritum in iui.ut accerso accersis accersiui.Lacesso lacessis lacessiui.quæso quæsis quæsiui.pro eo quod ē rogo:a quo iam non extat aliud q̄ quæso & quæsumus.Salustius in primo historiarum.Curionem inquit quæsiui uti adolescentior.& populi suffragiis integer etatim concederet mamerti.¶ In si tamen mittunt præteritum tria uerba secundum Diomedem & Carisium.uiso uisis uisi.capesso capessis capessi.facesso facessis facessi.Cicero in diuinatione innocenti periculum facesseris.frequentior tamen usus habet ut uerba huiusmodi mittant præteritum in.iui.ut Cicero apud Augustinum in secundo libro de ciuitate dei.eschisnes inquit cum adolescens tragedias actitasset.rempublicam capessiuit.Salustius apud Priscianum in libro secūdo historiarum.diuersa solet uti rebus perditis capessiuit.Idem in.iiii.legiones pridie in monte positas lacessiuit.Et Cicero pro roscio.accersiuit inquit aliquem.¶ Pinso pinsis in præterito pinsui debere facere probus auctoritate Pomponii affirmat dicentis.Neq; molis molui neq; palatis pinsui.¶ Xi duo dant plecto.Cum uerba huius coniugationis desinentia in.to.non possint sub una regula compræhendi omnia aut pleraq; ex illis explicat singulorum præterita dicens.quod in.xi.mittūt præteritum hæc duo uerba plecto plectis plexi.flecto flectis flexi.Liuius Andronicus apud Priscianū:insolito plexi munere.Vergilius secundo æneido.nec prius amissam respexi animum ue reflexi.Duæ quoq; mittūt præteritum in.xi.simul & in.xui.necto nectis nexi uel nexui.Salustius.in primo historiarum.Nexuit inquit catene modo.Vergilius quinto æneid.Et partibus palmas amborum inexuit armis.Propertius.At tibi qui nostro nexisti retia lecto.¶ Pecto pectis pexi uel pexui.Mecenas in octauia.pexui capillum nature muneribus gratum.facit quoq; capro auctore pectiui.a quo Columela fecit supinum pectitū:sed penultima breui ut suis locis dicemus.¶ Mitto mittis misi.Verto uertis uerti:In.ui.syllabas duo mittunt præterita.sterto stertui.Persius.postq̄ destertuit esse menipes quintus.¶ Meto metis messui.quod in præterito.s.duplex accepit.Cato.apud Priscianum.In campo īquit tiburti:ubi ordeum demessi.¶ Peto petis petiui.

CANTO. Sed sisto stitit mittit: hoc uerbum sisto.is. aut actiuum est. facitq; in præterito stiti. aut absolutū neutrum facitq; steti. quemadmodum & sto stas. cui simile est genere & significatione ab hoc composita mit tunt præteritū. e. mutata in. i. ut obsisto.is. obstiti. resisto.is. restiti. cōsisto.is. cōstiti. īsisto.is. institi. quemadmo dum & composita a sto.as. ut obsto.as. obstiti. resto.as. restiti. consto.as. constiti. insto.as. institi. Quo piaculo mihi satissacere possunt q pro eo quod ego scripsi. sisto. stiti. pro stiti. statui. supposuerunt: forte illa ratione ducti quod legerāt apud Prisci. sisto quando actiuā hēt significationē in ptō debere. itaq; ut uerba defectū resarcirent: a statuo statius pteritū statui mu tuati sunt itaq; mihi accidit tale quidam hoc in loco: quale narrat a Gellio accidisse. Marci Catoni cum peruersis quibusdam suorum operum emendatoribus. Nam ego cum stiti hoc in loco scripserim id quod in archetypis commentariis meis adhuc mōstrare possum: audaculi isti emendatores prostiti statui po suerunt. uerba Gelii ex libro secundo noctia rum atticarum huiusmodi sunt: in libro ue teri. M. Catonis: qui inscribitur contra Tiberi um exulem iscriptum quidem sic erat. quod si uadimonium capite obuoluto stitisses: re cte inquit ille stitisses scripsit: sed falsi emen datores. e. scripto per libros stetisses fecerunt tanq̄ stitisses uanum & nihili uerbum esset: quin potius ipsi nequā & nihili sunt qui igno rant stitisses dictum a Catone: quoniam siste aperio retur uadimonium non staretur.

A peto. sed sisto stitit mittit steteratq;.
Nexo præteritūq; per. ui dat texoq; iunges.

De præteritis quartæ coniugationis.



Vartæ præteritū ppe semp mittit in. iui.
In. xi ptereunt duo. sancio. uincio. tantū
Dat salio salui. micui facis ex amicire.
Sepio dat sepsi. sed ab haurio mittitur hausi.
Quorū præteritū plerumq; reponis in. iui.
Fulcio. sartio. farcio. raucio sentio dant si. sarcio
Et uenio ueni. Sed quæ pario tibi formant:
Præteritū per. ui. diuisas mittere debent.
Comperio dat eri. cui iungitur & reperire.

Nexo præteritum quod duo uerba reperiuntur finita in. xo. mittentia præteritum in ui. diuisas. nexo nexis nexui. & rexo texis texui. De præteritis quartæ coniugationis: quod uerba quartæ coniugationis mittunt præteritum in iui. secundæ personæ præsentis idicatiui modi. s. finali mutata in ui. ut audio audis audiui. munio munis muniui. insanio insanis insaniui. scio scis sciui. nutrio nutris nutriui. Deinde dicit quod duo tantum uerba mittunt præteritum in. xi. sanxio sanxis sanxi. Horatius secūdo epist. tabulas peccare uetātes: quas bisquinq; uiri sanxerunt. Vincio uincis uinxi. pro eo quod est uinculo astringere. Duo quoq; dicit reperiri uerba hu ius coniugationis mittentia præteritum in. ui. syllabas salio salis salui. Ouidius primo fastorum. Per flammas saluisse pecus saluisse colonos: cuius composita mutant. a. in. i. ut insilio insilis insilui. desilio desilis desilui. prosilio prosilis prosilui. Lucanus in quarto insiluit solo nociturus pondere. Vergilius quinto æneidos. Haud mora. prosiluere omnes. Idem in. xi. portis regina sub ipsis desiluit. Amicos amicis. Diomede auctore amicui quoq; facit. ut Brutus in laudatione: Apii claudi. toga inquit Prætexta amicuit. Apud Actiū quoq; lectum est ab amicio amicis amixi in præterito. Sepio sepis sepsi. haurio hauris hausi. Vergi. primo æneidos. at uenus obscuro gradientes aere sepsit. idem in quarto & uocem his auribus hausi: sed hæc omnia uerba ex proportione uerborum quartæ coniugationis mittunt aliquādo præteritum in. iui. ut sancio sancis sanciui. uincio uincis uinciui. salio salis saliui. amicio amicis amiciui. Pomponius secundus. sancierat ius utile ciuitati. pro sanciuerat. Papinius nono theba. excussi salierunt cuspide dentes. pro saliuerunt. Vergilius tertio georgicorum. mollibus in pratis unctos saliere per utres: pro saliuere. Varro ad Ciceronē: cum idem quoq; haurierit pro hauriuerit dixit. Esayas capitulo quinto. Hieronymo interptæte. sepiuit eam & lapides exegit. Deinde dicit quod quinq; uerba quæ uno uersu complectuntur. mittunt præterita in. si. ea sunt fulcio fulcis fulsi. Ouidius in epistola deyanire Herculæ supposito sydera fulsit atlas. Phocas tamē hoc uerbum in. xi. dixit exire fulxi. Sarcio sarcis sarsi. sartio sartis sarsi. cuius composita mutant. a. in. e. ut refercio refercis refersi. differtio differcis differsi. Cicero secundo thusculanarum: cuius uerbis etiam omnia refersserunt. Raucio raucis rausi. Cicero primo de oratore. esopum etiam si Paulo irrauserit: explodi. Sentio sentis sensi. Venio uenis præter morem uerborum quartæ coniugatione fecit præteritum ueni. Deinde dicit quod a pario paris. Composita mittunt præteritum in. ui. syllabas: aperio aperis aperui: operio operis operui. cooperio cooperis cooperui. Duo tamen a pario composita miserunt præterita in. eri. comperio comperis comperi. reperio reperis reperi.

CHRI. Quartæ præteritum prope semper. Scribit quarta coniugationis præterita sex terminationibus concludi. In. ui. syllabas ut amicui. in. ui. ut audiui. in. ni. ut ueni. in. ri. ut comperi. in si ut sensi. in. xi. ut sancio sanxi. Præteritis in bi. Supina omnia quattuor tantum finibus sepiuntur. tum: num: sum: xum: In tum: uero quæ finiuntur omnium sunt coniugationum consonante interim: interim quidem uocali præcedente: ut amo amatum: impleo impletum: sterno stratum: audio auditum. Sed quod præcedat consonans: neco nectum: doceo doctum: rego rectum: sanctio sanctum: in num: unum tantum finitur uerbum quartæ cōiugationis. Veneo uenis uenum. In sum supina atribus solum coniugationibus proficiscuntur aliis præter primā ut suadeo suasum: curro cursum: sentio sensum. Duæ tandem coniugationes in xum: supina miserunt prima: ut nexo nexu. Tertia ut pecto pexum. uieo. es. eui. etum excipi oportuit in secunda coniugatione Plautus in mene. uin tu illi oculos uiere.

¶De supinis uerborum. Caput. v.

Præteritis in bi. tum iūcta pone supinū.
In. ci. finitis: tum debes ponere semper
Dat parsi parsū. pitum sed mitte pepci
Ex. di. præteritis in sum. transmitte supina.
Dū deo præsentis dio uel do in sum uariatur.
S. geminat sedeo sessum. fodio quoq; fossum:
Scindoq; scissum: findoq; fissum: pādoq; passum
N. tamen amittunt cum fundo tondoq; tusum.
Dat tamen & tunsum: de tendo dicito tensum.
Vel tentū. sed edo dabit estum mittit & esum:
A do pone datum. sed quæ cōponis ab illo.
Si non sunt primæ: per itum misce re supinum.
Actum mittit ago. cum pango. tangoq; frango.
Dat fugitum fugio. lego lectū. pungo punctū.
Dat fallo falsum. sallo salsum atq; salitum.

¶ANTO. De supinis uerborū. ca. v. Tota cōiugatiōis difficultas uersat in cognoscēda pria uerbi positiōe: deide ptō. tū demū supio: sed qa supia ex ptis plerūq; nascūt uisū ē ex pteritorū uaria termiatōe supia oius simul cōiugationū elicere seruato lrarū ordie. Dicit igr i primis: qđ uerba q fecerūt pteritū in bi. mittūt supia in. itū. sup. i. finalē pteriti addita tū. ut bibo bibis bibi bibitū glubo. bis. bi. bitū. Lābo lābi & scabo scabi supinis carēt. ¶ In. ci. finitis. qđ uerba q fecerūt pterita i. ci. mittūr supia i. ctū. sūt. aūt duo pcipue facio facis feci factū. iacio iacis ieci iactū. quorū cōposita i supinis mutāt. a. i. e. si in pria positiōe mutauerūt. a. i. i. ut pficio pficis pfeci pfectū. ificio ificis ifeci ifectū. reficio reficis refeci refectū. ¶ Ico. icis. horū rōnē sequēs qa fecit in ptō. ici. i supio quoq; ictū fecit. At uero parco parcis. qa duplex hēt pteritū parsi & pepci: parsi facit parsū. a pepci parcitū. Pli. li. xxxiii. natu. hist. Italiæ parcitū est uetere iter dicto patrū. ¶ Ex. di. ptis. qđ uerba q fecerūt pterita i. di. mittūt supia in sum: ita tñ qđ uerba secūdæ cōiugatiōis terminata in. deo & tertiæ in dio uel i do. mittūt supina deo uel dio uel do mutata i sum. ut mordeo morsū. tōdeo tōsum. fodio fossū sed hoc. s. geminauit ut stati dicemꝰ. Scādo scāsum cado casum. cedo cesū. Deinde dicit q qnq; uerba hic posita hñt duplexs. i supinis. ea sūt. sedeo sessū. fodio fossū. scido scissū. findo fissū. pādo passū. quorū tria posteriora amittūt. n. i supinis queadmōm & duo q addit: fundo fusū & tūdo tusū. qđ euphōie cā. Seruiꝰ atq; Prisc. dñt eē factū. Sed i cōpositiōe huiꝰ uerbi tundo. n. semp exterit. ut cōtūdo cōtusū. retūdo retusū ptūdo ptusū. i simplicitate potiꝰ retinet. ut apđ. Ver. i. æne. suppliciter tristes & tūse pectora palmis. ¶ Tēdo. is. duplex hēt supinū tēsū & tētū. Luca. in. i. & uarias ignis tēso dedit aere formas. Idē in. ii. tēsisq; rudētibus acte. Ver. in priapeia tētaq; ad exēplū sit sua turba dei. In cōpositis quoq; utrūq; reperit. ut ostēdo. is. ostētū uel ostēsū: ptēdo ptētū uel ptēsū. itēdo itētū uel itēsum. extēdo extētū uel extēsū. Edo. s. duplex hēt etiā supinū estū & esum. qđ magis in cōpositis appet. ut comedo comestū uel comesū. Cice. p cluētio. potius comestū q epotū in uenas atq; oēs ptes corpis pmanaret. & Salustius referēte Diomede: comesta inqt patrimōia Iuue. & cito rapturus de nobilitate comesa qđ superest. alia potius in esum q in estū mittūt. ut ambedo ambesus. adedo adesus. exedo exesus. Verg. in. iii. æne. Ambesas subigat malis cōsumere mēsas. Idē in. ix. & postibus hesit adesis. Idē. i. geor. Nigris exesa chelydris. ¶ Ado pone datū qđ hoc uerbū do das dedi facit in supino datū. & ab illo cōposita si sūt primæ cōiugatiōis hñt etiā simplicis rōnē. ut circūdo. as. circūdedi circūdatū. Sin uero sūt tertiæ. mittūt supina in. itū. ut trado. is. tradidi traditū. uēdo. is. uēdidi uēditū. credo. is. credidi. creditū. abscōdo. is. abscōdi uel abscōdidi abscōsum uel abscōditū: sed queadmodū Diomedes ait melius dicimus abscōditū. ¶ Pedo. is. pepedi. aut caret supinis aut peditū facit. Catullus subtile ac leue peditū liboni est. ¶ Actū mittit ago in. gi. repiunt tñ sex uerba faciētia pteritū: quorū supina singulatim explicat. ea sūt ago. is. egi. actū. tāgo. is. tetigi tactū. pāgo. is. pegi. uel potius pago. is. pepigi pactum. frāgo. is. fregi fractū q duo in supinis euphonie cā. n. litterā extriuerūt: sed ab eis cōposita etiā si in præsenti mutāt. a. in. i. in supinis illud a retinēt. ut ago. is. egi. actū. redigo. is. redegi redactū. adigo. is. adegi adactū. tango. is. tetigi tactū. cōtingo. is. cōtigi. cōtactū. attingo. is. attigi attactū. frango. is. fregi fractū. infringo. is. infregi infractū: pfringo. is. pfregi pfractū. pango. is. pepigi pactū. impingo. is. impegi. impactū. fugio quoq; qđ in pterito fecit fugi: in supinis fecit fugitū. Lego. is. legi fecit lectū. cōposita uero ab illo q mutāt. e. in. i. retinēt illud. e. ut colligo. is. collegi collectū. seligo. is. selegi selectū. pūgo. is. pupugi punctū. tā ab eo qđ est pupugi q ab eo qđ punxi. ¶ Dat fallo falsum. in li. pteritū mitētia hæc fere repiunt mittētia supinū in sum. fallo. is. fefelli falsum. sallo. is. p eo qđ est salē ifundere alicui rei: tertiæ cōiugatiōis cū est: fecit in pterito salli. atq; ide mittit in supino salsū. hinc Munius dixit. isthæc sum multo sale salsurus & dicimus hoies salsos & insulsos. Repit etiā quartæ cōiugatiōis & tūc facit in ptō saliui & in supio salitū qđ frequētius repit q salsum. Liui. andronicus saliturus istec inqt mittā salē. Cornel. seuerus. ad quē saliti pomiliōes afferebant. idē alio loco. distractos atq; salitus. Salustius apđ Diomedē in. iiii. histo. reliq inqt cadauera salita. Itaq; cū tertiæ cōiugatiōis ē primā, pducit positiōe. l. duplicis. ut facile apparet ex Lucilii poetæ uersu illo. Sallere. murēas mercē in frigidaria ferre. itaq; ea rōne. l. accepit duplex q relligio & relliqe. Cū uero ē qrtæ. qa nusq in carmine repit p. l. simplex scribi debet salio. is. Diomedes putat salitus a sallo nō a salio deduci. scribit. n. his uerbis. ueteres ambiguitatē appellatiōis uitātes & analogiā salitus sum dixerūt a sallo. is. non a salio. nos tñ cū apud Celsum lib. ii. de medicina legerimus pisces q salē nō patiunt: solidi ue saliunt & apud Lucā Hieronymo iterpræte. qđ si sal euanuerit in quo salief: utrāq; uerbi positionē in utraq; cōiugatiōe posuimus. reperit etiā salleo. es. secundæ cōiugatiōis apud Fabianū referente Diomede cum caro sallet: diuturnus est inquit.

CANTO. Vello.is.duplex habet pteritű uelli uulsi.sed ab utroq; misit supinű uulsum : pro quo antiquores dicebāt uolsum.Martia.sed mens est pāniche uolsa tibi.¶ Pello.is.pepuli pulsum. Tullo.is.q̃ apud antiquores ut diximus fecit tetuli.in supino debuit facere latű:sed cű in usu nő sit quéadmodű loco tetuli posuimus substuli.ita p eo qd esse debuit latű.suffecimus sublatű.¶ Percello.is.duplex hēt ptm̄ pculi pculsi.sed ab utroq; misit supinű pculsum.ut apud Verg.grű sacra fero igēti pculsus amore.¶ Excello.is.culi celsum:ná cű scdæ cőiugationis.est excelleo.uix hēre pōt supinű ex pportionis rőne.¶ A psallo.is.li.supina nő reperiunť ideo nő meminit hoc in loco.¶ Emptű mittit emo:qd unű mő uerbű reperiť qd facit ptm̄ in mi.emo.is.emi.facitq; in supino tű.cuius cőposita retinent.e.pteriti in supinis ut redimo redemi redēptű:adimo ademi adēptű.¶ In.ni.duo tantű reperiunť fecisse ptm̄.uenio.is.ueni qd fecit uentű.& cano.is.cecini qd fecit cantű.Apoc.tñ.viii.canituri dixit. Et rűpo ruptű in pi.tria uerba mittunt præterita.rűpo.is.rupi.qd facit ruptű.capio.is.cepi.qd facit captű.cepio.is cepi.a quo tantű est in usu ptm̄ cepi.& tpa q̃ furmanť ab eo.facitq; in supino ceptű.¶ De curro cursu qd tria uerba q̃ hic ponuntur mittentia præteritű in.ri.mittunt supina uariű in modű.ná curro.is.cucurri facit cursum.uerro.is.uerri facit uerritum uel uersum:sed ab eo qd é uersi uideť eē uersum ab eo qd uerri uerritű.Verg.i.æne.uersa puluis inscribiť hasta.qd participiű teste Seruio ibidé nő auerto.is.sed a uerro.i.deduciť.quéadmodű & Plau.dixit.i uentű oia uersa.Apul.in apologia p magia ab eo qd est cőuerro.is.cőuerri.cőuerritű dixit conuerritoré tu mide gingiuule.¶ Pario.is.qd ex deriuatis ab eo possumus intelligere : duplex hēt supinű partű & paritű.ná a partu dicimus partus.a.um.partus.us.parturio.is.ab eo qd é paritű.Papi.x.the.dixit atq; hosti ueniat paritura marito.Cőposita uero a pario q̃ oia ut dixius q̃rtæ sűt cőiugatiőis siue mittát ptm̄ in.ri.siue in.rui.sp mittűt supina i ertű.ut cőperio.is.cőperi cőpertű.repio.is.repperi.tű.apio.is.apui.tű.opio.is.opui.tű.¶ In si.ptm̄ qd uerba facientia ptm̄ in si.mittűt supina in sum.ut mulceo.es.mulsi.sum.uñ Ci.apud Pris.pmulsa atq; recreata.& Var.apud eundé capite pmulso dixit.Salu.in.iii.hist.Postera inq̄t die liberalibus uerbis pmulsi sűt.¶ Ludo.is.lusi lusum.ledo.is.lesi.sum.sentio.is.sensi.sum.raucio.is.rausi.sum.Lucil.Rausuro tragicusq carmina pdit oreste. Quinq; tñ uerba q̃ hic ponunť geminát.s.in supinis ea sűt mitto.is misi missum.cedo.is.cessi.sum.cudo.is.cudi uel cussi cussum ab utroq; pterito fecit in supino cussum.iubeo.es.iussi.sum.pmo.is.pssi.pssum. Indulgeo.es.idulsi ex pportiőe facit idulsű:sed & idultus dixit.Marcelli.táq̃ licétia inq̄t crudelitati idulta.¶ Gero.is.gessi gestű. Torq̃o.es.torsi.tortű uel.sum.¶ Vro.is.ussi.stű. Sarcio.cis.si.sum.uñ sartores & sarta tecta dicunť.¶ Farcio.is.si.tű.a quo fartus.a.um.& fartores dicti.¶ Fulcio.is.si.tum.Iuuena.Nos urbé colimus tenui tibicine fultá.¶ Haurio.is.hausi uel hauriui.haustű uel hausum uel hauritű.Verg.iiii.æne.q̃ bella ex hausta canebat:idé in eodé supplicia hausurű scopulis & noie Dido sæpe uocaturű. Apule.ii.meta.Lagena inq̄t facilis hauritu.Idé in.iii.haurito plusculo uncto corpis mei mébris psricui.& in.iii.roré rigenté hauritum ista cősestim deserto urnula.¶ Cābio.is.nunq̃ nisi in apuleio pro magia legi.opas inq̄t tuas cum ulcinis cambias.eius ptm̄ referéte Prias.Carisius ptulit cāpsi.qd io nő posuimus:q̃a nusq̃ iuenimus.Itaq; supinű hoc in loco extra ordiné posuimus q̃m̄ ab eo deriuať frequentatiuű cāpso.as.quo Ennius usus est.Leucatá inq̄t cāpsant.& iuniores ab eo fecerűt cāpsor cāpsoris.Qd si ptm̄.uerba illa q̃ fecerunt ptm̄ in psi.mittunt supina in ptű.ut nubo.is.psi.ptű.como.is.cőpsi cőptű.sorbeo.es.sorpsi sorptű.ná ab eo qd est sorbui sorbitű fit uñ est sorbitio.& sorbiciuncula.Persi.surbitio tollit qué dira cicute.¶ Statű siue statű.In.ti.tria tátű uerba mittunt ptm̄.sto steti.sisto.steti uel stiti.uerto uerti qd sine cőtrouersia facit in supino uersum quéadmodű & uerro ris.ri.Sed sto steti facit statű prima idifferenti qd significať cű dicit statű siue statű dat sto.ná in priori sta.pduciť.i posteriori sta breuiať i simplicitate tñ sp status.a.um.breuiať staturus.pduciť.In cőpositiőe si.a.mutať in.i.breuiať:ut psto pstitű.insto institű.si manet integra pduciť.fit p̄sto p̄statű.insto instas instatű.Sed de his li.v.differemus.Núc uero tantű dicamus qd a sto stas cőposita mittunt supina in itű.uel.atű.ut cősto.as.itű.uel.atű.asto.as.itű.uel astatű.p̄sto.as.præstitű uel præstatű:a quo frequéter in libris digestorű legimus p̄statio.Sisto.is.cű absolutű est eandé rőné sequiť in supino quá sto stas.cű quo uerbo præteritű & supinű hēt cőe.ut sisto.is.steti statum.sed cőposita semp exeunt in.itum.ut circűsisto circű sistis.circűstiti circűstitű.assisto assistis astiti astitű.¶ Sisto.is.stiti.cű actiuű est:ego nő abnuerim hēre supinű in atű.sed prima pducta:a quo est stator p eo qui sistit aliqué corá prætore uel alio magistratu.sed de his suo loco disputabiť.

Vello uulsum.pello pulsum.tolloq; latum.
Percello culsum dabit:excello quoq; excelsum:
Emptű mittit emo. Venio uentum.cano cantű.
Et rumpo ruptum.capio cum cœpio dant ptum.
De curro cursum.de uerro ponito uersum.
Dat pario paritum uel partum. Compositűq;
Quod uenit a pario:semper mittatur in ertum.
In si.præteritum plærunq; reponitur in sum.
S.geminant missum de mitto.cedoq; cessum.
Et cudo cussum.iubeo iussum.præmo pressum.
Indulsi indultum dat & indulsum.gero gestum:
Tortű uel torsum dat torqueo. At uro dat ustű
Sartio sartum.fartio fartű.fulcio fultum.
Haustű uel hausum dedit haurio. Cābio cāpsum
Quod si præteritű dat psi.ptum pone supino.
Statum siue statum dat sto cű sisto.sed illud
Quod sto cőponit:dat itű. quādoq; dat atum.
Quæ tibi dat sisto per itum misere supina.

CANTO. De.xi.ctum mitte supina quod uerba quæ fecerunt præterita in.xi.mittunt supina in ctum.ut lugeo.es.luxi luctum.dico.is.dixi.dictū.uincio.is.uinxi.uinctum.sancio.xi.ctum.nam ab eo quod est sanciui sancitū dicimus.Lucre.quod porro nequeas sancitū quandoquidē extat.¶ Quinq; tamen uerba quæ hic ponuntur amittunt.n.in supinis.ea sunt pingo.is.pinxi.pictum.stringo.is.strinxi.strictum.fingo.is.finxi.ctū.ringo.is.rinxi.rictum.quod etiam ringor.eris.declinatur.meio.is.minxi.mictum.qđ nonnulli mingo.is.declinauerunt:sed quēadmodū supra dixi ego nusq̄ legi.Deinde dicit quod altera quinq; uerba quæ fecerunt præterita in.xi.mittunt supina in.xum.ea sūt.

Vertoq; dat uersum.de.xi.ctum.mitte supina.
N.tamen abiiciunt hæc pango.stringoq; fingo.
Ringoq; cū meio.sunt qui dicant quoq; mingo
Necto.fluo.figo.cum pecto.flectoq; dat xum.
Mittit itum:quod.ui.diuisas præteritum dat.
Sed necui nectum.fricui frictum.seco sectum.
Censco censum.misceo mixtum.torreo tostum.
Et doceo doctum.teneo tentum.pateoq;.
Dat passum.careo cariturus.dat quoq; cassus.
Si præsens dat.uo.disiunctas:exit in.utum.
Sed ruitum semper ruo dat.Quæ ducis ab illo:
Dant tibi semp utū.rapio raptū.meto messum.
Consulo consultū.colo cultū.excelloq; celsum.
Deq; alo dic alitū.dat & altū.ast occulto cultum.
Pinso pistus.texo textus. nexoq; nexus.
Pectoq; dat pexus.& pectitus.& tamen entum.

necto nectis nexi uel nexui nexum.siue eni sit a necto nexi uel nexui. siue a nexo nexas uel nexo nexis nexui.semp facit in supino nexū.¶ Fluo fluis.fluxi fluxum.unde fluxas uestes & fluxa corpora dicimus.& fluxus aquarum. Antiquiores quoq; auctore Priscia. fluxum a fluo.is.dixerunt: unde est adhuc fluctus.us. & murena flucta.¶ Figo.is.fixi.fixū.q̄q̄ scaurus apud Diome.sagitta cōfictus dixerit.¶ Pecto pectis pexi pexum.nam a pectiui pectitū fecit:a pexui æque pexum.¶ Flecto flectis flexi flexum.Plexi quoq; ab eo qđ est plecto.is. qđq; sumus poene obliti plexum in supino facit.Catul.hos instinctis plexos tulit ipse corollis.hic est ab amplector.xus.a.complector cōplexus.¶ Mittit itum.qđ uerba facientia præteritū in.ui.syllabas mittunt supina in.itum. penultima breui.ut domo.as.domui domitū q̄q̄ ab eo qđ est domatū. Tibullus li.iiii.dixit Te duce nō alias conuersus terga domator.& domatio nomē participiale. Valla formauit. ¶ Sono.as.sonui.sonitū:& si ab eo qđ est sonatu.Hora.dixit: magna sonaturū des nois huius honorē.sicut a tono.as.tonatum.Idem in epodo.dixit.Si quos eois intonata fluctibus hyems ad hoc uertit mare.Sene.in.ii.na.q.illa ut sic dicam cōminatio & tonatio sine ictu.¶ Neco. tñ cum duplex hēt ptm̄ necui & necaui ab eo qđ ē necui facit nectum.ab eo qđ necaui necatū.Sed inter nectus & necatus non est illa differentia quā putauit Prisci.ut necatus sit ferro.nectus uero alia ui peremptus sed potius necatus est omnino extinctus.ut Cice.ueneno necatus dixit.& Quintil.fame necatus.nectus uero quasi exanimatus & mortuo similis. Cicero.ii.thuscu.Enectus siti tantalus.& Hora.in epistolarū.bos est enectus arando.¶ Frico.as.fricui frictū. Iuuena.si prurit frictus ocelli angulus.ab eo tamen quod est fricatum.Pli.li.viii.dixit pantheras per carnes fricatas aconito uenantur barbari.Celsus lib.vi.ante oleo perfricatus.& Marce.urtice foliis reuocatur uulua fricata.¶ Seco secas secui sectum. Vergil.i.geor. Via secta per ambas.Apuleius.i.meta. A secatu dixit impetu teli præsecata gula.¶ Censeo censes censui censum quod secundū analogiā fecit etiam cēsitum.¶ Misceo misces miscui mixtum per.x.quod etiam in marmoribus antiquis per.s.mistū legimus.¶ Torreo.es.torrui tostum.Doceo doces docui doctum. Teneo.es.tenui tentum.Pateo.es.patui passum:quod etiam a pando pandis.& patior.eris supinū est cōmune. Vergilius primo æneí.Crinibus iliades passis peplumq; ferebant:quod a pando uel pateo eē potest.¶ Careo cares carui caritum uel cassum.Sed a caritu formatur participium futuri in rus.cariturus.Iuuena.cariturus turture magno mulorumq; iubis a cassu formatur participium præteriti cassus.Verg.secundo æneí.nunc cassum lumine lugent.¶ Si præsens dat.uo.disiunctas.quod uerba tertiæ coniugationis desinentia in.uo.uocales mittunt supina in utum.ut nuo nuis nui nutum.suo suis sui sutū. acuo.is.ui.acutum.arguo arguis arguiui argutum.Plautus in pseudulo.Argutus inquit malorum facinorū. Salustius tamen apud Priscianus in secundo historia.Arguiturus quasi ab arguitu dixit:multi inqt ex bithinia uolentes occurrere falsum filium arguituri.¶ Ruo ruis rui : semper facit ruitum in supino. Lucanus in quarto.Ruituraq; semper stat moles ab illo uero composita omnia exeunt in utum.obruo obruis obrui obrutum.diruo diruis dirui dirutum.eruo eruis erui erutum.Rapio rapis rapui.facit raptum.¶ Meto metis messui per.s.duplex facit etiam supinum.¶ Consulo consulis consului consultum. occulo occului occultū Excello excellis excellui siue exculi excelsum. ¶ Alo alis alui alitum facit per regulam aliquando:sed frequentius altus reperitur.Salustius in iugurtha.Omnem inquit ætatem arpini altus:reperitur etiam altor & altrix ab altu formata. Vergilius tertio æneí.Et terram altricem diri execramur ulyssi.¶ Occulo occulis:occului occultum.Pinso pinsis pinsui pistum.a quo est pistor pistoris. ¶ Texo texis texui textum . Nexo nexis nexui nexum.Pecto pectis pexi uel pexui pexum.Nam ab eo quod est pectiui pectitum exit. Columella libro.xiii.præparate sint & pectite lane. Idem etiam de cura hortorum uerum ubi iam puro discrimine pectita tellus.sed quia penultimam breuiauit potest uideri ductum ab eo quod est pecto pectis pectui : quod nullus unquā posuit.Composita uero a cano canis mittunt supina in entum.ut occino occinis occinui occentum.concino.is.concinui concentum.accino.is.accinui accentum.

CANTO. A pario.is.cōpoſita tam illa q̃ fecerūt in ri.ꝑteritū de q̄bus paulo ante diximus:q̃ illa q̃ in rui.de q̄bus nūc agimus mittūt ſupina in.ertū.ut aperio.is.aperui.apertū.operio.is.operui optū. ☞ A ſero.is.quoq; cōpoſita q̃ mutāt ſimplicis ſignificationē q̄q; dixius facere ptm̄ in.ui.ſyllabas mittūt ſupina in.ertū.ut diſſero.is.diſſerui diſſertū.aſſero.is.aſſerui aſſertū.cōſero.is.cōſerui cōſertū. ☞ In.ui.ptō ſp uertiť in tū: qđ uerba faciētia ptm̄ in.ui.ſyllabā mittunt ſupina ui mutata in tū:ut amo amas.ui.tū.moueo.es.moui.tū.cupio.is.piui.pitū.audio.is.diui.ditū.Excipiunť uero pauca uerba mittētia ſupinū aliter:ea ſūt poro.as.potaui qđ fa-

Quod cano cōponit. Pario & ſero mittit in ertū.
Amicui dat ctum.dat amixi.datq; amiciui.
In.ui.præterito.ui.ſemper uertitur in tum.
Poto dat potum.lauo lotum.& uterq; dat atum.
Et caueo cautum.faueo fautum.ſed adultum.
Mittitur ex adolet.de paſco mittito paſtum.
Dat gnitus agnoſco.cognoſcoq; dat ſero ſatum.
Inſitus inſeui.conſeui conſitus atq;
Dat utum.ſoluo cum uoluo.ueneo uenum.
Et ſalio ſaltum.mittit ſepelire ſepultum.

De ſupinis uerboꝝ deponētiū & cōium. cap.vi.

DEponētiū & cōium uerboꝝ ſupina fiunt ex ꝓportione uocis actiuæ.ut lætor.aris.leto.as.aui.atū.uereor.eris. uereo. es.rui.itum.fungor.eris. fungo.is.funxi. functū. Pauca tñ quæ ſequuntur aliter mittunt ſupina.
Reor.reris.ratum. Miſereor.eris. miſertum.
Fateor.eris.faſſum. Gradior.eris greſſum.
Patior.eris.paſſum.Loquor.eris.locutum.
Sequor.eris.ſecutū.Fruor.eris.fructū uel fruitū.
Labor.eris.lapſum.Cōminiſcor.eris. cōmentū.

cit potū.Verg.in buc.huc ipſi potū uenient p prata iuuēci.& ibidē.& potū paſſas age tityre & iter agendū.Luca.i.v.poture te nile graues. Terē.tñ ꝓportionē ſecutus dixit in phormione.nā apud me potaturus eſt. ☞ Lauo.as.laui lotū uel lautū ꝓpter eā affinitatē quæ ē inter au.&.o.uel lauatū.Terē.in eu.abeunt lauatū. Ouidi.iii.faſto.Sacra lauaturas mane petebat aq̄s.Hora.eſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatū admonuit.qđ nimis licenter dici putat. Verg.iii.ge. ☞ Caueo.es.caui cautū.faueo.es.faui fautū.ab illo ē cautus & cautio.ab hoc fautor:q̄q̃ Plautus in amphytrione regulā ſecutus dixit fauitor. ☞ Adoleo uel adoleſco adolui uel adoleui adultus. Paſco.is.paſtum.qđ ſolū in ſupino.s.retinuit. ☞ Agnoſco.is.agnoui agnitū.cognoſco.is.cognoui cognitū. Iuuena. Agnitus accipies:iubet a p̄cone uocari. Luca.i iii.calida mihi cognitus axis ægypto. Salu.tñ regulā ſecutus in.ui.hiſto.dixit.neq; inermes ex p̄lio uiros quēq̃ agnotuꝝ. ☞ Sero.is.ſeui ſatū.cuius cōpoſita retinētia ſimplicis ſignificationē q̃ fecerūt p̄terita in.eui.mittūt ſupina in itū.ea ſunt inſero.is.inſeui inſitū.cōſero.is.cōſeui cōſitū.Verg.ii.ge.Mutatāq; iſita mala ferre pyrū.Ci.quoq; in uerrē ab eo qđ eſt obſero.is.obſeui.dixit.ut cū obſitū leoncinū agrū uidiſſes:& ab aſſero.is.aſſeui aſſitū. ☞ De facientibus p̄terita in.ui.paulo ante diximus mittere præteritū in ertū. ☞ Soluo.is.ſolui.& uoluo.is.uolui facere ſupina ſolutum & uolutū.u.conſonante in uocalem mutata & extrita.i.atq; ex horum proportione caluo.is.debuit facere calutum:niſi quod in uſu non eſt. ☞ Veneo.is.ueniui uenū pro eo qđ eſſe debuit uenitū.nunq̃ reperiť niſi coniunctū aut compoſitū cum hoc uerbo do das dedi:dicimuſq; uenundo.as uenundedi. ☞ Sepelio.is.ſepeliui ſepultū. Verg.ii.æne. Inuadunt urbē ſomno uinoq; ſepultam. Cato proportionē ſecutus:dixit:mortuus eſt ſepelitus eſt. ☞ De ſupinis uerboꝝ deponentiū & cōmuniū cap.vii. Quoniā in capite ſuperiori expoſuit regulas ſupinorū deductas a præteritis uerborū actiuæ uocis.hoc in loco oſtendit qua ratione a uerbis deponentibus & cōmunibus formari debeant ſupina. Itaq; dicit in primis qđ ſi uoluimus ſcire ſupinum alicuius uerbi deponentis aut cōmunis debemus ex analogia fingere uocem illius uerbi actiuam & per regulas ſuperius traditas formare ſupina:ut ecce letor letaris ex proportione debuit facere in præterito letaui.faciet igitur in ſupino letatum per illam regulam in.ui.præterito.ui.ſemper uertitur in tū. præterea uereor uereris.ex proportione debuit facere in præterito uerui.ergo in ſupino faciet ueritum per illam regulam mittit itum.quod.ui.diuiſas præteritum dat. ☞ Fungor.eris.ex proportione debuit facere in præterito funxi.faciet igitur in ſupino functum per illam regulam.de.xi.ctum mitte ſupina. Quædam tamen uerba non ſeruant regulas atq; proportionem.ut Reor reris quod debuit facere.rui.atq; in ſupino ritū. facit tamen ratum. Verg.ii.æne. Nos abiiſſe rati & uento petiiſſe mycenas. ☞ Miſereor.eris.quod debuit facere in præterito miſerui.& in ſupino miſeritum:fecit tamen miſertum. ☞ Fateor.eris.debuit facere in p̄terito fatui:& in ſupino fatitū:& fecit faſſum. ☞ Gradior.eris.ex ꝓportione huius uerbi fodio.is.debuit facere gradi in præterito & in ſupino graſſum.& fecit greſſum. ☞ Patior patieris. fecit paſſum ſecutus proportionem huius uerbi quatio.is.quaſſi quaſſum:potius quā huius potior potiris:quod fecit potitus. ☞ Loquor loqueris.ex proportione huius uerbi linquo linquis.debuit facere loctum & interiecta.u.fecit locutum : eadem quoq; ratione a ſequor ſequeris.fecimus ſecutum.q.mutata in.c.propter affinitatem utriuſq; litteræ. ☞ Fruor frueris.debuit facere in præterito frui.& in ſupino frutum.& interiecta.c.fecit fructum quemadmodum ſtruo ſtruis.ſtruxi ſtructum.Cicero in hortenſio.antenitate ſumma fructus eſt . Vulpianus tamen fruiturus dixit in participio futuri temporis ſignificationis actiuæ. ☞ Labor laberis:debuit facere in præterito lapſi & in ſupino laptum:ſicut ſcribo ſcripſi ſcriptum : & fecit lapſum. ☞ Comminiſcor comminiſceris : debuit facere comminiui comminitum.& fecit commentum.

CANTO. De.xi.ctum mitte supina quod uerba quæ fecerunt præterita in.xi.mittunt supina in ctum.ut lugeo.es.luxi luctum.dico.is.dixi.dictũ.uincio.is.uinxi.uinctum.sancio.xi.ctum.nam ab eo quod est sanciui sancitũ dicimus.Lucre.quod porro nequeas sancitũ quandoquidẽ extat.¶ Quinq; tamen uerba quæ hic ponuntur amittunt.n.in supinis.ea sunt pingo.is.pinxi.pictum.stringo.is.strinxi.strictum.fingo.is.finxi.ctũ.ringo.is.rinxi.rictum.quod etiam ringor.eris.declinatur.meio.is.minxi.mictum.qđ nonnulli mingo.is.declinauerunt:sed queadmodũ supra dixi ego nusq̃ legi.Deinde dicit quod altera quinq; uerba quæ fecerunt præterita in.xi.mittunt supina in.xum.ea sũt.

Vertoq; dat uersum.de.xi.ctum.mitte supina.
N.tamen abiiciunt hæc pango.stringoq; fingo.
Ringoq; cũ meio.sunt qui dicant quoq; mingo
Necto.fluo.figo.cum pecto.flectoq; dat xum.
Mittit itum:quod.ui.diuisas præteritum dat.
Sed necui nectum.fricui frictum.seco sectum.
Censco censum.misceo mixtum.torreo tostum.
Et doceo doctum.teneo tentum.pateoq;.
Dat passum.careo cariturus.dat quoq; cassus.
Si præsens dat.uo.disiunctas:exit in.utum.
Sed ruitum semper ruo dat.Quæ ducis ab illo:
Dant tibi semp utũ.rapio raptũ.meto messum.
Consulo consultũ.colo cultũ.excelloq; celsum.
Deq; alo dic alitũ.dat & altũ.ast occulto cultum.
Pinso pistus.texo textus.nexoq; nexus.
Pectoq; dat pexus.& pectitus.& tamen entum.

¶ ANTO. Syllepsis: quæ latinæ interpraetatur conceptio: a Donato & Diomede diffinitur sic. Syllepsis est dissimiliū ac diuersaꝝ clausulaꝝ per unū uerbū conglutinata cōceptio. ut Vergil. i. æne. Hic illius arma. hic currus fuit. Idē in buc. Sūt nobis mitia poma: castanee molles: & ꝓssi copia lactis. Est ēt syllepsis quotiens fit adductio īdignioris ad dignius. qđ tribus modis cōtingit. gñe. numero. & ꝑsona. gñe. ut masculinū concipiat fœmininū & neutrū fœmininū cōcipiat neutrū. Numero: ut pluralis concipiat singularē. Persona: ut prima cōcipiat secundā & tertiā. scđa uero tertiā. Qđ uero dicit in cōceptione reqri copulatiuā coniunctionē uel cū ꝓpositionē: intelligendū est cū ꝓpositio: quēadmodū ait iuriscōsultus: ponitur pro &. ut si dicas tu cum Antonio legitis. pro eo qđ tu & Antonius. Tale est illud. Verg. i. æne. remo cū fratre quirinus iura dabūt. ꝑ eo qđ remus & frater. In illo uero qđ Hora. dixit. tu qđ eo & populus mecū desideret audi: nulla est figura: nedū personaꝝ cōceptio. Quēadmodū e diuerso nimis licēter. atq; haud scio an tolerabiliter dictum sit: quod legimus in euangelio Hiero. interpte. pr̄ tuus & ego dolentes quærebamus te. Nam & si numeroꝝ & personaꝝ cōceptio recte facta est ordo tñ illarū est inuersus. qui debuit esse ego & pater tuus dolentes qrebamus te. Qđ si hebraici sermonis idioma illud tolerare pōt græcus tamen atq; latinus reformidat: de quo in prologo huius operis plura diximus. ¶ Zeugma: q̄ latinæ interpraetatur iugatio. siue iunctura: siue adiūctio est quēadmodū Donatus atq; Diomedes diffiniunt: unius uerbi conclusio diuersis clausulis apte cōiuncta. addit Diome. cū duo aut cōplura ad unā partē orōnis iungēda referunt. Fit aūt ꝑ zeugma uariatio ꝑsonaꝝ. ut ego lego & tu & Ci. numeroꝝ. ut romani pugnāt & hānibal. ꝑsonaꝝ. ut illud apl̄i. hebrei sūt & ego. Huius āt figuræ cōuersio tribus locis poni pōt. aut. n. ponit unū uerbū: ad qđ sequētes sensus cōferant ut ē: uicit pudorē libido. timorē audatia. rōnē amentia aut cū ī medio sensuū loco positū repit. ut apđ Verg. iii. æn. troiugena interꝑs diuū: q numina phœbi. q tripodas clari lauros. q sydera sentis & uolucrū linguas & ꝑpetis oia pēne. sentis. n. uerbū tā primis q̄ ultimis iungit. ob id mesozeugma. i. zeugma a medio noiatur aut cū uno uerbo sensus claudūt: q̄le ē illud Ci. ī catilinā. nihil te nocturnū ꝓsidiū palatii. nihil urbis uigilie nihil timor ppl̄i. nihil cōcursus bonoꝝ oium: nihil hic munitissimus senatus hñdi locus: nihil hoꝝ ora uultusq; mouerūt. oēs sensus supiores cōclusit uno uerbo mouerūt: & ide hypozeugma dr̄: hoc ē zeugma ī feriori. ¶ Antiptosis: dr̄ ab anti qđ ē ꝓ & ptosis casus. un̄ & Diome. atq; donatus dicūt soloecismū eē ꝑ casuū īmutationē: cū uero subest rō aliq̄ figura ē: q̄ latissime patet. Atq; omissis q̄ Marcel. colligit. ex uario auctorū usu noiatiuus ponit ꝓ gtō. Ver. v. æn. cressa genus pholoe gemini circū huberat nati. i. gnis cretēsis. Gel. lib. xviii. Arist. l. sūt oē genus elegātie referti. i. ois gñis. & i. ff. ti. de fundo istructo eadē rōnē ponit actūs ꝓ gtō. nisi forte & noiatiuus ē: in. l. cuius initiū ē. q̄situ suppellecticarios inqt & cæteros id genus seruos. pro eius gñis. Liui. quoq; apud Prisc. qñ duo inqt cōsules eius anni alter morbo. alter ferro pisset: suffectū cōsulē negabāt comitia hēre posse. duo ordinarii cōsules dixit ꝓ duoꝝ cōsulū ordinarioꝝ. Nā quēadmodū diximus in ꝓlepsi: si ad ea q̄ diuidunt: uerba singulariter cōsequāt: gtīn oportet ꝓponi pluralē diuidēdo. Ntūs quoq; ponit pro utō. Verg. i. æne. gnate mee uires. mea magna potētia solus. Pli. vii. na. hist. Salue primus oium parens primæ appellatæ. Ntūs pro ablrō. Cic. in Lelio. Quid. n. indigens aphricanus mei. ꝑ in quo. & illud ex euangelio. si quid aliquem defraudo: reddo quadruplū pro in aliquo. Gtūs pro nominatiuo. Ci. in. i. de diuinatione. cum illius diei mihi ueni in mentē. pro ille dies. quod exemplū iter idiomata sermonis latini Diome. posuit. Idem quoq; Cic. in uerrem. Ita uelim mihi deos propitios: ut cū illius mihi tēporis uenit in mentem. pro illud tempus. Valla aliquod substantiuū in his clausulis subintelligendū esse opinatur. puta conditio. aut status. aut fortuna. Genitiuus pro nominatiuo uel accusatiuo ex figura græca. Terētius. quot illic hoīum litigāt. pro quot homines. Idem dii boni boni quid porto. pro quod bonum. Hora. i. sermo. ille repotia. natales aliosue dierum. pro alios dies. Genitiuus pro ablatiuo. Cicero ad Herennium. oratoris officium est iis de rebus posse dicere: quo ad eius fieri poterit. i. ab eo. Datiuus pro accusatiuo & præpositiōe. Vergilius primo æneidos. inferretq; deos latio. i. in latium. & in eodē. uentuꝝ excidio. libye. i. in excidiū. Actūs pro ntō. Verg. i. æneidos. Verbum quem statuo uestra est. pro urbs. Vocatiuus pro nominatiuo. Septimus casus pro genitiuo. Vergilius. i. æneidos. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphe. pro præstantis corporis. Plinius lib. vii. natura. historiæ. Gentem syluestrem stridoris horrendi hirtis corporibus: oculis glaucis. dentibus caninis. Alia ratione. Plautus in cassina posuit septimum casum pro genitiuo. habet inquit gladium: sed duos: q̄bus altero te occisurum ait. altero uilicum quibus dixit pro quorum.

¶ CHRI. Ego & tu: aliquando poetæ ordinem peruertunt personarum. Teren. in adelphis: hæc sineq; tu fecimus neq; ego non sunt egestas.

CANTO. Synthesis græcæ: latinæ interpræetatur compositio.quæ quotiés fit soloecismus est:nisi aliqua ratione excusetur.ut Verg.i.æne.pars in frustra secant uerubusq; trementia figunt.pars posuit pro alii.Horati. Iactamus iampridem oiste Roma beatum.omnis Roma posuit pro omnes romani.Terentius in adelphis. aperite aliquis actutum ostium.pro aliqui ex uobis aperiant.Apule.iii.floridorum ingens frequentia conuenere pro homine frequentes.¶ Synecdoche:græcæ iterpræetatur compræhensio.& est quotiens id quod est partis datur toti.ut niger capillos.pro eo quod est habens capillos nigros dicit autem posse fieri per uerbum subaudi neutrum.Vergi.iii.geor.Micat auribus & tremit artus.Idem.i.æne.Expleri mentem nequit.i.non habet menté expletá. Idé.v. Flauaq; caput nectentur oliua.per participiú Verg.i.æne.Nodoq; sinus collecta fluétes.hoc est habens sinus fluentes collectos. Per nomé adiectiuum.ut idem in eodem nuda genu.i. habens genu nudum. Hora. carmi.quá notá duxit uiuens uideri.cætera fuluus.Hæc figura quanq̃ poetis tantum sit permissa: utuntur aliquando illa & historici qui nónunq̃ in genere dicendi poetas imitantur.Liuius.xxii.ab urbe.at uero hannibal ipse dum murum incautus subit:aduersum femur tragula. ictus cecidit.Pompo.mella de britannis.ultro inqt corpora infecti. Idem alio loco: sarmate totum brachati corpus. & nisi qua uident. ora tecti.Apuleius primo metamorpho.Tremor inquit uiscera quatior.

Synthesis est attributio proprietatis uni uel pluribus copulatis: quod fit non gratia uocis sed significati.ut pars in frustra secant.& requiruntur tria hoc est unum subiectum uel plura copulata.proprietas.& attributio proprietatis cócordans cum significato & non cum uoce.

Synecdoche est attributio partis ad totú sub proprietate uerbi uel pticipii. uel nominis adiectiui ut expleri mentem nequit.nuda genu.nodoq; sinus collecta fluentes.& requirunt tria.hoc est totum.proprietas.& pars in accusatiuo posita.

CHRI. Synthesis est:Fit etiam synthesis per primam personam.Plinius in prologo. Magna pars studiorum ameniratem quærimus.¶ Synecdoche: cura grammaticen etiam apud rhetores fit.quando res partem pro toto accipimus.Verg.Talia uociferans tectum omne replebat.i.domú:domus enim tectum paries & cementum partes sunt:historici uero partem:quá poetæ in accusatiuo ponunt:in effectiuo collocant. Salusti. C.Antonius pedibus eger in prælio adesse nequibat:pro quo oratores pedibus ægris:poetæ uero pedes eger dixissent:sed de his latius scripsimus in opere illo quod de causis integre & corrupte locutionis emisimus. Sed grámatica synecdoche aliqñ fit in extrapositis.Hora.i.lib.ser.pueri magnis e centurionibus orti leuo suspensi loculos:tabulamq; lacerto.i.habentes loculos suspensos & tabulam.

Libri Tertii Finis.

Liber quartus.Quemadmodum libro superiori dictum est:præceptiue grammaticæ partes sunt quattuor.Orthographia:quæ de littera.Prosodia:quæ de syllaba:Ethymologia:quæ de dictione.Sintaxis:quæ de octo partium orationis constructione disputat.De littera pauca in eodem libro tetigimus;quia eius consideratio per singulas fere dictiões spargitur.atq; ex libris quos de uocabulorum significatione partim edidimus;partim edituri sumus petenda est.quandoquidé singularia sub generalibus præceptis compræhendi non possunt.De syllaba copiosius libro in sequenti differetur.De ethymologia parte illa quæ circa singularum dictionum accidentia uersatur tribus libris superioribus per oia fere disputatum est.Nam deriuationes significationesq; ad memoratos uocabulorú libros referetur.De quarta grámatices parte quam græci syntaxin.nos partium orationis ordiné siue constructioné uocamus: in hoc quarto libro disputabimus.Resumentes in primis quæ de combinatione adiectiui cum substantiuo.relatiui cum antecedente.nominatiui cum uerbo primo libro scriptum est.quodq; in fine libri superioris de figura constructionis diximus.Igitur primum præceptum constructionis id quod lib.primo diximus:prope modum naturale est.quod adiectiuum & substantiuum in tribus conueniunt in genere.numero.& casu.Quod si adiectiuum cum substantiuo in illis tribus non conueniret:soloecismus esset manifestarius:nisi aliqua ratione uitium illud excusaretur.ut Cicero ad atticum.Solius enim meum peccatum corrigi nó potest. Idem pro murena.ex tuo ipsius animo coniecturam aperis.Idem in pisonem.Dico mea unius opera rempublicam liberatam.Et illud ex euangelio Lucæ.Tuam ipsius animam pertransibit gladius.Excusatur autem hoc uitium quod genitiui illi solius ipsius unius.ad genitiuos substantiuos referunt:qui recesserunt ab usu in quorum locum substituta sunt pronomina possessiua:quemadmodum libro primo diximus.& infra cú de constructione uerborum impersonalium interest & refert dicturi sumus:agetur.Nam quod Cic.in.iii.de oratore dixit.uoluntati uestre omnium parui:non potest eadem necessitate excusari.cú potuisset dicere uoluntati uestrum omnium parui.Illud uix tolerabile.quod Ouid.i epistola enones scripsit.& flesti:& nostros uidisti flentis ocellos.Nam & nostros posuit pro meos.& meos pro mis.flentis uero quem genitiuum eé ex syllabe quantitate depræhenditur:non ad uocem:sed ad significationem retulit.Quod si post illa pronomina possessiua quæ pro substantiuorú genitiuis ponuntur.alterum substantiuú sequatur in genitiuo.intolerabilis erit constructio.quale est illud Boetii in prima de consolatione.Solantur mesti nunc mea fata senis.Et illud ex tertio libro regum.tulit filium meum de latere meo ancille tuæ.Et illud quoq; Pauli apost.in prima

epistula ad corinthios. Salutatio manu mea pauli. nisi forte sit appositio duorum substantiuorum pro mis senis. mis ancille. mis pauli. Neq; enim potuit dici mis senis. mee ancille. mei pauli. quia error esset similis illi. cuius merito ualla priscianum refellit dicētem. mei prisciani eges. tui prisciani egeo. significabat enim idē quod meo prisciano eges. tuo prisciano egeo. non me prisciano eges. te prisciano egeo. Ablatiui praeterea numeri singularis horum nominum siue participiorum praesens. absens iunguntur cum ablatiuis pluralibus quorundam substantiuorum. ut apud Terentium in eunucho. Nescio quid profecto absente nobis turbatū est domi pro absentibus nobis. Plautus in amphytrione. Neq; nobis praesente aliquis quisq̄ nisi seruus. Pomponius attelanarum scriptor. quid enim apud furum praesente testibus mihi uendidit. pro praesentibus testibus. Neuius. Volumus dona dare praesente omnibus. pro praesentibus omnibus. Actius. ē res aliqua quae praesente his prius matura institit. pro praesentibus his. Praeterq̄ auctoritate potest excusari hoc uitium illa ratione Marcelli qui putat has dictiones absente praesente formae esse monaptote. Genera quoq; & numeri cōfunduntur cum non ad uocem: sed ad rem adiectiuum refertur. ut Verg. vii. aene. Pars arduus altis puluerulentus aequis furit. Idem in. iiii. Pars grandia trudunt obnixe frumenta humeris. Et Horati. m. i. ser. Legati missi magnis de rebus uterq;. & Ouid. de remedio. utraq; formose me iudice sunt uenerandae. Idem in episto. enones. Miscuimus lachrymas mestus uterq; suas. Huc etiam pertinet illud Verg. xii. aene. Dant sonitum spumosi amnes & in aequora currunt quisq; suum populatus iter. Idem in eodem. pro se quisq; uiri summa nitunt̄ opum ui. Et illud Liuii. Ausi sumus cum parentibus certare quaeq; ciuitas suis. Gerundium quoq; adiectiuū genitiui singularis posse iungi cum substantiuo plurali suo loco dicemus. Construuntur etiam inter se genera diuersa. ut Verg. Dulce satis humor ē depulsis arbutus hedis. & quod sequitur. Triste lupus stabulis maturis frugibus imbres: ubi dulce & triste diuersis generibus copulantur. Illud quoq; Lucani in primo. hinc leges blepiscita coacte. Relatiuum. duplex est relatiuum. alterum substantiae. alterum accidentis. Relatiuum substantiae est quod refert antecedens substantiuum. qualia sunt qui. quae. quod. suus. sua. suum. & alia pronomina relatiua: quae dicuntur identitatis. Sunt alia relatiua quae dicunt̄ diuersitatis. ut alius. alter. reliquus. caeter. caetera. caeterum. si caeter uspiam reperitur. Relatiuum accidētis est: quod refert antecedēs adiectiuū. cuiusmodi sunt qualis. quantus. quotus. cuias. Relatiuum accidentis cū antecedente debet conuenire. si non sequatur alterum substantiuum cum quo iungi possit. ut si dicas misi tibi libros mendosos. quales mihi dederas. Quod si alterum substantiuum sequatur cum illo debet conuenire. ut est aial uarium qualis est mulier. est templum magnum: quantus est mons. Horatius tamen in epodo singulari exemplo relatiuum accidentis antecedenti retulit dicens. Sed incitat me pectus & māme putres: aequina quales ubera. Relatiuum uero substantiuum cum antecedente debet in genere & in numero conuenire. ut ego amo: qui doceo. Si tamen quis uel qui inter duo ponatur substātiua. utriq; illorum referri potest. ut si dixeris: est animal: quod appellant orygem. uel quem appellant orygem. si tamen substantiuum quod sequitur nomen est proprium: relatiuum illi debet respondere. ut Salustius in catilina. Est locus in carcere quod tulianum appellatur. & Liui. anxur fuit: quae nunc sunt terracine. Et Paulus in epistula ad galathas Hieronymo īterpraete. Semini tuo: qui est Christus. Verg. i. aene. est locus hesperiam graii cognomine dicunt. ubi Seruius notat debere subintelligi quā: & nullo modo quem: Soloecismum tamen fecit. Ennius apud Diomedem. cum inquit. Quis tu es mulier qui me insueto nuncupasti noie: qui dixit pro quae. Sed quemadmodum hoc uitium intolerabile est: ita illud excusari potest. quod Boetius de consulatione scribit. nihil imbecillius homine: quos morsus musculorum necat. nam cum homo indiffinite significet: rettulit ad singulos qui sub specie humana continentur. Illud quoq; Salustii in catilina. Interea seruitia repudiabat: cuius initio ad eum magna copia concurrebat. cuius dixit pro quorum. excusari potest. quod seruitia pro seruis singulari numero caret. qd̄ si haberet. ita dixisset seruitium pro seruis. sicut iuuentutem pro iuuenibus. sed hoc in singulari dicimus. illud tantum in plurali. uel potius dixit cuius substantiue in genere neutro: pro cuius rei quale est illud Terentii in eunucho. qui habet salem: quod in te est. i. quae res. Ad rem quoq; non ad uocē refertur quandoq; relatiuum. ut apud Teren. in andria. Laudare omnes fortunas meas: qui haberem gnatum tali īgenio praeditum. meas dixit pro mis ea ratione qua supra diximus in pronominibus possessiuis subintelligi genituos illos quorum in locum successerant. Ergo laudare pro laudabāt omnes fortunas meas. i. mis qui haberem gnatum & caetera. Econtrario. Idem in eodem. Si quisquam est qui placere se studeat bonis q̄ plurimis: in his poeta nomen profitetur suum. excusatur uitium. qd̄ quisq̄ ad plures ptinet. Noiatiuus & uerbū. Soloecismi quoq; fiunt contra hoc pceptum: sed excusant̄ aliq̄ una ex figuris: de qbus in fine libri superioris dictū ē.



Iber quartus de cõstructiõe. Quemadmodũ omne uerbũ personale ante se cũ nominatiuo ANTO.
construit ita post se uarios casus recipit. quã rem nunc aggredimur ab illo potissimũ facientes initium. qđ uerba partim sunt psonalia. partim impsonalia. Itaq; personale & impsonale. duo prima genera sunt uerborũ. cum Diomedes atq; Donatus partim ad significationẽ uerborũ. partim ad modos uerbũ impsonale referãt. Illi nãq; ad quinq; genera uerborũ siue significatiões addunt sextũ qđ appellãt impsonale. & ad quinq; modos sextũ quẽ æque uocãt impersonalẽ. Nos tamen qui significationẽ in quinq; genera & modos in numerũ quinariũ diuidimus. Prima diuisiõe uerbũ in personale & in impsonale partimur. ut sit illud personale: cuius tẽpora p numeros & psonas explicant. impsonale: cuius tpa numeris & psonis carẽt. Differt aũt ab infinitiuo modo: q æque numeris & psonis caret: qđ infinitiuus uerbũ alterius modi desiderat. impsonale nõ idiget uerbũ alterius modi. quin potius ipsum libere per oẽs modos spargit. Sed uerbi impsonalis cõsideratione in alium locũ reiecta uerbũ psonale in quinq; genera ut dialectici dicunt sub alterna diuidimus. actiuũ. passiuum. neutrum. deponẽs. cõmune. de qbus singulatim differẽtes dicimus. ¶ Actiuũ uerbũ esse illđ: qđ in. o. desinit habetq; passiuũ i. or. Hæc diffinitio nõ oĩa: sed pleraq; huius generis uerba cõplectitur. Nã audeo. es. uolo uis. facio. is. & do das actiua esse nemo dubitat. quæ tamen in uoce passiua nõ habẽt audeor. uolor. facior. & dor. illa quoq; defectiua odi odisti. noui nouisti. memini meministi. coepi coepisti. inter actiua proprie numerãda sunt quãdoquidẽ cũ accusatiuo cõstruunt: quæ tñ neq; uocẽ actiuã in. o. neq; passiuã in. or. habent. Et exigit ante se ntm̃. hoc cõe est oĩbus uerbis psonalibus. pro psona agenti uel facienti. hoc ppriũ est uerbi actiui uel neutri actionem significantis. Nã reliqua uerborũ genera possunt etiam passionẽ significare: exiguntq; ante se ntm̃ pro persona patienti. ut exulo exulas. letor letaris. criminor criminaris. Accusatiuũ in psona patienti. hoc etiã cõi & deponẽti cõe est. nisi quod oĩa actiua possunt cõstrui cũ accusatiuo. nõ tñ omnia sed quædã cõmunia & deponentia. Quod uero dixit in persona agenti uel facienti non ociose dictũ est. Nam differentia illa inter agere & facere: qua utitur Aristoteles sexto ethicorũ & nono methaphisicorũ: nõ solum a philosophis; uerum etiã a studiosis linguæ latinæ obseruatur ut facere sit rerum in materiã exteriorẽ transeuntiũ. ut feci domũ. feci librum. feci opus. agere uero est rerum immanentiũ. ut ago fortiter. ago prudenter. ago orationẽ. Ego hoc loco nõ possum satis mirari quæ dementia grãmaticos ceperit partim iuniores. partim etiã quosdam ex antiquioribus: ut uerbum actiuũ diffiniant. qđ potest cõstrui cũ accusatiuo solum significantiũ animal rationale. Neq; enim aliã ob causam illos hoc scripsisse arbitror nisi ut difficultatem agerent iis in rebus in quibus nulla erat difficultas. Nam quid per deum immortalẽ obsecro te ad grãmaticum rei litterarie præsertim adhuc rudem scire attinet. quid sit transire in animal rationale: quid in animal irrationale? Aut si dicere possumus ego exerceo terrã tu seminas agrum. ille comedit panẽ: cur etiã si rerum natura non patiatur non possumus dicere; ego aro mulierẽ. tu seminas filios. ille comedit puerum. atq; in uoce passiua. ego aror. quẽadmodũ apud Oui. ii. meta. tellus dicit totoq; exerceor anno. pro aror. sicut Verg. i. geor. Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. E quod Paulus ad Timotheum. ca. iiii. scribit ego enim iam delibor. Quod si seminor a patre. comedor a lamia. & similia dicere nõ possumus quoniã illud dici posse rerum natura nõ patitur. at licebit dicere ego nõ aror non seminor. nõ comedor: sed nec arari neq; seminari neq; comedi possum. Neq; illud dici posset asinus centipes uolat. bos alatus disputat. uulpes arguta cauillatur. Et nõ itelligunt hoĩes perditi aliud eẽ grãmaticæ loqui. aliud uerum a falso distinguere qđ propriũ est dialecticę? Pari stultitia sunt qui rem neq; philosophis quidẽ oĩbus pspectã conant ad grãmaticẽ transferre: quo miserorũ simpliciumq; puerorũ ingenia uexent torqueãt in re: quæ nihil ad illos pertineat. Aiunt nãq; uerba illa metuo. timeo. formido & quæ ad sensus exteriores interioresq; pertineãt. qualia sunt. uideo. audio. tango. intelligo. sentio. cõstrui cũ ntõ in persona patiẽti. & cũ actõ in psona agenti uel faciente. ut si dixeris ego uideo lapidẽ. quia lapis sensum uidendi moueat. id circo agere putãdus sit. Hoc est simplicitatẽ puerilem erudire: an nugis uel potius nebulis quibusdã inuoluere? aut cum dicitur ego uideo lapidem: quomodo puer intelliget lapidis speciem oculos meos mouere. cũ etiam inter philosophos sint qui dicant uisionẽ per radiorũ ex oculis emissionẽ fieri. Eadem ratione pauca ad modũ uerba essent. quæ nõ haberẽt significationẽ inuersam. ut in uoce actiua psona agens uel faciens sit in actõ at e diuerso patiens in ntõ cũ præsertim philosophi dicant. quod omne agens agendo repatitur. hoc enim modo qui aliquid amat: ab illo patitur. cum amor ut physici dicunt affectus uel ut iuniores dicunt; passio sit. Sed hoc nõ magis ad grãmaticũ pertinet: q uerũ a falso distinguere: cũ hoc ad dia-

¶ Liber quartus de constructione octo partium orationis. Caput primum de constructione uerborum actiuorum post se.



Erba partim sunt psonalia: ptim impsonalia. Personalia sũt q̃ habẽt numeros & psonas. Impsonalia: q̃ carẽt nũeris & psonis: de quibus postea dicemus. Personalia rursus in qnq; genera diuidunt. actiuum. passiuũ. neutrum. deponẽs. cõmune. Actiuũ uerbũ est illud quod desinit in. o. & habet passiuũ in. or. & exigit ante se nõatiuũ in psona agenti uel facienti. & accusatiuum in persona patienti. Eius complures sunt species.

lecticum ut diximus:illud ad philosophum pertineat. Eius hoc est uerbi actiui complures sunt species. siue gradus. siue ordines. sunt enim sex. Nam cum sit uerbi actiui proprium posse cum accusatiuo construi:aut construitur tantum cum accusatiuo. aut cum accusatiuo & genitiuo. uel datiuo. uel altero accusatiuo. uel septimo casu. uel ablatiuo cum præpositione. a. uel. ab. ex quo fit. ut uerbi actiui sex sunt species. Species aūt nō eo modo accipimus quo grammatici:qui in singulis partibus orationis ponunt spēm pro illa forma:qua primitiuum a deriuatiuo distinguit: sed quo dialectici:qui generi supponūt species. ut cum sint quinq; genera uerbo℞ quodlibet genus rursum diuidatur in species.

CHRI. 

Liber quartus. constructionem quam nouissimum libri superioris inceperat caput. liber hic quartus cæterorum librorum potissimus absoluit. Quippe libri reliqui uocem tantum. at hic quartus sermonē constructū cōtinet. est enim sua cuiusq; orationis partis cōstructio. Sed omnium partium solius uerbi constructio est facile princeps. pendent enim partes singulæ a uerbo ut eo tandem ueluti nexu ferruminentur. & sibi constent. nam auctore Quintiliano in uerbo uis sermonis est. ⁋ Verba partim: hac uerbi cuiusq; diductione usus uidet̄ Quintilianus institutionum libro primo. Quum ait. Accipimus aliter. panditur interea domus. aliter totis turbatur agris. nunc uero turbatur impersonale panditur quidem personale dignoscitur. nullum itaq; uerbum siue finitum ut amo & pudet. siue infinitum ut amare pudere. non uel personale uel impersonale est. eo uero quod quidam dicunt uerbum personale & impersonale esse simul. cuiusmodi foret placet:constat dicimus enim personaliter placet mihi lectio & impersonaliter placet mihi legere. Vnde colligunt uerbum debere diuidi per personale tantum. atq; impersonale tantum. ac demum per personale & impsonale simul facile huic cauillo responderi potest hanc præceptionem exegeticam esse:non autem horisticam. itaq; nusquā apud latinos auctores idem uerbum simul & personale & impersonale reperiri licet. methodicus uero præceptor tradere possit aliquod uerbum posse & personale & impersonale præcipiendo declarari. Animaduertendum est plurimas uerbi apud neotericos præceptores diuisiones inueniri tum ratione significationis:tum uero ratione uocis. Significationis autem:ut uerba partim sunt substantiua ut sum es partim uero adiectiua ut amo. as. uerba partim sunt propria ut dolet mihi caput. partim uero figurata. ut doleo caput. uerba partim singularia ut habeo gratiā. partim uero pluralia ut ago gratias. uerba partim reciproca. ut capit me dolor. uel capio dolorem. partim uero nō reciproca ut lectio fastidit me. nō aūt ego fastidio lectionē nisi tropicos dicatur uerba partim sunt corporis. ut cōsternor. eris. partim uero animi. ut cōsternor. aris. Vocis aūt respectu. uerba partim sunt primitiua. ut uideo. es. partim deriuatiua. ut uiso. is. uerba partim sūt simplicia ut uideo uides. partim uero cōposita ut prouideo. es. Verba partim sunt integra: ut doceo. es. partim uero defectiua ut quæso quæsumus. Verba quædā sunt cōgressiua ut mando. as. mādo. is. quædā sunt nō cōgressiua ut doceo. es. Verba quædā sunt trāsgressiua. ut mereor. merui. Soleo. solitus. quædā uero nō trāsgrediunt̄. ut doceo. es. nō igitur uerbi una dūtaxat datur diuisio. Sed auctor illā omniū supremā delegit:ut cuius partitor est Quinti. ⁋ Actiuū uerbū est illud. Hæc definitio omnia uerba cōplectit̄ actiua tam integra q̃ defectiua. nullum. n. uerbum est actiuū. Quod nunc uel aliquādo nō finitum fuit eius passiuū in or & actiuum in. o. ut facior & cepio. Nigidius apud Marcellū. Quod dico huiusmodi facitur Tintinius apud eundem. petunt cōsiliū bona gratia:ut parui faciatur. Plautus in Menechinis pugnas uelitis cœpio. Cato. Cœpiā seditiosa uerba facere. Quod uerba hæc defectiua olim uocē passiuā habuerint:nullū maius signū esse pōt. Quā quod audeo potius ausus sum in præterito format quam audiri. pariter ab odi odisti osus sum uenit. Gellius eum sum osus mo℞ causa Tertulianus oditur ergo in hoibus. idem uincimus:cū odimur. Quāquā quis nō uidet uerba ho℞ composita in utraq; uoce uariari ut trador:inficior quo ado & facio sunt cōposita. quin etiā dicimus uersificor & reminiscor a facio & memini deducta ea lege:ut nemo unquā legerit uel uersifico. uel reminisco. nisi repræhēsum:quale eēt. Illud Ausonii in epigrāmate. Qui reminisco putat se dicere posse latina. hic ubi cōscriptū est. faceret cor. sicor haberet. ⁋ Exigit ante cōstrui uerba actiua cū accusatiuo post se pœne propriū eis est. Quoniā si cōmunibus & deponētibus euenit cōstrui sepe cū accusatiuo hoc eo cōtigit. Quod olim actiua fuere. Ennius apud Noniū. nō tibi bene uult q te criminat falso Plautus in asinaria. Meum caput cōtemples dixit. Quod siquis legat Noniū atq; Priscianū inueniet: nihil me fuisse mentitum. Colligat̄ igit̄ hoc uerbo℞ actiuorū diffinitio ita sæpire facio & facior. Contēplo & cōtemplor:ut amo & amor:tametsi differāt tēpore atq; ego meo auctori nihil inficias eo:nā perinde illæ de usitatis uerbis tantū. atq; ego de usitatis oblitteratisq; simul intelligo. optimi tñ auctores psona hac agenti usi sunt in accusatiuo propter cōuenientiā relatiui & antecedētis subsequēte tñ relatiuo. Ouid. cecidere manu quas legerat herbas idest herbe cecidere. nam si præcederet antecedēs. Ellipsis dicenda esset siue antiptosis. ut Verg. urbē quam statuo uestra est. ⁋ Impersona multis hæc dictio hoc in loco scripta risui est. ne dicam derisui ut. Quos non iuuet suppositum semper esse personæ tertiæ ut si dicas:fama loquatur opus. ubi fama si quis dixerit:habere personam:ei proculdubio insultabitur. Quos non possum plurimum non mirari:qui non nouerint pueros latinæ proprietatis nudissimos paulo ante. In præexercitamentis tres sensisse personas rebus uniuersis accomodandas. ut ego sit primæ:tu uero secundæ cætera uero quorum orbis est capax uniuerso tertiæ tātum. Appellat igitur methodicus præceptor quicquid uerbo suppositum dare potest personam. & quidem improprie:quam dictionum improprietatem plurimis usurpat in locis:ut unitatem appellet numerum. actū in tempore tempus. atq; cætera id genus. ⁋ Agenti uel facienti. Cicero libro secundo academicarum quæstionum. omne opus. In agendo uel faciendo:nam ego suo togam. ego persona faciens est:at si dicas ego uideo togam. idem ego agens est. Quod licet experiri ferme per singula uerba.

¶ Prima spẽs uerborꝝ actiuorꝝ est q̃ post se cõstruuntur cũ accusatiuo tantũ. qualia sunt.

Amo.as.aui.por amar con passion y afficion.
Redamo.as.aui.por amar al que nos ama assi.
Deamo.as.aui. por mucho y con afficiõ amar.
Adamo.as.aui.por amar como enamorado.
Diligo.is.xi.por amar con razon y elecion.
Colo.is.lui.por amar al mayor en dignidad.
Colo.is.por labrar.afeytar o morar.

¶ANTO. Prima igitur uerborꝝ actiuorũ species est q̃ post se cõstruunt cũ actõ tantũ.ut amo uxorem.doceo filios.nõ qd ullum sit uerbũ qd præter actm̃ nõ possit alios quoq; casus recipere:sed qd plerũq; actõ cõtentũ sit.ut ego amo uxorẽ uoluptati amore quodã singulari.doceo tibi filios grammaticã tanti: quãti alius dialecticã.Atq; ecõtrario nullũ uerbũ est qd nõ possit absolutũ repiri.ut Ouid.prima mihi nutrix coli dixit amas:neq;.n.expræssit quẽ amaret.Posuimus aũt in qualibet specie pauca uerba illa pcipue:in q̃bus aliqua dr̃ia est nã reliqua alexico illo nostro diffusiori repetẽda sunt.¶ Amo amas.inter amo amas.redamo.as. deamo.as.adamo.as.diligo.gis.colo . is . hoc inter est qd amare est uehemẽter atq; affectu quodã ceco & imoderato aliqd amore prosequi.Redamare uero est repensionẽ in amore facere.ut Apuleius in lib.de phia. nec reciprocari q̃ant ut amẽt:q̃ redamanť.Deamare ẽ adhuc uehemẽtius & plusq̃ amare.ut Terẽti.in heautõ.Deamo te inq̃t syre.Adamare est idipsum facere.sed lasciuiori quodã atq; amatorio modo.q̃ dr̃ia uel Quint.uerbis ostẽdiť in declamatiõe pro uxore.Matres inquit liberos suos tanq̃ adamarint.amãt. & q̃uo id fiat. subiũgit. Videbis oculos nũq̃ a facie uultuq; deflectere.comere caput . habitũq; cõponere & quæ sequunť.Cice.tñ in epistola ad curionẽ pro amare tñ posuisse uideť:cũ scribit:quarũ laudũ gloriã adamaris.Diligere uero rõnẽ quãdã atq; electionẽ præ se fert ut diligere sit opus rõnis.Amare uero eius partis irratiõalis:qua cõcupiscimus.uñ & in sacris litteris frequẽtior est usus dilectiõis q̃ amoris:qd huic passio illi uero rõ subest.Cice.in ep̃la ad Brutũ.L.Clodius ualde me diligit:uel emphaticoterũ.i.expræssius ualde me amat.idẽ alio loco.Dolobellã antea diligebã.nũc etiã amo.Atq; adhuc alio loco. sic igiť facies : & me amabis:aut quo sum cõtẽtus diliges.Colere est supiores gradu ac dignitate cũ obseruãtia quadam amare q̃ dr̃iam disticho illo.Martia.oñdit.Vis te sexte coli.uolebã amare.Sed si te colo sexte:nõ amabo. Nã omisso sensu turpiori in quo pleriq; uolunt uideri ingeniosi.hoc uult poeta significare:cũ amicitia teste Aristo.non possit esse nisi inter equales:o sexte tu uis coli tanq̃ ab amico inferiori: ego uolebam amare te tanq̃ equalẽ. Sed si colo te quasi maiorẽ amicũ nõ amabo te:quia iam nõ es equalis ea ratiõe qua uis a me coli & obseruari.¶ Colo.is.colui . p̃ter eã significationẽ quã supra memorauimus significat etiã exercere uel adornare . unde & agricolas & colonos dicimus:qui colũt agros.& faciẽ colere fœmine dicunť.Est etiã colere habitare.ut apud Verg.in bucco.pallas quas cõdidit arces:ipsa colat.& Iuue.nos colimus urbẽ tenui tibiicine fultam.

¶CHRI. Prima species:accusatiuus ille:quem singulæ species capiunt alteri casui adiiunctum : huic speciei solus accidit ut nos patriam fugimus ceterũ regimine Varro huius speciei uerba cõplures casus asciscũt ut si dicas.Ego quãticunq; hos tris annos summo discam studio.Latinitatẽ meæ solius iucũditati.¶ Amo.as.ui.Quid sit amare ex Ciceronis libro de amicitia plane colligiť.Amare enim:iquit ille:nihil aliud est: quã eum ipsum diligere:quẽ ames nulla indigẽtia:nulla utilitate quæsita.Quod uero amare maioris sit momẽti quam diligere manifestissime Cicero ad Dolobellã scribens demõstrat.ait enim Cicero.Quis erat qui putaret:ad eum amorẽ quẽ erga te habeam:posse aliquid accidere:tãtũ tamẽ accessit.ut mihi deniq; nũc amare uidear ante dilexisse.Poetæ uero aliq̃n rem inuertunt Terẽti.Non pol quo plus quẽquã amen : aut plus diligam:habeo.Si tñ amo absolute ponať pro captus sum amore accipiť.Plau.Amat filius:certũ est.¶ Diligo.is.xi .apud poetas etiam ad amare est.Iuue.hunc diligit Aelia pauper Oui . aut amãtiades turpi dilectus amore nec semper diligo remissius se gerit ut pleriq; dicunt Plin.ad Mauricũ diligo quidem adolescẽtem ardentissime:Sicut meretur.erat etiam apud ueteres diuidere.Plautus in curgu.Clypeatus Elephas ubi materia diligit.animaduertendũ est in hoc potissimũ loco quod Laurẽt . tradit in hoc uerbo amo & similibus sequente præpositiõe cum reciprocatiõe personæ agẽtis:esse uerbũ amo absolutũ.nõ enim diciť satis latinæ nos amamus nos inter nos.Sed nos amamus inter nos.Vos amatis inter uos.pueri amãt inter se.Cicero ad fratrem.pueri amãt inter se.Terẽ.quasi nõ norimus inter nos participia tñ in rus id patiunť.res publica nos ĩter nos cõciliatura cõiunctura q; sit.Cice.ad Põpe.¶ Redamo.as.hoc uerbo Cice.cũ tẽperamẽto siue correctionis stygmate in libro de amicitia usus est dicens.Qui uel amare:uel:ut ita dicã.redamari possit . ¶ Deamo.as.de nunc auget ut in demereor.deiiero.deposco.Plautus in neruo.ualde uterq; deamat.¶ Adamo.as. Qd lasciuie est.Quin.lib.ii.institutionũ prædulce illud lasciuie genus adament. Quod interdũ pro de amare capitur.Cice.pro flacco.Laudem patriæ in libertatẽ uendicãdæ adamauit.Nam cum aspiratione adamare ueluti pro amo capene accipiť Cice.apud Noniũ.qui honores adamauerũt uix admictũtur ad eos.his tandem cõpositis potuit adiiungi pamo.as.pro perfecte amare. Cice.lib.i.de legibus.ubi illa sancta amicitia:si non ipse amicus peramať toto corpore:¶ Colo.is.Quattuor huius uerbi significatiões scribit auctor de prima.Luca.v.Quiq; colit primus ducentẽ tẽpora Ianum.¶ Colo.is.est terras quo quo modo aptare.Quintili. lib.i.Quur nõ idem persuademus.agricolis:ne arua simul & uineta.& oleas.& arbustum colant.Colo.i.orno & apparo.Plautus quin tu te colis:antequã exeas domũ.Colo.i.habito.Iuue.nos urbem colimus tenui tibiicine fultã.est etiã colere exercere.Liuius lib.i.proinde rem militarẽ colant.Cicero lib.i.officiorum.fit ut neq; amicitiã colere possit.Colo.as.nõ datur usui.Sed sub collo & decollo . de quibus diximus in uersiculo

illo quæ te sub collent excipientq; sinu.nã colare lac:& serum per.l.unicũ scribit. Admonendi sunt scholastici hoc in loco documentũ illud.Cuius Seruius æne.pri.est memor ex Plinio excerpens.Nec uos:inqt Seruius:decipiat.Quod Pli. dicit ut eloquutiones ex similibus formemus.Nã ecce dicimus comedo illã rem: nec tñ dicimus uescor illã rem.Sed illa re.ipse etiã Pli.alibi dicit nõ usq; hoc faciẽdũ esse.hoc Seruius. hinc colligas oportet amare & bene uelle siue bene cupere.licet poene sint eiusdẽ significatiõis.diuersum tamẽ casum exigũt.Ecce dicimus amo te & bene cupio tibi.decipis me:& imponis mihi.adiuuo hoiem & faueo homini.sub uerbis tamen diuersi regiminis iam notissimum est eundem casum esse nõ posse.ut si dicas ego nõ oppugnaui fratrem tuum sed expugnaui.ego non offici.nec adiuui te. Melius Cicero ad Metellum quare non ego oppugnaui fratrem tuum sed fratri tuo repugnaui.

Traho trahis traxi. por leuar o traer arrastrando.y por fuerza.

Duco.is.xi.por leuar o traer guiando.

Deduco.is.por acõpañar a otro desde su casa.

Reduco.is.por acompañar a otro hasta su casa.

Deduco.is.por echar las naues al agua.

Subduco.is.por sacar las naues del agua.

Ago.agis.por lleuar delante de si como ganado antecogido.

Ago. is.por leuar la bestia caualgãdo encia della.

Veho.is.uexi.por lleuar o traer encima de si.

Porto.as.aui.por leuar o traer en su cuerpo.

Fero fers.gero.is.baiulo.as. por aquello mesmo.

¶ANTO. Traho.is.traxi.est uiolẽter raptare.ducere uero est iis q̃ spõte sequunt̃ q̃si ductũ exhibere.quã dram Sene.in epi.cviii. ad Lucillũ oñdit dicẽs.Fata uolẽtẽ ducũt:nolẽtẽ trahunt.A duco p̄terea cõposita deduco & reduco. p̄ter gñalẽ significationẽ significãt & spãliter comitatus officiũ alicui p̄stare.Ho.i.ser.occurrã in triuiis deducã.Mar.dũ te ꝓsequor & domũ reduco.Inter deducere quoq; nauẽ & subducere nauẽ est dfia:qd deducere est ex nauali in aquã imittere.Ver.iii.æneí. Deducũt socii naues.Idẽ in.iiii.Et littore celsas deducũt toto naues.Liui.xxiii. ab urbe cõdita.nauibus lõgis ad caralis subductis & paulo post.nauibus lõgis deductis.Ver.i.æne.Vrbẽ quã statuo uestra est:subducite naues.Agere quoq; oues.boues capras est q̃si ante se cogẽdo ipellere.Oui.i.meta. Hac agit ut pastor p deuia rura capellas.Ver.in buc.En ipse capellas ꝓtinus eger ago.hãc etiã uix tityre duco.Nã caprã illã q̃ ptu soluta erat:deducebat.i. se illi ducẽ exhibebat uixq; seq poterat:reliq̃s agebat.Est etiã agere equũ asinũ mulã.illos tergo isidẽdo moderari.ut i epigrãmate illo.Marti.quo plerasq; huius uerbi signatiões cõplexus est poeta.Semp agis cãs.& res agis attale semp. Est nõ est qd agas:attale semp agis.Si res & causæ desunt:agis attale mulas.Attale ne qd agas desit: agas animã.Sed quẽadmodũ ducere & trahere & agere dicimur illa q nõ sustinemus nro corpore:illa portare.ferre.baiulare.gerere dicimur q nobiscũ & in aliq̃ corporis pte habemus.Vehere aũt ea tm̃ q̃ humeris aut capite portamus.sic æquus uehit sessorẽ.nauis nautã & illud Ouidii.i.met.Fuluos uehit unda leones & Verg. vi.æne.Hi quos uehit unda:sepulti.Quæ uehuntur dicunt̃ etiam portari.ferri.baiulari.Vergi. primo æne. Portantur auari pygmalionis opes pelago.sed quod manu portatur.non recte dicetur uehi.

¶CHRI. Traho.is.xi.p uim & raptãdo portare est trahere.depriore.Hor.ser.li.i.Nã exẽplo magni est formica laboris:ore trahit quodcũq; põt:atq; addit aceruo.de ulteriore.Ver.altaria ad ipsa tremẽtẽ traxit.trahere.i.habere.Iuue.sensũ a cælesti demissũ traximus arce.trahere.i.remouere Salu.nisi ea res lõgius nos ab incepto traheret.¶ Trahere.i.cõsumere Ver.uario noctẽ fermõe trahebãt.trahere.i.amplexacere. idẽ latãq; trahẽs iglorius aluũ.¶ Duco.is.xi.Iuue.Sed reliquos sugiẽda patrũ uestigia ducũt.Plurimas sortit̃ hoc uerbũ signatiões.ẽ.n.¶ Ducere erigere. Ver.pars ducere muros:arcẽq; moliri.¶ Ducere uultũ.i.auersari. Mar. q ducis uultus:& nõ legis ista libẽter.¶ Ducere somnos.i.dormire. Ver.Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos.¶ Ducere bellũ.i.dimicare uel pugnare.idẽ hi bellũ assidue ducũt cũ gẽte latina.¶ Ducere.i.capere.idẽ duceret apricis in collibus una colorẽ.¶ Ducere existimare.Cice.Ver.Sic eqdẽ ducebã aio rebarq; futurũ.Cice.in uerrẽ.Clarissimi uiri nræ ciuitatis tpibus optimis hoc sibi amplissimũ pulcherrimũq; dixerũt.¶ Ducere.i.allicere.idẽ in ibi.Siqs honore aut glia ducit̃.¶ Ducere.i.æuaginare.Ver.Auxiliũ ducto mucrone petebat.& in re obscena Plau.si teneris ducite ne disrũpamini.¶ Ducere classẽ est ei p̄ferri.Quinti.ducere uero classem multo pulcherrimũ.¶ Ducere uxorẽ.siue ducere in uxorẽ dicimus.i.maritũ fieri. Terẽt. in adelphis ducit Eschinus a se uitiatã atticã uirginẽ uxorẽ.idẽ inibi.ut liceret sibi hãc i uxorẽ ducere.nam apud Persiũ.Qd legimus.Nerio iam tertia ducit̃ uxor.i.ad sepulchrũ elata est & sepulta exponit̃. Diuus etiã Hyer.minare ꝓdutere utit̃ in Hyeremia.me minauit & adduxit:ait i tenebris.idẽ inibi.Minauit gregẽ in interiora deserti.i.egit.unde festus agasones equos agẽtes.i.bene minãtes exponit.¶ Deduco.is. Terẽ.in eunucho.Abi dorias cito.hũc deduc ad militẽ.¶ Deducere.i.deriuare Lactãtius li.iiii.diximus nomẽ religionis a uinculo pietatis eẽ deductũ.¶ Deducere.i.pterrefacere.Cice.ad Terẽtiã. Neq; legis iprobissima pœna deductus est.¶ Deducere.i.diuertere. Ver.Riuos deducere nulla religio uetuit.¶ Deducere.i.attenuare. Hora.Tenui deducta poemata filo.¶ Deducere auferre.Salu.arma deponere.p̄sidia de locis deducere. Sed maximæ ꝓpria huius uerbi significatio est deorsũ ducere.Ver.Carmina de cœlo possũt deducere lunã.¶ Reduco.is.xi.Vale.max.li.ii.Senectuti iuuẽtus ita cumulatissimũ & circũspectissimũ honorẽ reddebat ut Iuuenes affixi ualuis expectabãt:donec redeũdi officio fungeret̃.Gellius li.xiii.Metellus i capitoliũ uenit cũ multis mortalibus.inde quũ domũ ꝓficisceret̃ tota ciuitas eũ reduxit.¶ Reducere uero ꝓprie est retro du

cere. Iustinus li. ii. Reliq̃s copias rex ipse reducere ĩ regnũ parat. ¶ Reducere. i. recipe se & liberare. Apuleius. Meq; oppido in arcẽ reduco. hinc reduces sospites & in patriã reductos appellamus. Ver. Nãq; tibi reduces socios: classemq; relatã nũcio. atq; ĩ tertia a fine hẽt accẽtũ accutũ. ¶ Reducere. i. replicare. Ver. inq; sinus scindit sese unda reductos. ¶ Reducere. i. recõciliare. Ver. numẽq; reducãt. ¶ Subduco. is. xi. Ver. Quassatã uẽtis liceat subducere classẽ. Plau. in cassina. ibo ĩtro. ut subducã nauim. Cice. li. iii. offi. Classẽ lacedemonioꝝ q̃ subducta erat ĩcẽdi posse. ¶ Subducere. i. surripe. Ver. & succus pecori & lac subducit̃ agnis. ¶ Subducere. i. sursũ ducere. Idẽ. Qua se subducere colles ĩcipiũt. ¶ Subducere rõnẽ. i. cõputare. Cice. ad lẽtulũ rõnibusq; subductis summã feci cogitationũ meaꝝ. Plau. Incap. Subducã ratiũculã dixit Terẽ. nũq̃ ita q̃sq̃ bene subducta rõne ad uitã fuit. ¶ Subducere. est subtrahere. idẽ in curgu. dormiscit ego ei subduco annulũ. Salusti. ex gregariis militibus queq; armatũ in prĩa acie subducit. Iuue. & nos ergo manũ ferule subduximus. i. subtraximus exponũt plurimi ac p hoc tãq̃ eruditi. Iã a grãmaticis recessimus. Diuus tñ Hiero. ad pãmachiũ scribẽs in ope illo de optimo gñe ĩterp̃tãdi. manũ subduxius ferulæ. i. supposuimus uẽ ĩterp̃tari. Ait. n. ergo frustra tãto ipe studuimus & sepe manũ ferulæ subduximus. ¶ Ago. is. egi. Qđ mere græcũ est p̃ter has duas significatiões plurimas alias ascisc̃it. Sed de haꝝ duaꝝ priore dicimus agere pecus. boues. agmẽ. captiuos. & reliq̃. ueluti p̃euntia agitare Hor. oẽ cũ ꝓtheus egit pecus. Apuleius li. viii. illi pastores q nos agebãt. Ver. Camilla agmẽ agẽs. æq̃tũ. Agere æquũ currũ: tygridẽ & similia est ea resĩdẽs loris regere. Hora. Diespiter egit equos: uolucrẽq; currũ. Ver. Liber agẽs celse de nise uertice tygres. Lucan. luctificus titan nũq̃ magis æthera cõtra egit equos. ¶ Agere regẽ. fabulã. mulierẽ. mimũ ẽ eos ipsos rep̃sentare. Iuue. uxorẽ comedus agit. idẽ. mimũ agit ille. ¶ Agere tẽpus ætatẽ uitã. i. uiuere. Cice. ad trebatiũ multi q domi ætatẽ agerẽt ꝓpterea sũt ĩprobati. Iuue. Nona ætas agit̃. Solinus. Missimissa rex mathynaꝝ filiũ sextũ &. lxx. annũ agẽs genuit. ¶ Agere sese ẽ q̃si cura negocia in cedere. Ver. Ecce gubernator se se palinurus agebat. idẽ æneas se matutinus agebat. Terenti. Quo te hinc agis daue. ¶ Agere cãm est patrocinari. Cice. palã in senatu sic egit cãm tuã. Dicimus agere rem agere dere. Cice. te aũt cõtẽplãs nõ ædepol quãtã rẽ egeris. idẽ. Quũ de actis Cæsa. egisset. idem de pãtheris agit̃ uehemẽter. idẽ. Res agit̃ p eosdẽ creditores. ¶ Agere noctẽ p noctare ẽ. Mella. li. i. ubi dies deficit: ibi noctẽ agũt. ¶ Agere nugas. Plau. in mene. magis maiores nugas egerit. ¶ Agere aĩam mori est Sene. episto. xxvi. Quid egeris tũc apparebit quũ animã ages. ¶ Agere. i. ĩpellere. Lactãt. li. vi. tres sũt affectus q hoĩes in oĩa facinora p̃cipites agãt. ira cupiditas. & libido. ¶ Agere. i. attẽdere. Terẽ. hocine agis an nõ? ¶ Agere actũ est nihil agere. Terẽ. actũ agã ubi illinc rediero. Nã actũ est sp in malã p̃tẽ capit̃. Plin. Iunior loquens de Asdrubale. actũq; erat de Ro. impio si sese Hãnibali iũgere potuisset. ¶ Agere gratias & grates est aĩ gratitudinẽ uerbis exprimere. Sed habere gratiã est in aĩo illã eẽ gratitudinẽ: referre uero est re ipsa bñficiũ dissoluere. Sed dicimus agere grĩas p litteras & nõ lr̃is. Queadmodũ e diuerso agere grĩas uerbis & nõ p uerba. Cic. lẽtulo nostro egi p lr̃as tuo noĩe grĩas. idẽ. Itaq; pluribus uerbis egi Cæsari grĩas. Nã qđ legimus apud Cicer. ad trebatiũ & lr̃is tuis & . Q. fratris grĩas egi. rem tanq̃ p̃sonã accipit. Q. Curtius li. iii. dextrã eius amplexi grates agebãt. Mar. ergo agimus læti p tãto munere grates. Sed hoc apud oratores p quã rarũ est. ¶ Agit̃ p̃clare uel pessime imp̃sonale accipit̃. Cice. In uerrẽ. ut secũ agi p̃clare diceret. Serui. Sulpitius ad Cicer. nõ pessime cũ his eẽ actũ. Quibus licitũ est sine dolore: mortẽ cũ uita cõmutare. ¶ Agere cũ aliquo: ẽ cũ eo deliberare. Terẽ. ait se rẽ seriã uelle agere mecũ. ¶ Fero. i. porto. Ver. Vix illã famuli phegeus fagaq; ferebant. ¶ Fero. i. cupio. Ouid. Iã noua fert aĩus mutatas dicere formas ĩcorpora. Luca. i. fert aĩus cãs tãtaꝝ expromere reꝝ. Qđ suspicor eẽ poeticũ. & id q̃dẽ ĩ tertiis tm̃ p̃sonis singularis numeri atq; semp adiiunctũ ĩfinitiuo. ¶ Fero. i. extollo. Salustius uirtutẽ animi eius ad cœlum ferũt. ¶ Fero. i. patior Terentius in heau. Nam quem feret si parentẽ suum non feret. ¶ Fero. i. aufero. Vergilius. postquam te fata tulerunt. ¶ Fero. i. dirigo. idem. Hinc uia carta rei quæ fert Acherontis ad undas. ¶ Fero. i. Accipio. Terentius. hoc si effeceris quod uis donum ame optatũ feres. fero. i. dest dico. Vergilius. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse samo. fero. i. do. ut iudex sententiam. Nam dicere sententiam consiliatii est. Lactantius libro tertio. aliquis eccelo qui desingulorum opinionibus sententiam ferat. ¶ Fero. i. gigno. Vergilius si duo præterea tales ydea tulisset terra uiros. ¶ Fero. i. affero. Idem legati responsa ferunt. ¶ Fero. i. confero idem. Erix in prælia suetus ferre manum. Quod si pronominibus illis me. te. se. cum præpositione præ adiiungatur: significat uelut ipsa fronte atq; aspectu aliquam rem indicare. Quintilianus fiduciam igitur præse ferat orator. Cicero. Nam ille qui accipit iniuriam meminit: & præse fert. eiusdem sensus sunt. præse ducit. præse gerit. ¶ Gero. i. porto. Vergilius. Leuaq; ancile gerebat. Sunt huius uerbi significationes alie. ¶ Gero. i. guberno. Cicero in Catone. Qui amplissimũ magistratum gerunt: & habere Vergilius. Et nos aliquod nomenq; decusq; gessimus. ¶ Baiulo baiulas. Plautus in asinaria. Ego id baiulo. tu ante me ito in anis.

Inchoo. as. aui. por comenzar alguna cosa.

¶ANTO. Inchoo inchoas semper cum accusatiuo construitur. unde Diomedes inter idiomata incusatiui illud posuit. Vergili. iii. georgicorum. Te sine nil altum mens inchoat. Idem sexto ænedi. Nocturnas inchoat aras. Hinc Georgius Merula iure galeotum martium præceptorẽ meum refellit. quod in titulo cuiusdam operis sui scripsit: liber inchoat primus.

¶CHRI. Inchoo. as. ui. & incipere & finire significat prioris. Martia. Claudere q̃ cœnas lactuca solebat auorum: dic mihi cur nostras inchoat illa dapes. ulterioris. Ver. Tunc stygio regi nocturnas inchoat aras. Iulius modestus sic hoc uerbũ inchoo scribendũ putat: ut sit. h. adiiuncta cum. c. nã achao reꝝ initio deriuatũ esse uult. Varro tamẽ inchoo scribit ut aspiratio cadat iter utrãq. o. nã achoo. i. mũdo deduci contendit.

CANTO. Incipio & si cũ actõ cõstrui põt:recte forsitá possis dicere liber pri.icipit. sed rectius ꝑfecto.liber prius icipit. ¶ Ineo mis auctore Valla cũ i hac significatiõe accipit.nũq̃ nisi de rebus maximi momẽti dici solet.ut ineo pacẽ.ineo societatẽ.sed nõ ita possis dicere ineo prãdiũ.ineo cõuiuiũ. Hui9 quoq; uerbi.ꝑticipiũ p̃ntis positũ absolute sine actĩ cõstructiõe maiorib9 reb9 adhibet.ut ieũte uere. ieũte puericia.nõ aũt recte possis dicer ieũte die.ieũte dormitiõe:sed potı9 icipiẽte. ¶ Disco.is.discere ẽ eoꝝ q̃ ignoram9 cognitionẽ asseq.Mar.disce qđ ignoras:marsi: doctiq; pedõis. Ediscere ẽ illa q̃ dicius memoriæ mãdare. Cic.i.de oratore. Exercẽda ẽ mẽoria ediscẽdis ad uerbũ q̃plurimis. Dediscere ẽ illa q̃ edidiscim9 obliuisci. Idẽ.i.iii.eiusdẽ.ob eãq; cãm dedisceret edi scẽdo iuuẽtus nr̃a. ¶ Oppugno.as.oppugnar & ipugnare est pugnãdo aliquẽ locũ aggredi. Ver.v.æn. Ille uelut celsã oppugnat q molib9 urbẽ. Propugnare ẽ oppugnãtib9 repugnare. uñ & turriũ ꝑpognacula dicta sũt. Expugnar est oppugnãdo cape. Ex quo iterp̃tis error uel potius librarioꝝ cõuincit: q i psalmo ꝑ sepe expugnauerũt uel oppugnauerũt me a iuuẽtute mea scripserũt sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. Nã si expugnauerũt id ẽ pugnãdo ceperũt ꝑphetã: quõ nõ potuerũt illi p̄ualere. Esse aũt librarioꝝ nõ interp̃tis errorẽ ex eo suspicare possum9.qđ in psalmo. xxxiiii. d ñiá obseruauit dicẽs. Iudica dñe nocẽtes me expugna ipugnãtes me. ¶ Capio.is.cœpi.cape uel accipe spõte uel nõ spõte ut magnã cœpi molestiã.magnũ cœpi dolorẽ. accepi uulnus in p̄lio.accepi pecũias i bello. Sũere est tm̃ spõte. Vale.max.nõ coactus ẽnsem accipe sed sua spõte sũere uideret. Dicimus p̄terea reciproce capio uoluptatẽ.& uoloptas capit me. Cice. i epi.magnã cœpi ex tuis l̃ris uoluptatẽ.idẽ.me sũma cœpit uoluptas. ¶ Paco pacas pacare ẽ pacẽ uictis iponere:atq; leges illis dare. Verg.in bucco.pacatũq; reget patriis uirtutibus orbẽ. Placare est ab idignatiõe ad lenitatem reducere. Verg.ii.æne. Sanguine placastis uentos & uirgine cesa. Pacificare tum placare tum pacem facere significat. Catullus.hostia celestes pacificasset heres. Sillius lib.xv.pacificans diuos. Salustius in iugurtha. Metellos initio iugurtha pacificante præsidium imposuerat. Iustinus libro sexto.pacificari cum altero statuit.

Incipio.is.incepi.por comenzar como quiera.
Ineo.is.iniui.por comenzar alguna cosa notable
Disco.is.ici.por deprender algo de nueuo.
Edisco.is.ici.por deprender algo de coro.
Dedisco.is.ici.por oluidar lo deprendido.
Oppugno.as.aui.por combatir algun lugar.
Impugno.as.aui.por aquello mesmo.
Propugno.as.aui.por defender lo cõbatido.
Expugno.as.aui.por tomar por combate.
Capio capis.cœpi.por tomar por nuestra o contra nuestra uoluntad.
Sumo.is.sumpsi.por tomar por nuestra uolũtad.
Paco.as.aui.por apaziguar alos uencidos.
Placo.as.aui.por amansar al ayrado.
Pacifico.as.por aquello mesmo o hazer paz.

¶ANTO. Animaduertendum eſt. quoniam hoc uerbum ſum es. fui. per omnes uerborum neutrorũ ſpecies ſpargitur. uiſum eſt illud hoc in loco ponere. nam & poteſt eſſe abſolutum. ut eſt locus. heſperiam graii cognomine dicunt. poteſt & poſt ſe conſtrui cum caſu ſimili præcedenti. ut homo eſt animal. poteſt & cũ genitiuo. ut uirtus eſt hominis pecudis uero uoluptas. poteſt & cum duobus datiuis. unde & Diomedes inter idiomata latina hæc ponit exempla gloriæ mihi eſt patria. teſtimonio tibi ſum auxilio tibi ſum. gaudio mihi eſt aduerſarius bono mihi eſt ueritas. oneri mihi eſt hæc res. cordi mihi eſt amicitia. dolori mihi eſt iudicium: curæ mihi eſt doctor. miſeriæ mihi eſt labor infamiæ mihi eſt amor. Sic Teren. dixit in andria. Aut tibi hæc nuptiæ ſunt cordi. Cõſtruitur etiam cum ſeptimo caſu quando ponitur pro genitiuo Vergilius primo æneido. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. quarum quæ forma pulcherrima deiopeia. pro corporis præſtantis & formæ. Quod uero ſubiũgit cum hoc nomine opus. Diomedis eiuſdem eſt præceptu qui inter idiomata ſcribit uſitate dici opus eſt mihi monito apđ ueteres tamen inueniri per omnes caſus præter uocatiuum. atq; addit. pro eo quod græci dicunt habeo opus. habui opus: ex ratiõe idiomatis latini non poſſe dici niſi opus eſt mihi opus fuit mihi Hieronymus igitur ſermonis græci proprietatem ſecutus dixit in euangelio: Dominus opus habet his. ¶ Sum es fui. cũ re uerbi pro ipſo uerbo. ut Plautus in amphy. quid tibi hanc rem curatio eſt uerbero? procuras. Idem in aſinaria quid tibi huc receptio eſt meum uirum ideſt cur recipis. Idem in aularia. quid tibi nos mendice homo tactio eſt cur nos tangis. Sunt præterea. proprie uerbum ſubſtantiuum unum eſt tantum. ſum. es. fui qđ ſubſtantiam ſignificat: quodq; ob id ipſum dei proprium eſt qui mera eſt ſubſtantia: ipſo dicente in exodo. qui eſt miſit me ad uos. ſunt tamen & alia uerba: quæ poſſunt dici propemodum ſubſtãtiua. ut ſiſto exiſto. exto. fio. maneo. uiuo. quæ poſt ſe æque regunt caſum ſimilem præcedenti. Cicero in libro de amicitia. exiſtit hoc loco quæſtio ſub difficilis. idem de ſenectute. ipſius apii extat oratio: potes enim addere ad illud. diſputanda. diſſerenda. adhuc pulchra. elegantiſſima. artificioſa. Eodem modo dicimus fio ſenex. Horatius quarto car. fis anus. & uis formoſa uideri. Maneo immortalis Vergilius quarto georgicorũ at genus immortale manet. Idem in tertio æneid. uiuite fœlices: quibus eſt fortuna parata. Pari mon conſtruunt̃ uerba quæ cum ſint intranſitiua in obliquos caſus reciprocantur tamen. ut incedo triſtis. ſicut Vergilius quæ diuum incedo regina. ambulo letus ſicut Horatius nocturnus obambulat.

¶CHRI. Cum nominatiuo & hoc in utroq; numero atq; utrinq;. Indifferenter. Vergilius rex erat Aeneas nobis. idem ſunt mihi his ſeptem præſtanti corpore nymphæ. Terentius. dos eſt mihi decẽ talenta. Luca. lib. tertio. Omnia Cæſar erat. Ouidius. Tãtalides matres apta rapina ſumus. Varro. apud Gelliũ. Induciæ ſunt pax caſtrenſis. idem pax non eſt induciæ. ubi eſt aduertendum uerbum ſubſtantiuũ ſemper ſuppoſiti principalis numerum ſequi oportere: non autem ſuppoſiti. ut pax eſt ĩduciæ. Induciæ ſunt pax. ¶ Cum genitiuo & poſſeſſionis & precii & imperſonalis ratione contingit. Teren. ex probatio eſt immemoris beneficii. idem inibi. uide quanti apud me ſis. Columella. lib. v. prudentis agricole eſt: uitem quã præcipue probauerit ſerere ideſt prudentis agricole intereſt & reliqua. ¶ Cũ datiuo ſiue ſimplici ſiue duplici. Quintilianus. ſua ſunt cuiq; aſſignata nomina. Horati. Ne ſit ancillæ tibi pudori amor. ¶ Cum ſeptimo caſu. Cicero actione. vii. erat facie mira Cleomenis ſyracuſani uxor. aliquando geminatur effectiuus. idem pro Pompeio. fuit in his prouinciis ſingulari innocentia: grauitate uirtute. Vbi hiſtorici etiam fuit ſingularis innocentia. poetæ uerbi gratia ſingularis innocentiam dixiſſent. Adiiungitur autem uariis præpoſitionibus. Gellius li. iii. namq; homo ex anima eſt. Cicero in meis autem rebus. nihil eſt ſane noui. Quibus autẽ modis imperſonale fiat in opere illo. Quod de uerbis a proſopicis fecimus. late ſcripſimus. ¶ Nomine opus indeclinabiliter accepto. atq; ſignificat neceſſariũ eſſe Terentius ea quæ nihil opus ſunt ſciri. Iuuenalis. magnæ mentis opus eſt: nec delodite paranda. Cicero actione. vii. Nec cuiq; opus eſſet ſuſpicio ulla. Apuleius. eam rem factam opus fuerat. Plautus in ciſtillaria. bonam mihi opus eſt. Iuuenalis. O proceres cenſere opus eſt. an aruſpice nobis. adiiungitur etiam toti orationi. Cicero in epiſtolis. nunc eſt opus te animo ualere. idem actione. vii. Si quando opus eſt ut hac uidelicet teſtificatione uteretur. opera pro opus dixit. Plautus in Mercatore. ſimpliciter dicam opera eſt auribus. Sed in alia fortaſſe ſignificatione. ut labor eſt auribus. Accipitur etiã opus ideſt artificium. Martial. non fuit hoc artis ſed pietatis opus. unde ſi recipiat opus adiiectiuũ iam alterius erit ſignificatiõis & Martia. iam nullũ in monſtris orbe fuiſſet opus. ¶ Exiſtit inutilis. negat Valla exiſto. is. participio adiungi debere. Cuius inuento Ciceronis exempla plurimis in locis aduerſantur. In epiſto. Sed tempus exiſtit optatum mihi magis quã ſperatum. idem in gratiarum actiõe. Nulla decreta exiſtunt excogitata. idem in diuinatione. Sum merſus equus non exiſtit. ¶ Extat incorruptus. Iuuena. minor extat ſacrilegus Cicero. quæ ut ſcis extat oratio. ¶ Manet immortalis. Vergilius. Manet alta mente repoſtum iudicium paridis.

CANTO. Præterea uerba illa.de his multa diximus in principio huius libri.Illud tñ hoc in loco tñ repetimus nihil obstare quo min⁹ hæc uerba sint actiua:nisi qd putát aliq id circo dici nõ posse qa ueritati repugnat.Neq;.n.oino Pris.assẽtior.multis in locis dicẽti significatiõi cá aliqd nõ posse dici neq;.n.qa nõ est nisi unus mũdus.unus sol.una luna:id circo nõ possẽ dicere deũ momẽto posse creare inumerabiles mũdos.cõ plures soles.multas lunas.aut qa nõ possũ aratro arari.ligonibus pastinari:phibeor dicere ego nõ aror neq; pastinor:sed neq; possũ arari nec pastinari.Qd & de uerbis ad solá naturá ptinẽtib⁹ dici põt:sed illa fateor nõ oia posse ad usus nfos accomodari.ut ego nõ ferẽo.at posset dicere iuppiter:q uultu cœlũ tẽpestatesq; ferẽat.Præterea nullũ eẽ uerbũ actiuũ hinc multi agũt uerbũ ipsonale ab oib⁹ uerbis etiá actiuis posse puenire:qñqdẽ nullũ est uerbũ actiuũ:qd nõ possit esse neutrũ.sed nos de cuiusmodi uerbis loq̃remur:exposuimus.¶ Præterea uerba neutra posse cõstrui cũ actõ rẽ uerbi significante.ut ego uiuo uitá.& uita uiuiť a me.Oui.xii.meta.Vixi annos bis cẽtũ.iá tertia uiuiť ætas.Alia tñ figura Iuuena.dixit.q curios simulát & bachanalia uiuũt.i.more bacchantiũ.Eo iter siue uiá.Ambro.ad herẽtianũ.Iá.n.nõ uitá nostrá sed Christũ uiuimus.Cice.pro murẽa.hác uiá dico.ite uiá.Ver.iiii.æne.Sola icomitata uť ire uiá.Ambulo uiá in sacris lr̃is sepe legimus.ut i libro sapiẽtiæ ambulauimus uias difficiles.Seruio seruitutẽ.Gellius li.ii.Diogenes cynicus seruitutẽ seruiuit.furio furorẽ.Ver.ii.æn.fine me furere ante furorẽ.Plau.in trinũmo.tuis seruiui seruitutẽ ipiis & pceptis pr̃.Certo certamẽ Paulus in epla.ii.ad thimotheũ.Bonũ certamẽ certaui.Pugno pugná.Gellius li.iii.Qui uná atq; alterá pugná psp e pugnasset.Idẽ li.ix.aliqd pugnas ppls Ro.psp e pugnasset.Pecco pc̃m.Hiere.in threnis iterpte Hieronymo.Peccatũ peccauit Hierlm.ideo instabilis facta est.

Præterea uerba illa:q̃ dicunť neutra transitiua iudicio meo nihil habere:qd illis repugnet:cur nõ dicamus actiua:cũ etiá si natura repugnaret:sermo idcirco nõ deberet esse mancus. Nam si recte dicitur comederũt Iacob.& domus tuæ zelus comedit me:recte quoq; dicet Iacob ego sum comesus.sicut & Iuuenalis dixit & cito rapturus de nobilitate comesa quod superest.

Præterea uerba:q̃ dicunť ad solá naturá ptinere:ego nõ uideo cur nõ recipiát omnes numeros & personas.ut ego nõ seruo.ego non grandino.

Præterea nullum esse uerbum actiuum:quod nõ possit esse absolutum:si post se cum nullo casu cõstruatur.ut si dixeris:ego amo.

Præterea uerba neutra posse construi cũ accusatiuo rẽ uerbi significante.ut ego uiuo uitá.eo iter ambulo uiá seruio seruitutẽ.furio furiorẽ.certo certamen.pugno pugnam.pecco peccatum.

CHRI. Quæ dicunť neutra transitiua.ut planto.propino.bibo.libo.sero.sorbeo.uello.cæno.comedo.& reliqua id genus:quæ passiuá integrá habent.Plautus in epist.expectando exedor miser.Cicero lib.ii.de diuinatiõe.est ne quisquá ita desipiens:qui credat aratũ esse deũ.Ver.lib.vii.frontẽ obscená rugis arat aletho.quod fieri minime põt.idem uastũ maris equor.arandũ & alibi.nullũ maris equor arádũ.Martia.suũ alloquẽs librũ.uersa pueris arádé cartha.idẽ.Næuia sex cyathis septẽ iustina bibať.& illud Ezechielis Hiero.iterpte.Lapides uiui edificemur.Plocius apd gelliũ ego met uiuo mortuus.Qd si aro.cœno.edo.& similia ideo sũt neutra:qm̃ i primis & secũdis psonis passiuá significationẽ p naturá habeť nõ possũt.taliõe pars oia mũdi uerba q actiua sũt neutra fient.qm̃ ita p naturá fieri nõ põt:ut lapis uideat.Saxũ amet.Laurus ediscat.Nemus accuset.sicut p naturá fieri nõ põt ut ego arer.tu comedaris.filius seratur.& queádmodũ hæc uerba cum his suppositis fiunt neutra.Nisi figurate.trásferanť.ita illa superiora.cum illis suppositis fient neutra:nisi æque trasferanť.& tũc si pprie sumas neutra erũt oia.aut dicat mihi neoterici pceptores oẽs.Quur istis & nõ illis suppositis atq; uerbis iniuria magis fieri debeat.Quũ utrorũq; sit eadẽ ratio?Sed de hoc lege dialogum nr̃um.ubi latissime rem disseruimus.¶ Ad solá naturá ptinere.Pli.in prologo.Quanto tu ore patris tonas laudes.Papinius in syluis.q trino iuuẽis ore tonabas.Ennius toto simul tonauimus theatro.Oui.li.iiii.de tristibus.Hic ego finitimis quá uis circũsonor armis.Diuus Cypriáus cõtra Demetrianũ.pluá sup uná ciuitatẽ & sup aliá nõ pluá:& pars sup quá nõ pluero arefiet.Quid qd aliqñ deus ipse reg parẽs plus uť pluisquá pluere.Quale est illud Esaie.Hieronymo interpræte.nubes pluant iustũ.& similia.& illud Quint.li.ii.Quod peridi contingit.fulgurare ac tonare uidearis.Sed de hoc lege etiá dialogum nostrum:ubi plurima adduximus.dicimus.pluit sanguis & pluit sanguinẽ.atq; pluit sanguine.Tibulus.multus & in terris deplueretq; lapis.Diuus Augustinus lib.iiii.de ciuitate dei.Sed quũ pluit terra.Quũ pluit creta.Statius saxa pluũt dixit.Plinius relatũ est lacte & sanguine pluisse:& quod diximus nubes pluant iustum.¶ Actiuum quod nõ possit esse absolutũ.ne elicias igitur hinc impersonalia deduci posse a uerbis actiuis aliud autem est uerbũ actiuũ absolutũ:aliud uero uerbum neutrũ absolutum:unde impersonalia.deduci possunt.Qu id qd neq; ipsonalia uerba deducerenť a uerbis neutris ad hác formá absolutis nemo.n.diceret indigeť:caletur:uapulať:fitur licet dixerit egeo:caleo:uapulo:fio.¶ Si post se.cũ nullo casu cõstruať.Liui.affatim.edi.bibi.lusi.Cice.in epist.lr̃is me iuoluo:aut scribo.aut scribo:aut lego.Qd nõ actiuis modo sed etiá neutris & deponẽtibus cõtingit.idẽ actiõe.vii.i uerrẽ.Quare da te hoi.Ná cõplectiť.mihi crede.idẽ in epis.itaq; postridie placuit ut snias dicerem⁹breuiter.¶ Rẽ uerbi significáti.Suet.in Vespa.psessi iudaicá uiuerẽt uitá.Terẽ.omitto uitá:q̃ uixi usq; huc Mar.li.v.& capitolinas itq; reditq; uias.aliqñ cũ abltõ Luca.lib.ii.Cõcessa pudet ire uia.

Praeterea nullum esse uerbum:quod non cum accusatiuo uel ablatiuo significanti tempus indifferenter construi possit:ut docui te grammaticam tres annos:uel tribus annis.

Praeterea complura eẽ uerba neutra absoluta:quae figurate accusatiuo iungi possunt.ut depereo uirginem & quod Vergilius dixit.corydon ardebat alexim.

¶CANTO. Praeterea nullum esse uerbũ:Regula haec ab oĩa uerboꝝ genera ptinet.Neq; obseruanda est illa dfia:quã multi facere uoluerunt.ut per acm̃ tp̃s iuge atq; perpetuũ significemus:p ablm̃ uero aliqd fieri p tẽpoꝝ interualla intelligamus.Nã si per acm̃ tp̃is continuitas significaretur:frustra.Verg.i.aene.dixisset.hic iam tercentũ totos regnabitur annos.& in.iiii.geor.septem illũ totos perhibent ex ordine menses.Aut si dicis totos iõ adiecisse.Verg.ut tp̃is continuitatẽ:quae alias erat ĩplicita: exprimeret.cur e diuerso si ablrũs interualla ṫpoꝝ significat.Ouid.in.v.tristium dixit.poene decẽ totis aluit peantius annis.& Teren.in adel.sex totis mensibus olfecissem?Ergo quẽadmodum diximus:indifferenter tres annos & tribus annis docui te grãmaticã dici põt.ut Ci.in principio officioꝝ.q̃q̃ te.M.fili iam annũ audientem cratippũ.neq;.n.filius Cice.per totũ tempus annũ quo fuit athenis:cratippũ philosophum audiuit.Nam & obiter legit.aut cenauit.aut deniq; dormiuit.¶Praeterea cõplura esse uerba figurate:quia nullũ uerbũ cũ acto construi põt nisi sit actiuũ.Cũ igitur depereo absolutũ sit uerbũ figurate dixit. Gel.lib.vi. cũ eam poenitus deperiret.& Apule.iii.meta. quendã Boetiũ iuuenẽ afflictim deperiret.p eo qd esse deberet perdite amaret.Sic.Hor. iiii.car.non solo comptos arsit adulteri crines.& Verg.in bucco.¶Formosum pastor corydon ardebat alexim:pro ardenter amabat.Idẽ.i.aene.Nec uox hoĩem sonat:pro eo quod sonando reddit:sicut in eodem personat:aurata docuit quae maximus athlas.i.personãdo cecinit.& in bucolicis.Formosam resonare doces amaryllida syluas.i.resonãdo ex uocis repercussione reddere nomen amaryllidis.Eadẽ ratione accusatiuo iunguntur illa stupeo stupes.pauco.horreo.tremo.& similia.Verg.ii.aene.Pars stupet innupte donũ exitiale mineruę.pro admiratur cum stupore.Horati.ii.car.Nec muliebriter expauit ensem:pro eo qd cum pauore timuit.Ouid.ii.meta.ursaq; conspectos in montibus horruit ursos.i.cum horrore formidauit.Seneca in hercule furente.thalamos tremisco:capta nunc uideor mihi.i.cum tremore recuso.¶Illa quoq; gemo.lugeo.fleo.& similia.nisi figurate.accusatiuo iungi nequeunt.Iuuena.Tunc gemimus casus urbis & Liuius:matrone brutum anno luxerunt.Figurate quoq; dicuntur illa olet unguenta sapit thymbram.callet grãmaticã.Iuuena.affertur misero tibi caulis.olebit laternam.i.imitabitur talis olei odorem.Hora.pastillos ruffillus olet.gorgonius hircum.Idem.i.epist.uiua fere dulces oluerũt mane camene.Notat Ouidium Diomedes:quod dixerit:perq; locos sacros & olentia sulphure fertur.Nec Vergil.cum Ouid.facere cum in.i.aene.dixit.redolentq; thymo fragantia mella.nam thymo cum fragantia non cum redolent iungi debet.Ergo oleo aut absolutum est:significatq; odorem emittere:aut figurate cum accusatiuo construitur significante odorem illum:quem res illa quae olet euaporat.pro eo quoq; quod est olfacio.olfacis.hoc est odorem naribus capio:alio modo dicimus.olet mihi haec res per datiuum.Plautus in aulularia: aurum inquit huic olet.pro hic olfacit aurum.

¶CHRI. Significanti tempus indifferenter:Propertius lib.i.& mihi iam toto furor non deficit anno.Iuue. Facere hoc non possis quinq; diebus continuis.Cicero eo magis miror:triginta annis uixisse panetium.Plini.ad sosium toto mense Aprili nullus fere dies quo non recitauerit aliquis:& more graecoꝝ etiam per accusatiuum.Cicero pro lege Manilia aliquot annos continuos dixit. Terentius nesis operturus me unam horam. Sed tamen quum temporis partem disignamus dumtaxat utimur ablatiuo.hoc modo.hoc anno ueniam ad te.i.in aliqua particula huius anni:non autem hunc annum ueniam ad te nisi uelles significare per annũ uenire & aduentare.Cicero ad trebatium:neq; ego ad te his duobus mensibus scripseram. idem superioribus temporibus ad te litteras nisi nullas.Caue dixeris praeteritis tẽporibus sed proximis uel superioribus. Tranquillus in iulio confusum somno proxime noctis.Caelius tamẽ pro autem proximo uel superiori dixit praeterito anno ad Ciceronem libro.viii.hoc si praeterito anno curio tribunus & eadem actio de ꝓuinciis introiit utimur etiam praepositione per.Lucanus libro.i.horridaq; in diuinis multosq; in arata per annos.Quintilianus in prologo.post impetratam studiis meis quietem quã per uiginti annos erudiẽdis iuuenibus impenderam pro eo uero qd plurimi dicunt infra sex menses infra tres annos.Latini dicerent intra:non infra Sueto.in iulio.Quem rumorem auxit intra paucos rursus dies.Male etiam dicitur pro anno futuro deligitur pompeius dux.Sed in annum futurum.Quintilianus iam in sequentem annum famẽ timeo.non enim pro anno Sed pro populo eligitur dux.Praeterea nomina illa bienniũ triennium & reliqua cum hoc aduerbio abhinc frequentius in accusatiuo ponuntur.Terentius abhĩc triennium quaedam mulier cõmigrauit etiam in aliis numeralibus Cicero actione.iiii.horum pater abhinc duo & uiginti annos mortuus est. Quod etiam aliter dicitur idem in philippicis uigesimus annus est:cum omnes scelerati me unum petunt.idest abhinc uicesimũ annum.illud tamen aduertendũ est tercentũ quatercentũ & similia magis poetica esse tricenti.e.a.quatricenti.e.a.plus oratoria.Mella libro.i.trecentos & triginta reges ante amasim ferunt.Vergilius totos tercentum regnabitur annos.Licet etiam illa magis oratoria apud poetas inicium reperiri.Horat.in sermo.tercentos inseris ohe.¶Quae figurate accusatiuo iungi possunt. Vergilius libro.v.dii quibus imperium est quorum aequora curro.Sed Iuuenalis propriae omnes tanquam adiuuaria currunt.Vergilius.i.aene.Spumas ere ruebant.idem lib.ii.propriae ruit alto a culmine Troia.

¶ANTO. Omnia etiã neutra.qđ in prima speciæ uerbo℞ diximus:nullũ esse uerbũ:qđ non cũ dtõ possit construi idẽ quoq; nunc de uerbis neutris dicimus:& ponit exemplũ ex bucolicis Vergilii.Cui pendere sua pater eris in arbore poma.nam pendeo absolutum est.sed dixit cui.i.ad cuius usum atq; utilitatem aut uoluptatem.Idem.ii.geor.Tibi res antiquæ laudis & artis ingredior.i.ad tuã laudẽ. Idẽ in eodẽ. Nemorũq; ioui quæ maxĩa frondet esculus.i.in cuius iouis honorẽ.Idẽ.v.æne.quo tñ mihi dexter abis:hoc est in cuius pnitiem atq; damnũ.¶ De uerbis deponentibus:& ponit in primis uerbi deponẽtibus diffinitionẽ dicens:q̧ uerbum deponens est illud qđ desinit in.or.ad differentiã actiui & neutri.& nõ habet actiuũ in.o.ad differentiã uerbi passiui.& retinet tñ actiui significationẽ:ad dñiam cõis: qđ utrãq; hẽt.¶ Eius cõplures sunt spẽs:colligit aũt sex. Prima co℞:quæ construunť cum gtõ ut misereor innocẽtis. Verg. in buc.nil nĩi miserere. Idẽ.iii.æne.oro miserere labo℞ tanto℞. miserere aĩ nõ digna ferentis.cum dtõ constructũ hoc uerbũ nõ reperiť.cum actõ non misereor sed miseror.aris.iungitur. Idem.iiii.æne.Aut miseratus amantẽ est.¶ Obliuiscor.eris.recordor.aris.& reminiscor.eris.actõ ẽt iunguntur. Horati.in epodo. Quis malarũ q̃s amor hẽt curas hæc inter obliuiscit. Verg.ii.æne.Quisquis es amissos hinc iã obliuiscere graios.¶ Secunda uerbo℞ deponentiũ spẽs est.¶ Opitulor.aris.Ci.in epist.opitulare college.subueni patriæ.Salu.in catilina.inopie sue opitulati sũt. ¶ Auxilior.aris.qđ Priscia.actõ uel dtõ posse iungi dicit.Cũ gtõ etiã reperitur in sacris literis constructũ.Esaie.xlviii.Hierony.interp te in tpe inqt placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui.¶ Suffragor.aris.qđ est puncto atq; sñia alicui fauere.¶ Refragari uero iisdẽ modis alicui aduersari.Ci.i.i.de legibus:mihi enĩ uideris fratrẽ laudãdo suffragari tibi.Refrago in uoce actiua cum actõ.Sisena apud Marcellum protulit.dictaturã inquit oĩbus animis & studiis refragauere: pro eo quod est dictature refragati sunt.

¶ Omnia etiam uerba neutra posse iungi datiuo significante illum.cuius uoluptati: aut molestiæ: damno aut commodo: aut deniq; cuius gratia aliquid fit: Vergilius. Cui pendere sua pateretis in arbore poma.

¶ De uerbis deponentibus. Cap. iiii.

DEponens uerbũ est illud: quod in.or.desinit & non habet actiuum in.o.retinetq; tantum actiui significationem.ut ego loquor uerba.Eius plures sunt species.

¶ Prima species uerborum deponentium est: quæ post se construuntur cum genitiuo. ut misereor innocentis. qualia sunt.

Misercor.eris.misertus sum.p.auer misericordia.
Obliuiscor.eris.oblitus sum: por oluidarse.
Reminiscor.eris.recordor.aris.por recordarse.

¶ Secũda uerbo℞ deponẽtiũ spẽs est: q̃ post se cõstruunť cũ dtõ.ut opitulor clienti qualia sunt.

Opitulor.aris.auxilior.aris. por ayudar.
Suffragor.aris.por ayudar conel uoto.
Refragor.aris.por estoruar conel uoto.
Patrocinor.aris.por defender en iuyzio.

¶CHRI. Posse iungi datiuo:hoc cuicunq; uerborum generi cõmune est. Cicerone actione.i. Accusaui eũ cui.Iuuena.emit sibi dixit Teren.Non soli sibi postulat te uiuere.Iuue.Quis feret uxorem:cui constent oĩa. Teren.Qui mihi sit oret Cicerone actione.ii.ei gloriã gratulatur.Iuuena.prandebat sibi q̃sq; deus.Reperiť: ur annotat Valla:datiuus mihi ex idiomate sæpe numero:qui nõ magis ad me uel ad te:quã ad cæteros ptineat:ut hic mihi gloriatur.Ecce tibi pomponius nĩ. Tu mihi semp dormis:ille mihi assidue sedet. Quũ super coena essemus:ecce tibi hostium crepuit.¶ Misereor:hoc uerbo usus est Valla cum dtõ.In iliados trãslatione.Seruus tuus sum & cui miserearis dignus idem inibi.Nemo deorum mihi misereať.Qua constructione sacri auctores etiã sunt usi latini tamen id scripsisse non iueniuntur:actiuum apud ueteres fuisse. Ennius est testimonio.Miserete:manus date ferrũ.¶ Obliuiscor:Horatius oblitus meo℞:obliuiscẽdus & illis: cum accusatiuo etiam Diuus Hieronymus machabeorum libris dedit illis legem: ne obliuiscerentur præcepta dei.Plautus in cassina:non sum oblitus officium meum hoc autem participium oblitus apud poetas ẽt passiue significationis reperitur Vergilius nunc oblita mihi tot carmina. Ausonius in Cryppo. Quæ omisi non oblita mihi:sed præterita existimet.Quando uero a lino is deriuatur in tertia Syllaba a fine accutum habet accentum:nam penultima Syllaba breuis ẽ. Verg.In priapeis.Nigra formicis oblitus fauilla.¶ Reminiscor:is.Lactan.lib.iiii.Quum uero fuerint facta omnia:tunc autem reminiscentur mei:cum accusatiuo uero frequentius offenditur.Verg.Dulcis reminiscitur agros.Quintilianus lib.xii.Sed ea etiam:quæ fecimus reminiscimur.¶ Recordor.aris.Ci.pro.L.pisone cum aliquo dolore suorũ flagitiorum recordabitur: & cũ actõ idem philippica secunda.Recordare.M.Antoni diem illum idem cũ ablatiuo pro lege agraria. Nã ꝓfecto Si recordari uolueritis de nouis hoĩbus:idem pri.thus.te quid de te recordare:idem pro planco qm̃ istis uestris lachrymis:de illis recordor.¶ Opitulor:ab ope & tuli compositũ.Ci.pro milone. Mihi: qui toties me morti obtuli:nihil potes opitulari:actiuũ hoc uerbũ fuisse olim meminit.Nonius plauti exemplo in æquo troiano da mihi opes has:quas peto præcor:porrige:opitula.¶ Suffragor:refragor.Cicero actione pri.in uerrem.Amicus eius hortensius tibi suffragatur. Quintilianus lib.x.cui non suffragatur.Ingenium acri studio adiutus:horum autem simplex fragor aris usui non est.¶ Patrocinor:Tertullianus in apologia maiorũ instituta ceciderunt:quæ modestiæ:quæ sobrietati patrocinabantur.

¶ANTO. Adulor.aris. assentor.aris.palpor.aris.blandior.iris.cum ablatiuo construi nemini dubiũ est: reperitur tamen adulo.as.cum accusatiuo in uoce actiua.ut Valer.maxi.si Dionysiũ inqt non adulares:ista non esses.& Actius apud Marcel.pennata cauda nostrũ sanguinem adulat.Cic.i.officiorũ:cauendũ est ne assentatoribus patefaciamus aures neq; adulari nos sinamus.Eodẽ modo.¶ Palpor.aris.cũ dtõ reperitur. palpo.as.cũ actõ.Hora.ii.ser.Cui si palpere recalcitrat.Iuuena.quẽ munere palpat carus.¶ Blandior.iris.Quintilia.Blandiar paulisper iudices calamitatibus meis.¶ Gratulor.aris.est ut Valla inqt testari nos gaudere de foelicitate alterius apud eum ipm qui ea fortuna affectus est & construitur cũ datiuo.aliquando supprimitur datiuus:cum tamen intelligatur.Ouid.Gratulor echaliã titulis accedere nostris:subaudi tibi.Idem in.iii.de arte.Ego me nũc deniq; natũ gratulor subaudi mihi.Reperitur & gratulari pro gratias agere:sed tantum diis imortalibus: ut Affranius apud Priscianum.Sexte frater mi salue. cũ salus uenis:gratulor diis.Gratari idem prope ẽ quod gratulari:nisi quod magis est poeticũ. Vergilius.iiii.æne.inueni germana uiam gratare sorori.sed construitur etiam cum accusatiuo.Idem in.v.grataŕ reduces. ¶ Gratificor.aris.quod est gratum facere etiam datiuo iungitur.Cicero pro Cornelio.num alicui gratificabatur homini aut ordini.Salust.etiã accusatiuo iunxit in catilina. potentiæ paucorum decus atq; libertatem suam gratificare.Cicer. quoq; ad Valerium.Cur eni tibi hoc nõ gratificer.¶ Irascor.eris. Teren.tibi pol iratus sum philomena.¶ Assentior.iris.Cicero in episto. senatus mihi assensus est.Idem alio loco quibus assentior sollicitam & periculosam iustitiam non esse sapientis.Sisena assentio.is.putauit esse dicendum quem deinde multi sunt secuti:ut auctor est Quintilianus libro primo orator.& Gellius libro secũdo noc. at.Cicero tamen assentior semp fere dixit:atq; accusatiuo iunxit.ut in.i.de orato.cætera sequit assentior crasso.Idem in.ii.quare tibi Antoni utrunq; assentior.¶ Tertia uerborum deponẽtium species est. Solor.aris qd est rebus solatium afferre.¶ Cõsolor.aris.tantum uerbis aliqui consolationem abhibere.ab illo est solatium ab hoc consolatio.¶ Execror.aris.abominor.aris.detestor.aris.auersor.aris.idem prope significant:atq; huius ordinis uerba sunt:sed auersari est uultum ab ea re:quã detestamur: auertere. Vergilius.iiii.æneidos nõ auersata petentem.Ouid.i.fastorum.officioq; leuem non auersatus honorem.Plinius libro.xxx.Terram orbitis depræssam auersantur.hoc uerbo frequenter Hieronymus utitur in sacris litteris:sed fere semper legitur mendose aduersor pro auersor.¶ Sequor.eris.cum suis compositis huius ordinis est uerbum : præterq̃ obsequor.eris.quod ad superiorem speciem pertinet.Prosequor tamen elegantissime præter accusatiuũ etiã septimo casui iungitur ut prosequor te muneribus prosequor te lachrymis.Pli.in epi.prosecutus eram uiatico secedentem.Ci.in epist.quã tu ipse oibus lecticis ꝓsequeris.Conseq est rem quæ fugiebat assequi.

Adulor adularis.assentor assentaris.palpor parparis.por lisongear.
Blandior.iris.por aquello mesmo o halagar.
Gratulor.aris.por auer plazer del bien de otro.
Irascor.eris.por se enseñar de otro.
Assentior.iris.por sentir y consentir con otro.
Insidior.aris.por assechar a otro.
Obsequor.eris.por obedecer.
¶ Tertia uerborum deponentium species est: quæ post se construunt cum accusatiuo.qualia sunt.
Solor.aris.consolor.aris.por consolar.
Execror execraris.abominor.detestor.auersor.por mal dezir.
Sequor.eris.secutus sum.por seguir.
Consequor.eris.consecutus sum por alcanzar.

¶CHRI. Adulor.Quintilianus.Quod seruile & nõ liberale est postulet:adulatur mihi.¶ Blandior: Tertullianus in apologia infantibus blandiebantur:ne lachrymantes imolarentur.¶ Assentor:Cicero in episto. Si panse asentari comodũ est . Plautus in menc.assentabor quicquid dicet mulieri.Terentius etiam accusatiuũ subdulit in eunucho.postremo iperaui ego met mihi assentari omnia.¶ Gratulor: Quod Agretius dicit ad alienos tantũ pertinere.Cicero primũ tibi ut debeo:gratulor:idem cum accusatiuo appellat hominẽ: id ei uoce magna gratulatur.Apuleius libro nono asini aurei.Laboris libertatem gratulabar. Teren.meum aduentum gratulantur.¶ Irascor:turpe est uictori:uicto irasci. Ouid.irascor uotis heu leuis ipsa meis.¶ Assentior iris:Quintilianus:sed ut fugiendæ sint magnæ Scholæ:cui ne ipse quidem rei assentior.Cic.xii.philippi.Cui uos maximis de rebus assentiamini.Varro lib.viii.de lingua latina.Sentior nemo dicit:& id per se nihil est.assentior tamen omnes fere dicunt.¶ Insidior:Salustius in Iugur.Atherbalem uitæ suæ dolis isidiatum esse.¶ Obsequor:Teren.cogitat aut te amari aut potare:atq; aio obsequi.¶ Solor consolor: Verg. Quos bonus æneas dictis solatur amicis.Cicero.& si ego met qui te consolari cupio:consolandus ipse sim:olim uero actiuum fuit:cuius passiuum apud litteras sacras legimus beati qui lugent:quoniam ipsi consolabuntur. ¶ Execror:Ouidius in ibide:nec minus noceat fictum execrantia nomen.Apud ueteres tamen actiuum fuit Afranius apud Nonium:experiurabant & execrabant se ac suos.¶ Abominor:Rufinus lib.secundo qui abominaris idola.Sacrilegium periurii committis.¶ Auersor . Hieronymus in apologia miro ordine auersor concisionem:nam aduersor cum datiuo construitur.Cicero pro sylla. Ego uero ornamentis aduersor tuis. ¶ Sequor. Vergilius Torua leæna lupum sequitur:lupus ipse capellam:huius composita ita Agretius differre putat.Quod consequimur studio:obsequimur officio:persequimur iniuria:prosequimur honore.Subsequimur ordine assequimur uoto.

¶ANTO. Fateor.eris.& confiteor eo differunt:qđ fatemur sponte cõfitemur coacti.diffiteri uero est negare:aut nõ fateri qđ fatendũ erat.¶ Precor.aris.manifestã habet significationẽ.deprecor quoq; idẽ significat qđ præcor:habet tñ aliam recõditiorẽ significationẽ qđ est testari & abominari.Ouid.i.de ponto.sæpe pone mortẽ:mortẽ quoq; deprecor id ẽ.Luca.in.iii.non depcor hosti seruari. Salust.inimici imperiũ & cruciatus corporis deprecor.Quid aũt sit deprecari.Gel.copiose lib.vi.disputat.Impcari est malũ alicui pcari.¶ Demeror.eris.qđ est aliquẽ sibi beneficiis obnoxiũ facere.Quintil.li.i.simul ut demererer amãtissimos mei iu uenes. Sueto.in othone.nec minus alium alia uia demerebaẽ. Idem in uitellio.ne qua non arte demerereẽ claudium.Ouid.in epi.phyllidis.crimine te potui demeruisse meo.illete rati dicunt demereri pro nõ mereri.& demerita pro nõ merita.¶ Causor.aris.pro eo qđ ẽ cãm siue occasionẽ afferre.Hora.in epist.locũ imeritũ causatur inique. Ouidi.ix.meta.usaq; causatur.Apule.pro magia:uim meã qua uoluntatẽ suam causari maluisse.Causo causas quo imperiti utuntur pro officio:nõ dicitẽ latine.¶ Amulonaris.pro eo qđ imitor:in bonam partem accipiẽ:nã pro eo qđ est inuidere dtõ iunxit.Hierony.in psalmo. Noli emulari malignantibus.Ad hanc spẽm referenda sunt uerba quæ præter accusatiuũ construuntur ẽt cum dtõ.ut loquor tibi uerba. præcor tibi multa mala:& quæ p̃ter accusatiuũ desiderant etiã septimũ casum.ut muneror.aris. dignor.aris.Hora.in epo.certamen & unã pur pure q̃ munereẽ te priape. Verg.i.æne.haud æquidem tali me dignor honore.Apud antiquiores digno dignas fuit.Ci.apud Priscia.in economico.ex eo inquit numero hoiũm:qui apud nos hoc noie dignantur.i.digni habentur.hinc Verg.iii.æne.dixit cõiugio anchisa ueneris dignate superbo.¶ Quarta uerbo℞ deponentiũ species ẽ.Lætor letaris.Verg.vi.æne. Apud superos furto lætatus inani.Idem tñ.xi.lib.gtõ iunxit dicens.ueter℞ memini lætor ut malorum.¶ Vtor uteris. qđ antiquiores etiã accusatiuo iungebant.Varro apud Priscia.utile utamur potiusq̃ a rege abutamur.¶ Potior potiris:cum genitiuo & ablatiuo construi potest:sed & cum accusatiuo apud antiquiores iungebatur.Salustius in iugur.priusquã legatos conueniret:atherbalis potiretur:& infra si eius oppidi potius foret.& ibidem.Romani signorum & armorum potiti sunt.Cicero.ii.inuecti.rerum potiri uolunt.Vergilius.i.æneidos optata troes potiuntur arena.Terentius in adelphis.ille alter sine labore patria potitur cõmoda. Plautus in amphy.contigit ut salui potiremur domum.

Fateor.eris.por confessar por su uoluntad.
Confiteor.eris.por confessar sin su uoluntad.
Diffitior.eris.por.no confessar.o negar.
Precor.aris.precatus sum.por rogar.
Deprecor.aris.por rogar o abominar.
Demereor.eris.demerui.por obligar.p.bñficios.
Causor.aris.p.traer occasion o achaque.
Aemulor.aris.imitor.aris.por remedar.

¶Quarta uerborum deponentiũ species est: quæ post se construuntur cum ablatiuo.siue septimo casu.ut ego letor fœlicitate tua.qualia sunt.

Lætor.aris.delector.aris.por se alegrar.
Vtor uteris.por usar.
Potior.eris.por alcanzar lo desseado

¶CHRI. Fateor.Cicero pro Milone.Quod tormentis inuenire uis:id fatemur.¶ Confiteor.ris. idem pro eodem ne tormentis cogerẽtur confiteri.Clodium occisum esse a seruis.Ouidius in ibide.Hic tibi de furiis scindet latus una flagello:ut scelerus numeros confiteare tui.Sed quod ui & extorsione fiat:plurima sunt exempla.Tertullianus in apologia.Ne torti quidem facile aut semper cõfitentur:idem paulo post:negantibus adhibitis cæteris tormenta ad confitendũ.Solis christianis ad negandũ.Construitur etiã cum abltõ & præpositione de Cicero philippica secunda.Quum homines nefarii de patricidio confiterentur. idem.lib.viii. epistolarum pudet me tibi confiteri de Apii hominis ingratissimi iniuriis.In litteris uero sacris confiteri laudantis uel gratias agentis etiam libenter manifestantis est.Te deum laudamus:te dominum confitemur.Cõfitemini domino quoniam bonus.Confiteor deo peccata mea.¶ Diffiteor:Hieronymus in uigilantium. Nõ diffiteor omnes nos:qui Christo credimus:de idolatrie errore uenisse.¶ Præcor præcaris.Horatius iuppiter tandem ueniam præcamur.Si tamen bene admittat cum datiuo construitur.Quintilianus & orã soluentibus bene præcemur.¶ Depræcor.idest renuo recuso.Cicero thusculano.ii. Anaxarcus nullum genus supplicii depræcatus est:est etiam orare & cum duplici accusatiuo construitur.Cicero libro.iiii.epistola.hoc te unius.Sollicitudines depræcantur.¶ Demereor:Tertullianus in apologia.Quis nam deum demeruit unq̃.¶ Causor:Martia:Sed iam causaris barbamq; annosq; pilosq; causari inique accusare est.Horatius libro primo epistolarum stultus uterq; locum immeritum causatur inique.¶ Emulor: prouerbiis capitulo.iii.Hieronymo interpræte.Ne emuleris hominem iniustum:ne imiteris uias eius:pro inuidere cum datiuo.idem contra iouinianum libro primo emulabatur q̃ppe uxor eius ancillulæ pulchritudini.¶ Imitor:Iuuena. Spõte tamen iuuenes imitantur cætera imitari autem plus est quã emulari.Cice.pro Marcello emulo atq; imitatore studiorum meorum distracto:ubi uix dicas emulator sed emulus.¶ Lætor:Cicero in epistola.dupliciter lætatus sum tuis litteris & ipse risi:& quod intellexi te posse ridere.¶ Delector & oblector:non sunt composita a lætor.Sed deriuatiua a lacto.as.Quæ propter compositionem.a.in.e.mutarum. Quorum uox etiã actiua frequens est.Cicero ad ruffum itaq; me superiores litteræ tuæ ad modum delectauerũt. idem ad cælium.In communibus miseriis hæc tantum oblectant spectacula.¶ Vtor:si persone exhibeatur amare est.Cicero fabio uiro optimo & homine doctissimo familiarissimæ utor.

Vescor uesceris. por comer.
Fungor.eris.por usar de officio.
Fruor frueris.por gozar de algo.

¶Quinta uerborũ deponentiũ species est: quæ post se cum nullo casu construunt: nisi mediãte ꝑpositione.ut ego iocor in amicos.qualia sunt.

Iocor.aris.por burlar de palabra.
Grassor.aris.por saltear para robar.
Castrametor.aris.por poner y assentar real.
Labor.eris.p.caer.o.res balar deslizandose.
Rusticor.aris.prestar e nel campo o heredad.
Philosophor philosopharis.por estudiar en philosophia.
Tumultuor.aris.p.hazer bollicio.
Cachinor. aris. p.reyr demasiado.

¶Sexta uerboꝝ deponentiũ species est:quæ post se construuntur cum ablatiuo & præpositione:a uel ab.ut ego orior a patre.qualia sunt.

Orior.eris.uel.iris.por nacer.
Nascor.eris.por nacer.
Patior.eris.por padecer.

¶De uerbis cõmunibus. Cap. v.

Commune uerbũ est quod desinit in.or. & non habet actiuum in.o.& retinet actiui & passiui significationem.ut ego amplector te tu amplecteris a me. Pauca huius generis reperiuntur.hæc fere.

Complector complecteris amplector.eris.p.abrazar o ser abrazado.
Osculor.aris.por besar y ser besado.
Criminor.aris.por accusar y ser accusado.
Experior experiris.por experimentar y ser experimentado.
Veneror.aris.por honrrar y ser honrrado.
Interpretor.aris.por declarar y ser declarado.
Largior.iris.por dar y ser dado.

¶ANTO. Vescor uesceris:quod etiam accusatiuo iunxit Actius apud Marcellũ.Facinus inquit oculi uescuntur.& in leuitico Hieronymo interpræte:afferat pro se duos passeres:quos uesci licitum est.Idem numeri.xiii.erat autem tempus quomodo iam præco quæ uue uesci possunt.℞ Fungor fungeris:accusatiuo quoq; iungit Teren.in adelphis dicens.neq; boni.neq; liberalis functus est officium uiri.Plautus in menechmis:nã parasitus octo hominum munus facile fungitur.℞ Fruor.eris.quod ẽ finis:quẽadmodũ utor.eris.eoꝝ quæ sũt ad finem:unde utimur pecuniis.fruimur autem uirtute.℞ Quinta uerborum deponentium species est. Ad hanc speciem reduci possũt etiam quæ in sexta speciæ posita sũt.℞ De uerbis cõibus. In primis dicit uerbum cõmune eẽ illud qd desinit in or.& nõ habet actiuum in.o.qd etiam uerbum deponẽs.habet a quo differt:quoniã deponens actiuam tantũ habet significationẽ cõmune uero actiuam & passiuam. Apud antiquiores quẽadmodũ Priscia.& Marcel.colligunt:multa huius generis fuerunt uerba.ut auxilior.aris.adulor.aris. adminiclor.aris.augor.aris.adhortor.aris. auspicor.aris. abominor.aris. adorior. aris. abutor. eris. antestor. aris.aspernor. aris. architector. aris. affector. taris.assequior.eris.argumẽtor.taris.arbitor. aris.adipiscor.eris.blandior.iris.cõsolor.aris. cõpicor.aris.cõminiscor.eris.calumnior.aris. carnificor.aris.confector.aris.cõtestor.aris.detestor.aris.despicor.aris.demolior.iris.dominor.aris.depeculor.aris.dilargior.iris.dignor aris.exordior.iris.experior.iris.exequor. eris frustor.aris.for.faris.hortor.aris. metor.aris. morigeror.aris.miror.aris.machior. aris.mẽtior.iris.obliuiscor. eris. q̃ror.eris. solor. aris. Quæ oĩa tametsi inter deponentia numerantur tñ aliqñ passiue reperiuntur prolata & ab eis participia præteriti passionẽ significantia. Sed etiã ab his:nõnunq̃ uox actiua reperit̃ ut sit uero simillimũ fuisse hæc olim actiua. ¶CHRI. Iocor.Manlius libro quinto astronomicõ:pendens iocatur in hostem. Ausonius ludere me dixit salsoq; in amore iocari:admittit etiam accusatiuum.Cic.ad trebatium. Sed hæc iocati sumus tuo amore.℞ Grassor: Iuuenalis. Haud ferro grassatur ullum humane mentis uitium:est etiam grassor grassaris.agrasso.as.idest pinguefacio & pinguefio. Apuleius libro.iii.floridorum:pili mei grassantur isetas:& cutis tenera duratur in coriũ. ℞ Castrametor.aris.libro primo regum Hieronymo interpræte:& sicut castrametatus est iuxta lapidem adiutorii.℞ Labor.aris. Ouidius libro tertio de arte utendum est arte cito pede labitur ætas.℞ Rusticor. aris. Cicero pro archia.Studia pernoceant nobiscum peregrinantur rusticantur.℞ Philosophor philosopharis:ut te philosophando reuocare coner ad coenas.℞ Cachinnor cachinnaris:cuius uocem passiuam nondum legi sed actiuam. Lucretius famule longe fugitant furtimq; cachinnant.℞ Orior.eris. Ouidius libro.x.meta.tu quoties oreris:uiridiq; in cespite flores. ℞ Nascor. Iuuena.tibi filiolus uel filia nascitur ex me.patior.te & a te dicimus: Vergilius o passi grauiora.Ouidius.Heu patior telis uulnera facta meis. Apud ueteres uero actiuum fuit. Neuius populus patit:tu patias modo.℞ Commune:horum uerborum actiua significatio passim reperitur : passiuam uero nisi in præteritis uix offendas:quæ etiam deponentibus communis est:ut liceat in tueri: in oblitus : tu-

tus & similibus. Quod si mihi orbilii. Neuii: Lucillii: actii: turpilii: exempla adduxeris: dicam auctorem non nisi media latinorum ætate has præceptiones dare: ut ipsæ lib. primo pollicetur. ¶ Complector: Cicero actione. iiii. in uerrem hoc uno crimine complector omnia: idem lib. vi. epist. quos æque atq; te sũma beniuolentia. Complexus sum. i. amo. ¶ Amplector. Iuuena. Quis enim uirtutem amplectitur ipsam: præmia si tollas. Mella lib. i. uno ambitu se cũ ceaq; amplectif. Amplexo. as. etiam usus est Cicero pro cluentio: auctoritatem censorum amplexato. Plautus in cistillaria. Anus ei amplexa genua ¶ Criminor: Ci. pro Milone meã patientiam inuidiose criminabantur. ¶ Experior: idem in epist. eam fidem hominũ esse in tua dignitate: quã ego in mea dignitate expertus sum. ¶ Veneror: idem in catilinam. Veneramini illum iouem huius uerbis custodem. ¶ Interpretor: Quintilianus lib. ii. Horatium in quibusdam nolim interpretari: huius passiuã fortasse. Cicero protulit lib. iii. rhetoricoꝝ. Sũmam igitur amentiam putant esse: quod scriptum erat reipublicæ causa salutis: id non ex reipublicæ salute interpretari. ¶ Largior: Cicero in episto. Sunt in te quæ aut fortuna hoĩbus aut natura largitur: & cum præpositiõe ad idem primo de legibus. ad hoĩum cõmoditatem & usus tantam rerum hubertatem natura largita est. Plautus: In bacchi libertatẽ chrysalo largibere.

¶ De uerbis diuersorum generum: atq; sub eodem genere diuersarum formarum. Cap. vi.

Abstineo me ab iniuriis. no hago iniuria a otro.
Abstineo. manũ a muliere. p. no tocar muger.
Abstineo irarum. por no ensañarse.
Adeo domum uel domum. por yr a casa.
Adulor tibi. uel adulor te por lisongear te.
Admoueo tibi manum. yo llego la mano a ti.
Amoueo a te manũ. yo quito la mano de ti.
Aduersor tibi. yo te cõtradigo o soy te contrario.
Auersor te. yo huyo de ti y abomino.
Audio te. audio uocem. p. oyr el sonido tuyo.
Audio a te uel ex te. uel de te. p. oyr tu doctrina.
Audio tibi uel inaudio. por obedecerte.
Audio male absolutum por ser infamado.
Assentior tibi. uel assentior tibi hoc. por cõceder.
Assẽtio tibi. uĺ assentio tibi hoc. por aq̃llo mesmo
Caueo tibi. yo te ꝓueo. caueo te. yo huyo de ti.
Careo te. uel careo tui. por carecer de ti.

¶ ANTO. De uerbis diuersoꝝ generum.

¶ Sunt quædam uerba quæ reperiunf diuersis modis constructa: de q̃bus per singulas generũ species aliquid attigimus quæ nunc idcirco repetimus: ut sub una facie per ordinẽ alphabeti possint lectori occurrere. Abstineo es. de quo ĩ sexta actiuoꝝ uerboꝝ spẽ diximus. Adeo. is. in quinta uerborum speciæ. Adulor. aris. in secunda deponentiũ speciæ. Amoueo. es. in sexta actiuorum speciæ. Auersor. aris. in tertia deponentium speciæ. Audio audis in sexta actiuorum speciæ. Assentior. iris. in secunda deponentiũ speciæ. Caueo. es. in secunda speciæ neutrorum.

¶ CHRI. Diuersorum generũ: ut audio te actiuũ: audio tibi neutrũ. ¶ Diuersarum formarũ: non dixit specierum: nam quinte declinationis noĩa. cuiusmodi est species: genitiuo: datiuo: & ablatiuo pluralibus carent exceptis paucis igitur diuersarum formarum. i. regularum: nam audio te actiuum primæ est: audio ex te actiuum sexte: audio tibi neutrum. Secundæ est: audio male neutrũ quinte. ¶ Abstineo: est enim actiuũ sextæ: & neutrum primæ. Cicero contra Salustium. Se a uiris abstinuerunt. idem actione. vii. in Verrem. Manus ab alienis pecuniis abstinueris. Seneca episto. cxv. nam pepercit gladio & sanguine abstinuit. Gellius lib. iiii. Qui non abstinui erunt edundis animalibus. ¶ Adeo. est autem actiuũ primi ordinis: & neutrum quinti. Hora. Septimi gades aditure mecum: & barbaras syrtes. Gellius libro. iiii. de lubra adeunda & reformanda sunt. Teren. adeo ne ad eum. Cicero lib. quinto in uerrem adeunt ad ea loca. ¶ Adulor: est & deponens secundæ speciei & actiuum primæ. Valerius maximus si Dionysium non adulares. Quintilia. adulatur militi dixit. ¶ Admoueo: cũ scribitur cum. d. actiuum tertiæ. Quod si absq. d. scribatur actiuum sexte est. Diuus Hieronymus in ruffinum: meo tamẽ uulneri. admonui manum: etiam cum accusatiuo mediante præpositione. Q. Curtius libro quarto ad urbem. Celenas exercitum admouit. Terentius istum amorem ab animo amoueas tuo. ¶ Aduersor: deponens secundæ est. a quo si. d. litteram auferas depones tertiæ efficitur. Cicero pro Sylla ornamentis aduersor tuis. Curtius libro septimo sunt qui aduersentur imperium. ¶ Audio: cuius esset & generis & speciei iam diximus supra. Horatius. Supplices audi pueros apollo. Cicero primo de legibus. Qui me athenis audire ex phedro meo memini. Cicero actione. iii. In uerrem. Si potes tibi audiens esse. Cicero pro Cælio. Vicinum eius mirarís male audiuisse. Lactantius libro de opificio hominis quãuis male audiant. Castigenturq; uulgo. Nam bene audire quasi satis audire est. Ouidius uixq; bene audito nomine regna dedi. ¶ Assentior: trium generum uerbum est: nam deponens secundæ & tertiæ regulæ ẽ: atq; neutrum secũdæ & actiuum tertiæ. Cuius exempla satis patent per auctorem secunda speciæ deponentium. In eo uero ꝙ auctor dixit assentior semper apud Ciceronem reperiri. Quia secus constat exemplum id ipsum attuli. Cicero ad atticum libro nono assentio tibi ut formiana potissimum commorer. idem ꝑ pompeio eius semper uoluntatibus ciues assenserunt. Sed & alii auctores identidem sunt usi. Liuius libro tertio aut uerbo assentiebat: aut pedibus in sententiam ibat. Lactantius cui opinioni poeta noster assensit. ¶ Caueo: neutrum secundæ: atq; actiuum primæ speciei est. Cicero pro lege agraria hic cauet hos defendit. Plinius ad Pompeium. Comitem penitentiam caueremus. ¶ Careo: actiuum primum apud ueteres: frequens uero neutrum primæ est. Cuius exempla supra posuimus.

¶ANTO. Cõmitto.is.in tertia speciæ actiuo℞.¶ Credo.is.in tertia speciæ actiuorũ.¶ Consulo.is.in tertia speciæ actiuo℞.¶ Cõmendo.as.in tertia speciæ actiuo℞.¶ Certo.as.in quinta speciæ neutro℞.¶ Contẽdo.is. in quinta speciæ neutrorum.¶ Constituo.is.in quinta speciæ neutrorum.¶ Do das dedi in tertia speciæ actiuorum.¶ Dono.as.in tertia speciæ actiuorum.¶ Doleo.es.in.ii.speciæ neutrorum.¶ Dego.is.in quinta speciæ neutrorum.¶ Exigo.is.in quarta speciæ actiuorum.¶ Exeo.is.in quinta speciæ neutrorum.¶ Facio.is.in tertia speciæ actiuorum.¶ Induo.is.in quarta speciæ actiuorum.

Cõmitto tibi libros. por encõmeudarte los libros.
Cõmitto prælium; uel milites. por trauar pelea.
Cõmitto ut non colam parentes. por peccar.
Credo tibi. & credo tibi hoc. por creer.
Credo tibi pecunias. por præstarte los dineros.
Consulo tibi. por proueerte o darte conseio.
Consulo te. por demandarte conseio.
Cõsulo boni. p. echar lo o iuzgarlo a buena parte.
Cõmendo te regi. por encomendarte al rey.
Cõmẽdo te apud regẽ. por alabarte delãte el rey.
Certo tibi. uel certo tecũ. por cõtender contigo.
Contendo tibi uel tecum. por a quello mesmo.
Cõgredior tibi uel tecum. por encontrar contigo.
Constituo tibi uel tecũ. por concertar contigo.
Do tibi pecunias. por darte los dineros.
Do tibi litteras ad amicũ. para que gelas lleues.
Do ad te litteras. por que en absentia las leas.
Do tibi pecunias dono. p. darte los dineros gracio(sos.
Dono tibi pecunias. por a quello mesmo.
Dono te corona. p. darte corona en señal de hõra
Dolet mihi caput ꝓprie. doleo caput figurate.
Doleo uicẽ tuã. pesa me de tu fortuna y desdicha.
Dego. is. absolute. uel dego uitã por biuir.
Exigo te pecunias uel exigo a te pecunias. por demandarte las.
Exeo domũ. uel exeo domo. por salir de casa.
Facio tibi iniuriam. por hazer iniuria &c.
Facio te maximi. por estimarte en mucho.
Facio te cerciorem. por auisarte.
Facio tecum. por cõuenir y concertar contigo.
Induo te uestem. por uestirte la uestidura.

¶CHRI. Cõmitto diuerso℞ generũ est: nã actiuum & neutrũ est. Sed cũ est actiuũ spẽi primæ & tertiæ põt esse: neutraľr uero tm̃ qn tæ est. Iuuena. Cõmittit uates & comparat ide maronẽ. Ci. li.i. de diuina. ut peritis uidebaẽ cõmittere præliũ. Terẽ. Seruo fortunas meas me cõmisisse futili. Cice. li.i. de legibus. Quo circa uereor cõmittere ut non bñ ꝓuisa ponã tur. ¶ Credo: est actiuũ tertiæ & neutrũ secũ dæ. Ci. ꝓ Gneo: & mihi credite id: qđ ipsi ui detis. Martiali. istud crede mihi ligella belle. Ouidi. credidimus blandis quorũ tibi copia uerbis. Credere ẽt mutuare ẽ. Marti. & Caieta no milia crede tuo. ¶ Consulo: actiuũ primæ atq; scđæ & tertiæ ẽt q̃rtæ est: neutrũ uero tm̃ secundæ. Iuuena. Quæ nullã consulit & iã cõ sulitur. Sene. in epi. hunc coqui ac pistoris mo ram boni consulito. Apule. lib. viii. asini. boni ergo & optimi consulis. Est enim tertiæ regulæ. Quum dicimus. Consulo tibi cõmodum sed hoc per quã rarum est. Plautus in mene. Consulam hanc rem amicos. Luca. li.i. Tunc genus humanũ positis sibi cõsulat armis. differentiã uero inter consulere te. i. petere consilium: & inter cõsulere tibi. i. ꝓuidere satis apte ipse Ci. ostendit li. vii. epi. ad treb. Consuli quidẽ te a Cæsare scribis. Sed ego tibi ab illo consuli maluissem. Consulere aũt boni est in bonã partẽ accipere. Qđ etiã latinũ est. Ci. ad atticũ. Qđ rogas: ut in bonã accipiam partẽ. Si qua sunt in tuis lr̃is quæ me mordeãt. i. boni consulã. ¶ Cõmendo: Actiuũ tertiæ & primæ est. Qđ supra ostendimus: Sed etiã qñ est actiuum tertiæ laudare est. Pli. iunior ad arrianũ. Sed sane blandianẽ: dũ per hoc mẽdaciũ nobis studia nr̃a. Cõmendẽt. i. laudẽt a nobis. i. ad laudẽ nr̃i. ¶ Cõgredior: deponens secundæ & qntæ est. Verg. atq; impar cõgressus achilli. Ci. pro Milo. qui. n. si tecũ congrediaẽ. ¶ Constituo: neutrũ secundæ & qntæ est. Iuuena. hic ubi numa nocturnæ cõstituebat amicæ. Ci. actione. iiii. in uerrẽ. Constituo cũ hoibus quo die Mesanæ præsto eẽnt. ¶ Do. as. est actiuũ primæ & tertiæ spẽi. Qđ ex uarietate uel casus uel ꝓpositiõis mutat significationẽ. Marti. do tibi naumachia: tu das epigrãmata nobis. Terẽ. in eunu. hãc tibi dono do. Ci. in epi. ego minus sæpe ad uos do lr̃as: q̃ possum idẽ alibi. Cõmentariũ dedi ei: q has lr̃as tibi dedit: idẽ ad Cæsa. domi meæ lr̃æ danẽ mihi a te. ubi dare alicui lr̃as non solũ est ut ad aliquẽ deferat: sed ut eas legat absens. & hoc quidẽ passiue. Cuiusmodi est ſp dare ad aliquẽ: idẽ ad treba. Valde iã lautus est: q graue re lr̃as ad me dare. ¶ Dono: actiuũ qntæ & tertiæ est spẽi. Iuuena. Quot i. Siculis donauerat urnas. Hora. in epodo. Tellus spicea donet cererẽ corona. Terẽ. dolet dictũ ipudẽti adolescẽtulo. Sulpi. ad Ci. an illius uicẽ doles. Ci. in ep̃la te peto ut meas iniurias ꝓinde doleas. Hiero. in iouinia. figurate dixit. Timotheo dolẽti stomachũ uinũ suadet bibere. ¶ Dego. is. actiuũ primæ & neutrũ scđæ est. Plau. in aulu. ego istũ soror laborẽ degã. Lactã. lib. iii. Quid nobis afferãt: quo rectius uita degaẽ. Ci. lib. iii. de fini. In ea q̃ sæpe usurpes: tranqllitate degere. ¶ Facio. de hoc uerbo lege plurima in opere cui centifacio nomen indidimus nisi quod ita dicimus ego te maximi puto. Sint ego te maximi facio. Cice. ad atticum. Sunt omnes ita mihi familiares: ut se quisq; maximi putet. ¶ Induo: Cic. li. ii. de finibus sibi & cognomen & torquem induit ignosco: neutrũ secundæ atq; actiuũ tertiæ regulæ uerbum est.

ANTO: Ignofco.is.in fecunda fpeciæ neutrorum.
Inuideo.es.in fecunda fpeciæ neutrorum.

Illudo.is.in fecunda fpeciæ neutrorum.

Indulgeo.es.in fecunda fpeciæ neutrorum.

Impono.is.in fecunda fpeciæ neutrorum.
Inceffo.is.in fecunda fpeciæ neutrorum.
Inuado.is.in fecunda fpeciæ neutrorum.
Letor.aris.in quinta deponentium fpeciæ.
Mano.as.in tertia neutrorum fpeciæ.
Moneo.es.in quarta actiuorum fpeciæ.
Mifereor.eris.in prima deponentium fpeciæ.
Miferor.aris.in tertia deponentium fpeciæ.
Miferet in quarta imperfonalium fpeciæ.
Metuo.is.in fecunda neutrorum fpeciæ.
Noceo.es.in fecunda neutrorum fpeciæ.
Oro.as.in quarta actiuorum fpeciæ.
Oleo.es.in quinta neutrorum fpeciæ.
Obliuifcor.eris.in.i.deponentium fpeciæ.
Palpor.aris.in fecunda deponentium fpeciæ.
E.añ.n.lõga ẽ.ut Vena.æ.Breuiãt uero bñ aduer. Benignus.a.um.enyo.us.enipeus.i.Eni cõiũctio fenestra.æ.& a genes qđ iterꝑtat̃ genus & geno.is.deriuata & cõposita.ut genesis.eos.genus.ris. Phrenesis.is pœnes ꝑpositio. Pœnitus.aduer.penetro.as.penates.iũ.pœnus.us.uel.oris.senex.is seneca.æ.senõ.is.Steneleus.i.teneo.es.tenor.ris tenuis.e.tenus ꝑpõ.uenafrũ.i.uenilia.æ.uenetus a.ũ.uenia.e.uen⁹.is.uenenũ.i.uenio.is.xeniũ.ii. E.añ.p.breuis ẽ.ut lepus.ris.ꝓducũt uero cœpa.æ.cœphisus.i.epirus.i.repo.is.sepes.is.sepia.æ. E.ante.q.breuis est:ut Nequæo.is.Neq;.ꝓducũt uero neq̃.nequitia.æ.nequis.nequana.æ. E.añ.r.breuis.est ut Serum.i. Herus.i. Producũt uero Berillus.i. Beritus.i. Cerusa.æ. Cerinthe.es. Cera.æ. Clerus cleri. Eridanus.i. eretum.ereti. Eruca.æ. Feralis.æ. Veronia.æ. Geriones.is. Heres.edis. Heros.ois. Meriones.is. Neritos.i.

¶ Pœnitus. Verg. i. æne. pœnitusq; procacibus austris. ¶ Penetro.as. idẽ i. vii. Dardanus. ideas phrygiæ penetrauit ad arces. ¶ Pœnates. idẽ i. i. Iliũ in italiã portãs uictosq; pœnates. ¶ Pœnus.us. uel pœnoris. Idẽ in eodẽ. cura pœnũ struere. Hora. i. epi. portat frumẽta pœnusq;. ¶ Senex senis. uñ senior & senectus. idẽ i. vi. Iã senior sed cruda deo uiridisq; senectus. ¶ Seneca.e. Iuue. a seneca q̃ piso bonus q̃ cocta solebat. ¶ Senon. onis. Luca. i. i. nos primi senonũ motus cymbrũq; furentẽ. ¶ Stenelus.i. Verg. Tersandrus stenelusq; duces:& dirus ulyxes. ¶ Teneo.es. idẽ in. i. sed mihi sorte datũ: tenet ille imania saxa. ¶ Tenor.oris. Ver. aliũue habuisse tenorẽ. ¶ Tenuis.e. idẽ i. iiii. ge. in tenui labor: at tenuis non gl'ia: si quẽ. ¶ Tenus ꝑpositio: idẽ. ii. æne. capulu tenus abdidit ense. ¶ Venafrũ.i. Martia. hæc tibi cãpani sudauit bacca uenafrũ uenefranus. Iuuen. ipse uenafrano: pisce ꝑfundit oliuo. ¶ Venilia.e. Verg. i æn. Cui pilũnus auus. cui diua fœnilia mr. ¶ Venetus a.um. Iuue. Cõtẽtusq; illic Veneto crassoq; cucullo. ¶ Venus. eris. Verg. i. æne. sic uenus & ueneris contra sic filius orsus. Venia.e. idẽ in. iiii. Tu mõ posce deos ueniã sacrisq; litatis. ¶ Venenũ.i. idẽ in. i. occultũ ĩspires ignẽ fallasq; ueneno. ¶ Venio.is. idẽ I. iiii. audiã & hæc manes ueniet mihi fama sub imos. ¶ Xemus qđ interꝑtat̃ hospes: uñ xenium & proxeneta. Martia. ois in hoc gracili xeniorum turba libello. idẽ uatiniorũ ꝓxeneta sartorum. est enim trimetrum iambicum. inde quoq; axenos. i. in hospitalis. ¶ E. ante. p. breuis est: ut lepus. oris. epulum. i. producunt uero Cœpa.e. Verg. Cœpa rubens sectiq; famem domat area porri. ¶ Cœphisus. i. Luca. in. iii. Quos impiger ambit fatidica cephisus aqua. ¶ Epirus. i. Verg. iii. æne. Littoraq; epiri legimus. ¶ Repo.is. Horatius in poe. uerum opere in longo fas est irrepere somnum. Repens tamen & repentinus & repente quæ a pero uidentur deriuata: primam breuiant. Ouid. i. fastorum. Bina repens oculis obtulit ora meis. ¶ Sepes. is. Vergilius in buccoli. hinc tibi quæ semper uicinu ab limite sepes. ¶ Sepia.e. Persius. Nigra quod infusa uanescat sæpia limpha. ¶ E. ante. q. breuis est: ut æquus. i. sequor. eris. nequeo: neq;. Producunt uero neq̃ & ab eo deriuatum nequitia siue nequicies. Horatius secũdu sermonum. Illum aut nequicies aut uafri inscitia iuris. Nequicq̃. Vergilius secundu æneidos: sed quid ego aut hæc nequicquã ingrata reuoluo? Nequis nequã nequod uel nequid. idem in. iii. hic tibi nequa more fuerint dispendia tanti. Sequana & sequani populi belgarum illius fluminis accule. Luca. in. i. Optima gens flexis in gyrum sequana frenis. ¶ E. ante. r. breuis est: ut serum. i. Vergilius. iii. georgicorum. acremq; molossum pasce sero pingui. serus. a. um. producit: ut statim dicemus: eodem modo herus. i. primam breuiat. heros. ois. eandem producit. producunt uero Berillos. i. Iuuena. Heliadum crustas & inæquales berillos. est enim spondeus in quinto loco. Syllius secundu punicorum & solitum digito berillon adederat ignis. Prudentius tamen in psycomachia breuiauit dicens. hinc tibi saphirũ sociauerat inde berillum. ¶ Beritus. i. urbs phœniciæ uulpiani iure consulti patria. Priscianus in perihegesi. antiquaq; tyron: beriti & mœnia gratæ. ¶ Cerusa.e. unde cerusatus. a. um. Martialis & cerusata candidiora cute. idem alio loco. Cerusata timet labulla solem. ¶ Cerinthies. Vergilius tertio georgicorum. Trita melispylla & cerinthe ignobile gramẽ. ¶ Cæra.e. quod ideo producit quia per. e. longum scribitur a græcis: a plæuisq; tamen latinorum per. e. diphthongon. Cleros quoq; quod interprætatur sors a græcis per. e. longum scribitur. ¶ Eridanus. Vergilius. iiii. georgicorum. eridanus quo non alius per pinguia culta. ¶ Eretum. i. idem. vii. æneidos. Ereti manus omnis: oliui fereq; mutisce. ¶ Cruca.e. idem in moreto. Intibaq; & uenerẽ reuocans eruca morantem. ¶ Feralis.e. tam etsi a ferus fera ferum. deriuari uidetur. Ouidius. xv. meta. Ferali mutat cum papilione figuram. ¶ Feronia.e. Hora. i. ser. Ora manusq; tua lauimus feronia lympha. ¶ Geriones. is. Verg. vi. æne. Et forma tricorporis: umbræ geriones. ¶ Heres. edis. Marti. heredem fabius. labienũ ex asse reliquit. ¶ Heros. ois. Verg. i. æne. Littore trinacrio dederatq; abeuntibus heros. ¶ Meriones. is. Ouid. xiii. met. nec minus idomeneus: patriaq; creatus eandem meriones. ¶ Nereus: idem in bucco. tum durare solum & discludere nerea ponto. ¶ Neritos. i. Verg. iii. æne. & neritos ardua saxis. mons est ithace.

Neris.is.Nerio.enis.Pera.æ.Pero.onis.Serus.a.um. Seres.um. Spero.as. Seria. æ.Seria.orum. Thera. æ. Tereus.i. Verus.a.um. Veratrum.i. Verona.e.Et a xerus.hoc est siccus composita ut xerampelinus.

E.ante.s.lõga est:ut Theseus.i Beuiãt uero Sesostris.is.Vesulus.i. Vescus.i. Vesuuius.ii.

E.ante.t.producitur:ut meta.æ. Breuiãt uero etiã coniunctio. Fretum.i.Getes.æ. Hetruria.æ.Meto metis. Metuo metuis. Metallũ.i. Metaurus.& a metros siue meta composita & deriuata:ut Metreta. Metaphora. Retro aduerbium. Tetricus.a.um. Thetis.idis.& a tetra composita:ut tetrarcha Veto.as. Vetus.eris. Veternus.i.& habentia.p. ante.e.ut Petra.æ. Peto.is.

E.ante.u.consonantem.longa est:ut leuus.a.um. Leuis.leue pro tersus & planus. Breuiant uero. Breuis breue leuis & leue pro non grauis. Seuerus.a.um.

CANTO. Neris.is.mons est argiuorum.Papi.iiii.theba.Neris & ingenti turrite mole eleone.¶ Nerio.enis uxor martis.cuius primã multi produxerunt.Gellius tamen.xii.noctium at.dicit eos qui probe locuti sunt primã breuiasse.nam & nero cum quo symbolum habet primã breuiauit.¶ Pera.e.Marti.in disticho cuius titulus est pera.dormiat & tetrico cum cane pera rogat.¶ Pero.onis.Verg.vii.æne.instituere pedis crudus tegit altera pero.inde peronatus perone calceatus.¶ Serus.a.um.idem in.iiii.seraq; terrifici cecinerunt omnia uates.¶ Seres populi.unde sericus.a.um.idem.ii.geor.uelleraq; ut foliis depectãt tenuia seres.¶ Spero.as.idẽ i.æne.At sperate deos memores fandi atq; nefandi.¶ Seria.e.Persi.sub rastro crepet argẽti mihi seria dextro hercole.¶ Seria.orũ.& serio aduerbiũ.i.nõ iocose.Hora.i.ser.sed tñ amoto quæramus seria ludo.¶ Thera.e.urbs ppe syrtem minorẽ in aphrica.Callimachi poetæ patria:de qua dicit ipse. Noie calisto fuerat: sed post mõ thera dicta fuit tellus urbis origo meæ.¶ Tereus.i.Verg.in buc.aut ubi mutatos terei narrauerit artus.¶ Verus.a.um.idẽ in.iii.æne.uera ne te facies:uerus mihi nũcius affers.Veratrũ.Persius.Ebria ueratro non quid deniq; lectis.¶ Verona.e.Ouid. Mantua Vergilio gaudet: Verona catullo.¶ Et a xeros.quod interpretatur siccus.a.um.composita:ut xerolophum xerolibya.xerampelinus a.um.Iuuena.& xerampelinas uestes donauerit illi.¶ E.ante.s.lõga ẽ:ut theseus.i.rhesus.i. Breuiãt uero.¶ Sesostris.is.Luc.li.vii.uenit ad occasum:mundiq; extrema sesostris.¶ Vesulus.i.Verg.x.æne.Actus aper multos uesulus quem pinifer annos.¶ Vesuuus.i.ii.geor.Talẽ diues arat capua:& uicina uesuo dicit quoq; uesuuius & per abscissionem uesuius. Martia. Hic est pampineis uiridis modo uesuius umbris.¶ Ctesiphon primam producit:tum per regulam:tum quia apud græcos per.n.longũ scribitur.Sidonius tamen appollinaris.breuiauit dicens. Hæc tessera castris in ctesiphonta datur.¶ E.ante.t. producitur.ut betha.e.bethis.is.seta.e.meta.e Breuiant uero etiam coniunctio siue aduerbium affirmandi. Vergili.in bucco.Illum etiam lauriq; etiam fluere miryce.¶ Fretum.i.idem in eodem opere.in freta dum fluuii current dum montibus umbræ.¶ Getes.e. Lucanus in.i.Hic dacus: præmat inde getes.¶ Hetruria.e. Hetruria licet ab æthra uel ab ethria oppido duci uideatur:non tamen per.th.nec per.e.sed ad hunc modũ scribi solet etruria.& etruscus per.e.breue in principio.Martialis quantum sollicito fortuna parẽtis etrusce. Vergilius.ii.georgicorum.Hanc remus & frater:sic fortis etruria creuit.¶ Meto.is.idem in.iiii.purpureosq; metunt flores & flumina libant.¶ Metuo.is.atq; inde metus.Idem in bucco.nec seuos metuent armenta leones.¶ Metallum.i.Ouidius.x.meta grauidamq; a mathunta metallis.¶ Metaurus.i.Lucanus.ii.in leuum cecidere latus ueloxq; metaurus.Et composita siue deriuata a metros:ut metreta.e.geometra.e.dimeter.a.um. Martialis plurimus hispanas mittet mihi nauta metretas. Iuuenalis.grammaticus. rhetor.geometra. pictor aliphthes sunt qui alia ratione legant geometres.Composita quoq; a metha præpositione græca.ut metaplasmus.i.metaphora.e. metamorphosis.¶ Retro: Ouidius quinto metamorpho. Acta retro naris: medioq; est fixa palato.¶ Tetricus.a.um.a tetrico monte sabinorum. Vergilius septimo. Qui tetricæ horrentis rupes montemq; seuerum.Martialis.& quãuis tetrico tristior ipsa uiro.¶ Thetis.idis.pro matre achillis.Vergilius quinto æneidos.Leua tenet thetis & melite panopeaq; uirgo.scribiturq;.th.in principio.& per.i.iota in secũda.¶ Tethis uero per.t.subtile in principio &.th.aspiratum in secunda.&.y.psilon pro uxore oceani primã habet indifferentem.breuem apud Vergilium in buccoli.Quæ tentare tethyn ratibus: quæ cingere muris: longam apud Lucanum in primo tethyos unda uage lunaribus æstuat horis.Idem in secũdo.Oceanus mea signa tenet tethymq; fugacem.Et a tetra quod interpretatur quattuor composita:ut tetrarcha.e.tetrastictũ.i. Horatius primo sermo.modo reges atq; tetrarchas.¶ Veto.as. Vergili.iii.æneidos. fatiq; uetat saturnia iuno. ¶ Vetus.eris.idem in.iiii.agnosco ueteris uestigia flammæ.¶ Veternus.i.idem in primo georgicorũ.Nec torpere graui passus sua regna ueterno. Et habentia.p. ante.e.ut peto. is.petra.e. Petrus.i. petrinus. a. um. Sedulius in pascha.forte Petri ualide torrebat lampadis æstu febris anhella socrum.Horatius prima epistola. inter miturnas sinuensanumq; petrinum.¶ E.ante.u.consonantem longa est.ut leuus.a.um.leuis.e. quod a plerisq; per.e.diphthongon scribitur ad differentiam leuis quod significat non grauem:in quo prima syllaba breuiatur ut statim dicemus.¶ Breuiant uero:breuis & breue.Vergilius primo æneidos in breuia & syrtes urget:miserabile uisu.¶ Leuis non grauis:idem in buccoli.ante leues ergo pascentur in ethere cerui.¶ Seuerus.a.um.Vergilius.vii.æne.qui tetriæ horrentis rupes montemq; seuerum.

CANTO. I.ante.b.breuis est ut liber pro cortice siue libro scripto de aliqua re. Verg.in buc.nec fictũ mo-
riens alta liber aret in ulmo. Martia. Cũ tibi parue liber scrinia nsa uacent. ¶ Producunt uero fibula.e. Verg.
iiii.æne.aurea purpureã subnectit fibula uestẽ. ¶ Ibis.idis. Iuue.pars hæc illa pauet saturã serpentibus ibim.
¶ Hybernus.a.um. Verg.iiii.æne.qualis ubi hibernã lyciam xantiq; fluenta. ¶ Libanus.i. Sedulius in pascha
sp habens frondes:& tanq̃ libana cedrus. ¶ Liber.eri.pro baccho. Verg.i.ge.liber & alma ceres uestro si mu-
nera tellus. ¶ Liber.a.um.& liberi.oꝝ.pro filiis & libertas.atis.& reliq̃ symbolũ habẽna. ¶ Libo.as.& libum.



I Añ.b.breuis ẽ:ut liber.bri. Producũt uero.fibula.æ.hibernus.a.ũ.Ibis.idis liber.i.pro baccho.& hoie libertatẽ hñte. Libo.as. Libũ.i.scribo.is. Sibilo.as.scibilis.e. Tibia.æ. Tybur.uris. Tribulũ.i. Viburnum.i. Vibex.icis. I.añ.c.breuis ẽ:ut dicax.cacis. Siculus. ꝓducũt uero dico.is.ficus.i. Icarus.i. Icõ.onis. Ico.icis.lycas æ.liciũ.ii.mica.æ.nice.es.i.uictoria.pica.æ.picus.i.Picenũ.i.Sica.æ.Sicut cõiunctio. Sicilia.æ. Sichæus.i.Sicania.æ.Spica.æ.Spiculũ.i.Ticinus.i. Trica.æ.Triceni.æ.a. Viceni.æ.a.Vicus.i. I.ante.d.lõga est:ut idẽ in genere masculino. Breuiãt uero Cydon.onis. Dydimus.i. Dydime.es.

Verg.i.æne.oscula libauit gnate. Idem in.vii.
& adorea liba p herbã. ¶ Scribo.is. Hora.scri-
bimus indocti doctiq; poemata passim. ¶ Sibi
lo.as.& sibilus.i. Verg.in bucco.nam neq; me
tantum uenietis sibilus austri. ¶ Scibillis.e.ex
proportione uerbalium in ibilis desinentium
ut audibilis.uisibilis. ¶ Tybur.uris. Horatius.
Romæ tybur amen:uentosus tybure romam.
¶ Tibia.e. Papini.vii.thebai.tibia cui teneres
suetum prodocere manes. ¶ Tribuló.i. Verg.
i.geor. Tribulaq; traheæq; & iniquo pondere
rastri. ¶ Viburnum.i. Idem in buccoli.qoan-
tum lenta solent inter uiburna cupressi. ¶ Vi-
bex.icis. Persius.si puteal molta cautus uibice
flagellas. ¶ Fibra uero & hibris: idis. semper
producere repperi:cum forte natura breuiet
primam.quare ut alias dixi:quo ad nobis cõ-
stiterit esse breuem:in illis prima quasi longa
uremur. ¶ I.ante.c. breuis est: ut dicax. acis.
q̄q̄ a dico.is.deriuet in quo prima producit.& sicolus.a.um.cum a sicilia deriuet;in quo prima quoq; ꝓdu
cit:ut statim dicemus. ¶ Producunt uero dico.is. Verg.dicite q̃nquidẽ in molli consedimus herba. ¶ Ficus.i.
Martia.cum dixi ficos:rides quasi barbara uerba. ¶ Icarus.i. Verg.vii.ænei.partem opere in tanto sineret do-
lor icare haberes.hinc icarius.a.um.& icariuditis. ¶ Icon.onis.quod imago interpretatur:ideo primã produ
cit quoniam per ei diphthongon a græcis scribitur. ¶ Ico.is.pro serio.is. Lucre.ex hinc corpus ꝓpellit & icit.
Caper tamen putat breuiare & apud lucretium icit præteritum esse. Atq; ideo producere:q doarum sylla-
barum est. ¶ Licium.ii. Vergilius in buccoli.terna tibi primum triplici diuersa colore licia circundo. ¶ Mi-
ca.e. Martia.mica uocor:quid sim cernis cenatio parua. ¶ Nice quoq; quod interpretatur uictoria & ab eo cõ
posita:ut niceterium.ii.niceros.oris. Iuuenalis & ceromatico fert niceteria collo. Martia.nymbis ebria nicere-
tianis. ¶ Pica.e. Marti.in distichis.pica loquar certa dominum te uoce saluto. ¶ Picus.i.& pro uiro & pro aui.
Vergilius.vii.æneidos accipimus fauno picus pater isq; parentem. ¶ Picens.entis.picenum.i.picentinus.a.um.
Martia.picentina ceres niueo sic nectare crescit. Iuuena.tunc picens accipe dixit. ¶ Sica.e. Martia.qdq; tibi tri-
buit subula:sica rapit.inde est sicarius. Hora.i.sermo.si quis erat fur aut sicarius aut alioqui. Sicut. Iuue.sicut
in amplexu subitum & miserabile longum. ¶ Sicilia.e.a quo deriuata tum producere tũ breuiare reperiun-
tur. Nam sicelis.idis.semp ꝓducit. Verg.in buc.sicelides muse paulo maiora canamus. Ouid.in epi.saphus.
sicilides matres sicilidesq; nurus. ¶ Siculus.a.om.semp breuiat. Vergi.i.æne.uix e conspexu sicule telluris in
altum.idem in eodẽ. Sũt & siculis regionibus urbes. Sicania quoq; primã producit. Ouid.xiii.me. Sicania tri-
bus hæc excurrit in æquora linguis. Ex deriuatis tamen sicanius.a.um. producit. ¶ Sicanus.a.um. breuiauit.
Vergilius.iii.æneidos. Sicanio prætenta sinu iacet insula contra.idem in.v.fida reor fraterna erycis portusq;
sicanos. ¶ Sichius.primam habet mediam. Vergilius.i.æneidos.huic coniunx sicheus erat ditissimus agri.idẽ
in.iiii.haud grauiora timet,q̃ morte sichei. ¶ Spica.e.& spicus.i.& ab eis deriuata ut spiceus.a.um. Vergili.i.
geor.spicea iã campis cũ messis inhorruit.idem ĩ more.allia cũ fractis spicis. Ci.in arato.spicũ illustre ferẽs.
Spiculũ.i. Verg.iiii.ge.& spicula ceca relinquũt. ¶ Ticinus.i.fl. Syl.i.puni.dũ romana tue ticine cadauera tin-
pe. ¶ Trica.e. Mar.sot apine triceq; & si qd uilius istis. ¶ Triceni.e.a. Mar.bis triceni tibi fuimus macine uoca-
ti. ¶ Viceni.e.a.a qbus tricies & oicies aduerbia. Verg.in etna.uicenos per sæpe dies iacet obruta moles. Mart.
non plenum modo oicies habebas. ¶ Vicus.i.unde est uicinus.i.& uicina.e. Horatius.ii. sermonum.ungueta-
rius & thusci turba impia uici. Iuuenalis quã si me laudet tota uicinia pago. ¶ I.ante.d.longa est:ut idest in ge-
nere masculino. Vergilios.viii.æne.idem atlas generat cœli qui sydera torquet. Breuiant uero cydon.donis.
urbs crete.unde cidonius.a.um. Martialis si tibi cecropio saturata cydonia melle. Syllius secundo puni.cre-
bra cydonio fundebat spicula cornu. Vergilius in buccolicis.ire libet partho torquære cydonia cornu. Cy-
don tamen nomen oiri inde fictum.idem prima longa protulit.xi.æne.dum sequaris clycium infœlix noua
gaudia cydon. ¶ Cydonias.adis produxit etiam. Ouid.in.i.de arte. Illũ gnosiades cydoniadrsq; iuuence. ¶ Di-
dimus.i.quod interpretatur geminus siue sit propriũ uiri nomẽ siue appellatiuũ. Marti.quales nec dydimi
sciunt puelle:est enim carmen phaleuticum. Sedulius in paschali. Cui didimus cognomen erat. ¶ Dydime.
es.insula in mari siculo. Ouidius.viii.meta.olearos didymeq;.

CHRI. I.ante.l.huic debuit excipi hylas.n.p.uiri cuius prior syllaba breuis est; Iuuenalis aut multum
quæsitus hylas urnamq; secutus.

CANTO. Fidis.is.p chorda.Verg.vi.æn.thracia fretus cythara fidibusq; canoris.¶ Fides.ei.idē i.viii.accipe daq; fidē.sed fidus.a.um.& fido.is.primā pducūt.qq cū fide symbolū hr̄e uideāt.¶ Fidene.ar.Iuue.pduxit.uiuat fidenis & agello cedo pr̄no.Idē an fidenar gabiorūq; eē ptās.Verg.tñ.vi.æne.breuiauit dicēs:hi tibi nomētū & gabios urbēq; fidenā.¶ Gnidos.i.Ouid.x.me.piscosamq; gnidō:grauidāq; amatūta metallis.¶ Hydaspes.Verg.iiii.ge.Lydia nec ppl'i parthor aut medus hidaspes.idē in gn̄e neutro.nā ut paulo añ diximus in masculino pducit.Mar.& qreris qđ nō marce bibamus.idē.¶ Idume.es.Luc.i.iii.& arbusto palmar

Fidis chorda.Fides.ei.Fidene.ar. Gnidos.i.Hidaspes.is.Idē i gn̄e neutro.Idume.es.Idoneus.a.um.Ideo cōiunctio.Q uidē cōiunctio.Video.es.
I.ante.f.non reperitur.præterq̄ in compositis.
I.ante.g.breuis est.ut figulus.i. Producunt uero. Bigæ.arū.Figo.is.Fligo.is.Frigus.oris. Frigilla.æ. Gyges.æ.Pyda.æ.Pigardus. Strigilis. Stigo.as. Triginta. Viginti. Vigessis.
I.añ.l.lōga ē.ut ilissus.fl.hyle.es.pyleus.i.pila.æ.breuiāt uero ciliū.ii.cylidrus.i.cylydrus.i.Cilix.icis.filix.icis.hilaris.æ.ilerda.æ.lylea.æ.lilibæū.i.miliū.ii.milo.nis.pila.æ.pilus.i. pylos.i.philos.i.pylene.nes.Siler.eris.Silex.cis.Sileo.es.Siligo is.Siliqua.æ.Silurus.i.Stilus.i.Tilia.æ.

diues idume. Syl.iii.puni. palmiferaq; senex bello domitabat idumē.¶ Idoneus.a.um.Ho. Hæc ego pcurare & idoneus iperor.iō Verg. ii.geor.rhetica nec cœlis iō contende falernis. Quidē cōiunctio a quo sūt eqdē & q̄nqdē & siqdē.idē in bu.nō equidē iuideo:miror magis.Iuue.q̄nquidē iter nos scissima diuitiarū.¶ Video.es.Verg.ii.æne.q̄ sit rebus fortuna uidetis.¶ I.añ.f.nūq̄ fere nisi incōpositis reperitūc.n.quēadmodū supra diximus breuiatur ut bifer.a.um. bifidus. a. um. biformis. e. bifrons.ontis.¶ I.añ.g.breuis ē:ut figulus.i.rigeo es.pducūt uero bige.arū.Verg.vii.æne.aurora in roseis fulgebat lutea bigis.¶ Figo.is.idē in bu.atq; humiles habitare casas:& figere ceruos.¶ Fligo.is.qđ raro ē i usu:ab illo uero cōposita frequēter affligo.is.cōfligo.is.ifligo.is. Ouid.xiiii.meta.affligi sociorr corpora terræ Verg.ii.æne.confligunt zephyri.¶ Frigus.ris.idē iii buc.& fontes sacros frigus captabis opacū:& q̄ cū illo symbolū hn̄t ut frigidus.a.um frigeo.es.¶ Frigilla.e.frigutio.is.Mar.& sturnos inopes:frigillarūq; quærelas.¶ Gyges.e.rex lydie:a quo gygeus.a.um.Prop.lydia gygeo tincta puella lacu.¶ Piga.e.Hora.i.ser.ne nūmi pereat:aut piga:aut deniq; fama.& ibidē de pigis:nasuta & latere ac pede lōgo est.¶ Pigardus.i.Iuuen.lepus a caper & pigardus.Strigilis.idē strigilibus pleno cōponit linthea gutto.Hora.tñ breuiauit dicēs furtiua mutat strigili qui p̄lia uendit.& Persi.i.puer & strigiles crispini in balnea defer.¶ Stigo.as.a quo cōposita magis sūt in usu.instigo.as.uestigo.as.Verg.in etna.p̄ssosq; instigāt agmine uētos.idē in.vi.ergo alte uestiga oculis riteq; repertū. Triginta.idē.i.æne.triginta magnos uoluēdis mensibus orbes.Viginti quoq; eadē rōne & uigessis. Marti.amphora uigesses modius datur ere quaterno.¶ Migro.as.primā habet breuē:ne qs putet pducere natura. Manillius.iii.astronomicon.nascentem acciperet proprias signisq; migrarēt.¶ I.ante.l.lōga est:ut illissus fluuius attice cuius primā.pa.breuiauit dicens.anfractu riparum incuruus ilissos.feuus honos fluuio stygias instare seueris eumenides:alibi tamen produxit dicens cælauit geticos ripis illissus amores. Hyle quod sylua interpretatur primā per regulā produxit:hylei quoq; populi sarmatice producunt eandē.Val. flaccus.mouit & hylea supplex cū gente serenem.hyle quoq; oppidū est boetiæ cuius primā homerus pduxit.Papi.tamen eandē breuiauit dicens:qui breue littus hyles.¶ Pileus.i.qđ exemplū ideo quoq; posuimus:ne qs putet a pilo deriuari:ut quidam somniāt:in quo ut statim dicemus prima breuiat sed ab eo qđ græcæ dicit pileon.Persius. Hæc mera libertas.hāc nobis pilea.pyla quoq; per.y.psilon posuimus p lapidea colūna:qa pila per.i.latinū primā breuiat.Verg.viii.æne.saxea.pyla cadit.& Martia.noluerit dici quā prima pyla suā. Breuiant uero.¶ Cilium.ii.a quo superciliū componit.Iuuena.Ille superciliū madida fuligine tinctum.Cyliadrus.Verg.i.georgi.area tum primū ingenti est æquanda cylindro.¶ Cylidrus.i.Lucan.ix.Chersidrus tractuq; uia fumante cylidri.¶ Calix.icis.idē.o nunq̄ pacate cilix.¶ Filix.icis.Persi.sed tamē ista filix nullo mansuescit aratro.¶ Hilaris.e.& ab eo deriuatū hilaro.as.Verg.in buc.& multo in primis hilarans.cōuiuia baccho.¶ Ilerda.e.Luca.in.iiii.surgit ilerda manu:placidis p̄labitur undis.¶ Ilissus.fl.uide supra & pone hic.¶ Lilea.e.ciuitas boetiæ.Papi.vii.theba.coriciumq; nemus propellentēq; lileam.¶ Lilibeū.i.ciuitas.& promontoriū siciliæ. Verg.iii.æne.& uada dura lego saxis lilibeia cecis.¶ Miliū.ii.Vergil.i.ge.accipiūt sulci:& milio uenit annua cura.¶ Milo.onis.Luca.pōpeiana reū clauserunt signa milonē.¶ Pila.e.p sphærula qua ludimus.Hora.i.ser.nāq; pila lippis inimicū & ludere crudis.¶ Pilus.i.& ab eo deriuata:ut pilosus.a.um.pilo.as.Martia.nūc sunt crura pilis & sūt tibi pectora sætis horrida.¶ Pilū.i.p telo pducit.Luc.& pila minātia pilis.¶ Pilos.i.Ouid.in epist.penelopes.nos pilon antiquā neleia nestoris arua.¶ Phylos:qđ interptætat amicus:& ab eo cōposita:ut philippus pāphilus.Hora.i.epi.strenuus & fortis causisq; philippus agēdis.¶ Pilene.es.urbs ætolie.Papi.belli fama uiros misit copulosa pylene.¶ Siler.eris.uirgulti genus.Verg.ii.ge.molle siler lēteq; genistæ:& p fluuio.Luc.ii.radensq; salerni culta siler.¶ Silex.icis.Idem.i.æne.ac primum silicis scintillam excudit achates.¶ Sileo.es.Idem in buccoli.& nunc omne tibi stratum silet æquor & oēs.¶ Siligo.inis.Iuuen.sed tener & niueus:molliq; siligine factus.¶ Siliqua.e.idem sed laudem siliquas occultus ganeo pultes.¶ Silurus.i.idem uendere municipes:fracta de merce siluros.Stilus Hora.i.sermo.sæpe stilum uertas.idem in.ii.sed hic stilus haud petit ultro.¶ Tilia.e.Verg.i.geor.ceditur & tilia ante iugo leuis altaq; fagus.

¶ CANTO. I.ante.m.in dissyllabis longa est ut rima.e.limus.i.Breuiant uero fimus.i. Verg.i.ge.ne saturare fimo pingui pudeat sola neue. Hymen & hymeneus.i.idem.iiii.æne.hic emeneus erit:non auersata petenté. Catullus io hymé hymenee hymen ades o hymeneæ.¶ Mimas.antis.mons minoris asie.Ouid.ii.me.& tandem rhodope niuibus caritura mimasq;:a quo bachi sacerdotes dicta sunt mimalonides & mimaloneus.a.um.Persi.torua mimaloneis implerũt cornua bombis.Nimis aduerbiũ:& nimiũ qđ ab eo deriuatũ esse uidet.¶ Simul aduerbiũ.Verg.iiii.æne.quá simul ac tali psensit peste teneri.¶ Thymus.i.idẽ in.i.seruet opus: redolentq; thymo fragrãtia mella.Polysyllaba quoq;:ut similis.e.similia.e.Chimera.e.q̄q̄ apud græcos per.ei.diphthõ.in principio scribaẽ plerũq;:eandẽ primã breuiat.auctor hermo.in Pliniũ lib.v.producunt uero simius.ii. Marti.callidus emissas eludere simius hastas Simia.e.Iuue.cuius supplicio nõ debuit una parari simia.atq; pinde similis uiri nomé apđ Verg.in moreto.similis exigui cultor cũ rusticus horti.Himerus.e.fluuius q mediã siciliã diuidit:ut dicit Liui.xxiiii.ab urbe condita. Syllius.xiiii.pu.armauere suos:qua mergitur hymera põto. Chimerinos qđ interpræatur hyemalis.Mart.horrida si brume sydera chimerinos.¶ Timeus.i.uiri ppriũ nomen.Sedulius in paschali.dũ residens cecus timei filius illud.¶ I.ante.n.longa est:sit linum.i.finis.is. Signũ pro uase.Verg.in buc.sinũ lactis & hæc te liba priape quotannis.psinu uestis siue maris breuiat.ut statim dicemus.Breuiant uero. Cynapes.is.fl.Ouid.in.iii.de põto.ptheniusq; rapax: & uoluens saxa cynapes.¶ Cynedus.i. Iuuena.inter socraticos notissima fossa cynedos.¶ Cinis.eris.idẽ quoq; flamina.tegiẽ cinis atq; latina.¶ Cyniras.e.rex.fuir cypri.Ouid.x.me.iter fœlices cyniras potuisset héri.¶ Cinicus.a.um.qđ interptaẽ caninus:& reliq̄ a cynos qđ interptaẽ canis cõposita : ut cynoglossa herba.cynocephalus.i.cinorhodos.i.¶ Inula.e.Hora.atq; acidas mauult inulas.¶ Linus.i.Verg.in bu.ut linus hæc illi diuino carmine pastor.¶ Lino.is.uel linio.is.Iuue.Nã qui plura linit uicturo dolia musto.¶ Mine.arũ.Verg.iiii.æne.pendet opera interrupta mineq;.inde est minor.aris.¶ Minerua.e.Iuue.seruauit trepidá flagranti ex æde mineruá.Miniũ.ii.Verg.in bu.sanguineis ebuli baccis minioq; rubenté.& habẽtia cũ illo symbolũ.ut mininius.ii.fl.hispanie.Minionis.fluuius italiæ.Mynie populi thessaliæ.Vergi.x.æne. qui sũt minionis in aruis.Ouid.vii.me.iãq; fretũ minye pagasea puppe secabãt.¶ Mina.i.genus monete.Priscia.de ponderibus.Accipe p̄terea paruo quã noie graii minã uocitãt:nrĩq; minã dixere priores.¶ Minister.tri.ministro.as.& inde deriuata.Verg.i.æne.Totidẽq; pares ætate ministri.¶ Minor.oris.Iuuena.ad uos iam ueniet minor altilis.inde est minus & minuo.is.& minimus.¶ Miniscor.eris.a quo reperiẽ compositũ reminiscor.eris.Verg.dulces reminisciẽ argos:& eodẽ mõ cõminiscor.eris.¶ Ninus.i.rex fuit assiriorũ. Ouid.iiii.me.cõueniãt ad busta nini lateantq; sub umbra:pro urbe quoq; in sacris lr̃is dr̃ niniue.Luc.in.iii.Et fœlix sic fama ninus.uẽtosa damascus.¶ Sinapis.is.Colu.Seq; lacessenti fletũ factura sinapis.Sine p̄positio. Verg.in.v. Haud equidẽ sine mẽte reor sine numine diuũ.¶ Sinister.a.um.idẽ in buc.ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix.¶ Sino.is.idẽ in eodẽ opere.Atq; hanc sine tpa circũ.¶ Sinon.onis.Verg.ii.æne. Talibus insidiis piuriq; arte sinonis.¶ Sinopis.is.urbs põti.uñ sinopeus sinopea sinopeũ & sinopeus.Ouid.i.de põto.nõ doluit patria cinycus pcul esse sinopeus.¶ Sinus.us.Verg.i.æne.inq; sinus scindit sese unda reductos.hic.p sinu maris:& p sinu uestis.idẽ in eodẽ.nuda genu.nodoq; sinus collecta fluẽtes.¶ Sinuessa.e.Hora.i.ser.plotius & uarius sinuesse Vergiliusq;.¶ Tinea.e.Iuue.Tinea prunde libellos.Ouid.xv.me.Agrestes tineæ res obseruata colonis.Serenus tñ pduxit dicens.Natura in terno cũ uiscere tinea serpens.Et a syn cõposita:ut synagoga.e. Sedulius in paschali.iãq; caphameæ synagogã intrauerat urbis.¶ Synhedra.e.qđ iterptaẽ cõsessus.Luca.i.viii. Ad pfundũ collecta ducẽ paruisq; synhedris.Niphates q̄q̄ apud græcos per ei diphthongõ scribaẽ:apud latinos breuiat primã.Iuue.Quosdã facit iste niphatẽ in populus.¶ I.ante.p.breuis est:ut stypes.is.p gñe quodã pecuniæ.Ouid.i.fasto.Dulcia cor denẽ uideo:stypis:adiice cãm stypendiũ uero qđ a stype uideẽ deriuatũ pducit.Catul.Indomito nec dura ferẽs stypẽdia tauro.Verg.in diris.aut iter uarios ueneris stipendia flores.¶ Tipoeus.i.Luca.in.iiii.Cõditus inarimes æterna mole typhœus.Tiphon uero pducit;ut apud eundẽ in.vii.Antraq; lætiferi rabiem typhonis anhelant.¶ Scyphus.i.qđ iõ posuimus:ne quis cũ Ioãne tortellio:decipiaẽ:q in uersu illo.Verg.vii.æne.hoc pr̃ anchises auro libabat ad aras:p auro legit scypho:pinde ac si primã producat.¶ Producũt uero Gryphus.i.quod a gryphe detracta aspiratione deriuatur:in quo prima crémento producitur.Vergilius in buccoli.iungentur iam gryphes æquis euoq; sequenti.¶ Pipo.as.& quod ab eo diminutiuum esse uidetur pipilo.as.Ouidius de philomena. Accipiter pipat miluus hiansq; lipit.Catullus de passere.Ad solam dominã usq; pipilabat:quod est carmen phaleuticum.

I.ante.m.in dissyllabis lõga ẽ:ut limus.i. Breuiãt uero fimus.i.Hymẽ.enis. Mimas.tis. Nimis aduerbiũ.Simul aduerbiũ. Thymus.i.Polysyllaba quoq; ut similis.e.producũt uero simius.ii.simia æ.hymera.æ.chymerinos.i. Timæus.i.

I.añ.n.lõga ẽ.ut linũ.i.sinũ.i.p uase.Breuiant uero cynapes.is.fl.Cynedus.i.Cinis.ris.ciniras.æ. cynicus.a um.Inula.æ.linus.i.n.p.lino.is.minæ arũ.minerua.æ.miniũ.ii.minius.fl.Minio.onis. miniæ ppli.mina.æ.minister.tri.minor.oris.minuo.is.miniscor.ninus.i.sinapis. Sine p̄positio. sinister.a.um.Sino.is.simon.onis.sinopis.is. Sinus.us.sinuessa.æ.Tinca.æ.& a syn præpositiõe græca cõposita : ut synagoga.æ. sinhedra.æ.

I.ante.p.breuis ẽ ut stypes.is.tiphœus.i.scyphus.i.Producunt uero Griphus.i.Pipo.as.Pipilo.as.

Ryphæi.orũ.Ripa.e. Sipo.onis. Stipo.as. Scrypulus.i.Sipharium.ii.Sipus.untis. Typhys.ys. Typhon.onis. Vipera.æ.

I.ante.q.breuis est:ut Liqueo.es.liquo.as. Siquidem. Producunt uero liquor.eris. liquor.oris.& liquidus.a.um.primam habent indifferentem.

I.añ.r.lõga ẽ:ut lyra ꝓ sulco. A chir.qđ est manus deducta parti breuiãt:ut chiragra.e.parti ꝓducũt ut chirurgus.i.chironomõ.ontis. Breuiãt uero dirimo.is.hyrie.es.hirudo.inis.hirũdo.inis. Lyra.æ.Miron.onis.n.p.uiri.Myrõ qđ iterp̃tať unguẽtũ.Nireus.i.a pyr qđ ẽ ignis deriuata p̃ti breuiãt ut pyra.& pyrus.i.Pyrũ.i.pyracmõ.nis.pyretrũ.i.pyropus.i.Partim ꝓducunt:ut pyramus.i.Pyramis.idis. Pyrene.es.pyrous.i. Quirinus.i.syrus.a.um.Syracusæ.arum. Tyrus.i. Tyrannus.i.Viridis. Vireo.es. Viriatus.i.

I.ante.s.longa est:ut nisus.i.Breuiãt uero bison.ontis.Isara.æ.Isaurus.i.Miser.a.um.Nisi contunctio.Prisana.æ.Ptysis.is.Syser. eris.

CANTO. Ryphei.orũ.montes scythiæ.uñ ripheus.a.um.Verg.i.ge.mundus ut ad scythiã rhypheasq; arduus arces.¶ Ripa.e.idẽ ĩ bu.Aut numerũ lupus aut torrẽtia flumina ripas.¶ Sipho.onis.Iuue.Effigieq; dee longis siphonibus iplent.¶ Stipo.as.Verg.i.æne.Stipãt & dulci distẽdũt nectare coelas.¶ Scrypulus.i. Ouid. de medicamine faciei.Quiq; parãt marathri scrypula myrrha nouẽ.¶ Symphariũ.ii.Iuue.Cõsumptis opibus uocẽ damasippe locasti sypharίo:sũt q nõ sypharίo:sed suppario legãt.¶ Sipus.tis.Luca.in.vii.Quas recipit salapina palus & subdita sipus.¶ Typhys.is.Verg.in buc.alter erit tũ typhys & altera q̃ uehat ergo. Typhon uero supra dixius ꝓducere.¶ Vipera.e. Iuue. Tu ne duos una seuissima uipera cena.¶ I.añ q.breuis ẽ ut liq̃sco.is.liquo.as.eliquo.as.Ver. in bu.Limus ut hic durescit:& hæc ut cera liq̃scit.idẽ ĩ moreto.subsidit sincera:foraminibusq; liquať.Persi.Eliquat & tenero supplantat uerba palato.producunt uero liquor eris. Verg.i.geo.liquiť:& zephyro putris se gleba resoluit.¶ Liquor.oris.Lucr.i.i.põdus uti saxis:calor ignis:liquor aq̃e:& ibidẽ:fiet uti cibus oĩs & aridus:& liquor ipse.¶ Liq̃dus.a.ũ. q̃m a liq̃o es uel a liquor.eris.põt deriuari:tũ prima breui tũ eadẽ lõga reperiť:qđ uno uersu.Lucre.li.iiii.oñdit dicẽs:crassaq; cõueniũt liq̃dis:& liq̃da crassis. Liq̃tius.ii.fluuius Venetiæ ẽ teste Seruio ĩ illud. Verg.ix.æne.q̃les aerie liq̃tia flumina circũ.sũt q legãt liquẽtia a liquor.eris.¶ I.añ r.lõga ẽ.ut lira ꝓ sulco.uñ ẽ lirare & delirare & delirus.nã pro istrõ musico lyra.e.primã breuiat.ut stati dicemus. A chir qđ interp̃tať manus cõposita parti breuiant ut chiragra.e.Hora.Postq̃ illi iusta chiragra.Persi.sed cũ lapidosa chiragra.Marti.sed nil patrono porrigit:hæc chiragra est.parti ꝓducũt ut chirurgus.i.Marti.chirurgus fuerat nũc est uespillo diaulus.Verg.in pria.chirurgiq; manũ miser timerẽ.¶ Chyronomõ.õtis. uel chironomos.i.Iuue.& chironomõta uolãti cultello.idẽ chironomõ ledã molli saltãte batyllo.Breuiãt uero dirimo.is.Ouid.i.me.hãc deus & melior litẽ natura diremit.¶ Hyrie.es.idẽ i.vii.Inde lacus hiries uidit.Hirudo.inis.Hora.i poe.nõ missura curẽ nisi plena cruoris hirudo.¶ Hirũdo.inis.Ouid. f.ii.fa.fallimur? an ueris ꝓnuncia uenit hirũdo.Lyra.e.ꝓ instrõ musico.¶ Miron.onis.qs labor ĩ phiala docti mios an ne mironis?¶ Mirõ.i.ꝓ unguẽto:uñ ẽ myropola.e.myropoliũ.ii.Myrobalanũ.i.& myristicus.a. um.¶ Nireus.i.Ouid.ii.de arte:sit licet antiquo nireus adamatus homero.Hora.iii.car.q̃lis aut nireus fuit: aut aquosa raptus ab ida.¶ A pyr.qđ interp̃tať ignis deriuata parti breuiãt:ut pyra.e.Verg.iiii.æne.At regina pyra penetrali ĩ sede sub auras.Pyrus.i.idẽ ĩ bu.Insere nũc melibee.pyros pone ordine uites.¶ Pyrũ.i.idẽ ĩ geor.Crustumiis syriisq; pyris grauibusq; uolemis.¶ Pyracmon.onis.idẽ in.viii.Brontesq; steropesq; & nudus mẽbra pyracmon.Pyretrũ.i.Ouid.ii.de arte.Tritaq; in amoso flaua pyretra mero.¶ Pyropus.i.idẽ.ii. meta.Clara micãte auro:flãmas imitãte pyropo.partim ꝓducũt ut pyramus.i.ꝓ uiro & ꝓ fluuio.Ouid.iiii. meta.Pyramus & thisbe iuuenũ pulcherrimus alter.¶ Pyramis.idis.Mar.barbara pyramidũ sileat miracula mẽphis.¶ Quirinus.i.Verg.i.æn.remo cũ fratre q̃rinos:uñ q̃rites dicti Ouid.Ansi pulsassem minima de plebe q̃ritẽ.¶ Syrus.a.um.Luca.i.vii.uiuãt galateq; syriq;:uñ ẽt syrii & assyrii dicti sunt. Syrus quoq; insula una ex cycladibus quæ p̃ria fuit pherecide syri primã ꝓducit apud humerũ q eius meminit. Scyros quoq; ꝓduxit.Verg.ii.æne.una oĩs scyria pubes.Et Pap.palladi littoree celebrabat scyros honorẽ.Sidonius appollinaris auctor nõ cõtẽnendus:sed græcæ lĩæ ignarus breuiauit dicẽs:uel scyrias uacuasse colos uel serica fila ꝑ cãnas torsisse leues.Syrius uero ꝓ stella ꝓducit primã.Verg.iii.æne.tũ steriles exurere syrius agros.¶ Syracuse.arũ:uñ syracusius.a.um.Idẽ in buc.prima syracusio dignata est ludere uersu. Tyrus.i.idẽ.i.æne. Sed regna.tyri germanus hẽbat.¶ Tyrãnus.i.idẽ in.vii.pars mihi pacis erit dexterã tetigisse tyranni.¶ Viridis.e. idẽ in.vi.iã senior sed cruda deo uiridisq; senectus.¶ Vireo.es.uiretũ.i.uiriditas.atis.eandẽ rationẽ sequunť. ¶ Viriatus.i.Syllius.iii.puni.Hos uiriatus agit.¶ I.ante.s.longa est:ut nisus.i.pro rege megarensi ũ in accipitrẽ uerso. Verg.i.geor.apparet liquido sublimis ĩ aere nisus.Breuiãt uero bison bisontis.Martia.illi cessit atrox bubalus atq; bison.¶ Isara.e.fl.gallie.Luc.in.i.Hi uada liquerunt isare qui gurgite ductus.¶ Isaurus.i.idẽ in ii.crustumiũq; rapax & iuncto sapis isauro.¶ Miser.a.um.Verg.i.æne.& magno misere dilectus amore.& q̃ cũ eo symbolũ hñt miseria.e.misereor.eris.Nisi cõiunctio.Ouid.v.meta.O nisi te uirtus opa ad maiora tulisset.¶ Ptisana.e.Marti.ptisanã sabãq; solebas.uñ ptisanariũ.ii.Hora.hoc ptisanariũ orizæ.¶ Ptisis.is.Iuuen. ptisis & nomice putres & dimidiũ crus.¶ Siser.eris. Columel.iam siser assyrio uenitq; semine radix.

CANTO. I.ante.t.breuis est:ut mitra:qd ideo primā breuiare dicimus:quia eius diminutiuū mitella breuiat. Verg.in copa.copa syrisca caput graia redimita mitella.¶ Vitrū.i.Mar.condant parco fusca falerna uitro.Britānia.e.uñ est britannus.a.um. Verg.in buc.& penitus toto diuisos orbe britannos.Lucre.tñ in.vi.pduxit dicens:nā quid britānus cœlū differre putamus.Vitiū.ii.Iuue.oē ai uitiū tanto cōspectius in se.pducunt uero bythinia.e.uñ bythinus.a.um.Manili.iiii.astrono.Cappadocū armenteq; iugis bytinia diues.Flaccus in iii.argona.bithyno phrygione satū sed quē sua uoto.Iuuena.tñ breuiauit dicens:q̃q̃ & cappadoces faciāt equitesq; bithyni.Brito.onis.idē qua nec terribiles cymbri nec britones unq̃.Martia.quā ueteres brache britonis pauperis & quā.¶ Clitella.e.Hora.i.sermo.hic muli capue clitellas tēpore ponunt.¶ Clitūnus.i. Verg.ii. geor.hinc albi clitūne greges & maxima taurus.¶ Clytorius.ii.fons est archadiæ.Ouid.xv.clytorio quicunq; sitim de fronte leuauit.¶ Clyton.onis.fl.arcadiæ.Papi.iiii.theba.& rapidus cliton & q te pithie.ladon.Dito.as.& ditesco.is.Horat.in poe.sermonē patrium ditauerit.idē.ii.ser.qua rōne possis ditescere.¶ Italia.e.Verg.i.æn.Italiam fato profugus lauinaq; uenit.idem in eodē.italiā dixisse ducis de noie gentem.Italicus quoq; & italis.idis. Ouid.i.xv.me.grata qs italicis auctor posuisset in oris.Verg.in.xii.italides quas ipsa decus sibi dia camilla.Italus.a.um.tum breuiare tū producere reperit̃.Idē in.iii.& sæpe hesperiā sæpe italia regna uocare.idem in.ix.coniecto sternit iaculo nolit italia cornus.Idem in.viii.hic augustus agens italos in prælia Cæsar.Hora.i.sermo.At græcus postq̃ est italo perfusus aceto.Mitis.e.Vergil.in bucc.fronde super uiridi:sunt nobis mitia poma.Mutilus.i.pisciculus.Martia.fugit̃ inciso mytilus ore mihi.Nitor.eris.Verg.iiii.æne.hic primū paribus nitens cillenius alis.Pythagoras.e.Iuuena.pythagoras cunctis aialibus abstinuit qui.¶ Pytheus.ei.Ouid.vi.me.nam me pelopeia pytheus.idē in epist.Phedre.hic tecum trezena colā pitheia regna.¶ Python.onis.idem.i.me.strauimus in numeris tumidū pythona sagittis.a quo pythius.a.um.Luca.in.vi.unde & thessalice ueniunt ad pythia laurus.¶ Pyteleon.ontis.Hora.rhodio qd pyteleonti.¶ Pytisma.atis. Iuuena.qui lacidemonium pytasmate lubricat orbē.Angelus tamen pollitianus pitilismate legendū esse contendit.¶ Pituita.e.indifferentem habet longam apud Catullum.mucusq; & mala pituita nasi.& apud Persium somnia pituita qui purgatissima mittunt.Breuem ut apud Hora.i.epist.præcipue sanus:nisi cum pituita molesta est.¶ Ritus.us.a quo est rite.Vergilius.vi.æneidos.Riteq; repertum carpe manu.namq; ipse uolēs facilisq; sequetur.¶ Rito.as.a quo reperiuntur composita irrito.as.& prorito.as.Ouid.i.me.tu fasce nescio quos esto contentus amores irritare tua.Columella.& pelusiaci proriter pocula zythi.¶ Scytor.aris.Verg.ii.æne.suspensi eurypilum scitatum oracula phœbi:& ibidē tum uero ardemus scitari & quærere causas.¶ Sithon.onis. mons thraciæ:uñ sithonius.a.um.& sithois.idis.Verg.i bu.sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ.Ouid.i epi.phyllidis.nec uehit acteas sithois unda rates.Triticū.i.Verg.i.ge.At si triticeam in messem robustaq; ferra.¶ Triton.onis.deus marinus.idem.i.æne.cymothoce simul & triton annixus acuto.Triton quoq; pro lacu in aphrica:a quo pallas tritonia dicta est dicente.Luca.in.viiii.& se dilecta tritonida dixit ab unda.Verg.ii.æn.nec dubiis ea signa dedit tritonia mōstris.¶ Tytirus.i.idē in buc.Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi.¶ Titan.anis.Ouid.nullus adhuc mūdo præbebat lumina titan.¶ Titillo.as.Hora.i.ser.pterea ne uos titillet gloria iure.¶ Vita.e.Verg.in.vi.nate mihi quondā uita dū uita manebat.¶ Vitis.is.idē in buc.uitis ut arboribus decori est ut uitibus uuæ.¶ Vito.as.Iuuena.illius occursus etiā uitare memēto.¶ Vitupero.as.tā etsi a uitio cōpositū esse uideat̃.¶ Zithū.i.ut qd paulo añ attulimus ex columella & Pelusiaci pritet pocula zithi.¶ I.ante.u.cōsonantē longa est:ut uiuus.a.um.uiuo.is.primus.a.um.priuo.as.¶ O.ante.b.lōga ē:ut gobius.ii.robigus.i.robur.oris.Breuiant uero globus.i.Verg.ix.æne.qs globus o ciues caligine uoluit̃ atra?¶ Obesus.a.um.qd ab ob & esus.a.um.cōponit̃.idē.iii.ge.breuis aluus obesaq; terga.¶ Obelus.i.qd iterprætãt ueru iō breuiat:qa p.o.micron a græcis scribit̃.ab eo per diminutionē fit obeliscus.i. Vergil.i.rosis.hæc aperit primi fastigia celsa obelisci.¶ Obolus.i.Priscia.de mensuris.semi oboli duplū est obulus:quē pondere duplo grāma uocant.¶ Obex.icis.si in recto reperiret̃ breuiaret primā:qa ab ob pposítione cōponit̃:& in obliqs si non hēt.i.consonantē etiā breuiat ut apud Sylliū.iiii.puni.& fidos certāt obices accersere sylua.¶ Probus.a.um.& pbitas.atis.& pbo.as.& ab eo cōposita ut iprobo.as.reprobo.as.approbo.as.pbū.i.a quo obprobriū cōponit̃ & exprobo.as.Hora.ii.ser.obprobriis dignū latrauerit iteger ipse.¶ Soboles.is.Verg.in bu.chara deū soboles:magnū iouis icremētū.¶ O añ.c.breuis ē:ut pceres.um.pcus.i.uoco.as.tā etsi uox uocis cremētū pducat ut suo loco diximus:pducunt uero cocytus.i.Verg.vi.æne.cocytusq; labens sinu circūuenit atro.

I.ante.t.breuis est:ut mitra.æ.uitrū.i.Britānia.æ.
Vitiū.ii.producūt uero Bythinia.æ.briton.onis.
clitella.æ.Clitūnus.i.Clytorius.ii. Cliton.onis.
dito.as.Ditesco.is.Fritinio.is.Italia.æ.Mitis.æ.
mitylus.i.Nitor.eris.Pithagoras.æ.Pytheus.ei.
Python.onis.Pythius.a.um.Pyteleō.ontis.Pytisma.atis.Pituita idifferentē hēt.Ritus.us.Rito.as.Scitor.aris.Sithon.onis.Triticū.i.Triton
onis.Tytirus.i.Titan.anis.Titillo.as.Vita.æ.
Vitis.is.Vito.as.Vitupero.as.Zythum.i.
I.añ.u.cōsonātē lōga ē:ut liuor.oris.Viuo uiuis.



Ante.b.longa est:ut gobius.ii.breuiant
uero Globus.i.Obesus.a.um.Obelus.i.
Obolus.i.Obex obicis.Probus.a.um.
Probo.as.Probrum.i.Soboles.is.
O.añ.c.breuis ē:ut pceres.um.uoco.as.pducūt.

CANTO. Crocalus.i.Oui.viii.met.& sũptis ꝓ supplice crocalꝰ armis.¶ Focale.is.illđ qđ collo circũducit.Ma.hoc focale tuas afferat auriculas:nã a faucibꝰ deriuat̃ au diphthõgõ i.o.lõgũ cõuersa Oceanꝰ.i.Ver.iiii.geo.Oceanũq; prẽs reges nymphasq; sorores.¶ Ociũ.ii.Idẽ i bu.o meliboee deꝰ nobis hꝯ ocia fecit.¶ Ocyor & ocyꝰ ab eo qđ ẽ ocys qđ iterp̃tat̃ uelox.Oui.i.met.fugit ocꝫ or aura illa leui.¶ Phoca.e.Ver.iiii.ge.sternũt se sõno.diuerso i littore phoce.¶ Phocos.i.Oui.vii.me.& ꝓles tertia phocꝰ.s.eaci filiꝰ.¶ Phocis.idis.Idẽ i.i.separat aonios diuersis phocis ab aruis.¶ Procerꝰ.a.ũ.Ver.i bu.corticis atq; solo ꝓceras erigit alnos.¶ Poculũ.i.idẽ i eodẽ.isanire libet:qm̃ tibi pocl̃a ponã.

uero.Cocytus.i.Crocalus.i.Focale.is.Oceanꝰ.i. Ociũ.ii.Ocyor & ocyus.Phoca.æ.Phocꝰ.i.phocis.idis.Procerus.a.um.Proculũ.i.Vocalis.e.

O.añ.d.lõga ẽ:ut rodo.is.breuiãt uero.Fodio.is. Modꝰ.i.Modo aduer.odor.odis.Et a pus podos hoc est pes.& a rhodos qđ ẽ rosa cõposita & deriuata.ut Podalyrius.ii.Rododaphne.es.Rhodus.i.Rodope.es.Rhodanus.i.Sodalis.is.

O.ante.f.breuis est.ut ofella.

O.ante.g.longa est.ut cogo.is.Breuiant uero logos & ab eo composita & deriuata.Rogus.i.rogo rogas.Toga.æ.

O.añ.l.breuis ẽ.ut colon mẽbrũ.Producũt uero.Boletꝰ.i.Bola.æ.Colũ.i.Colyphiũ.ii.Doliũ.ii. Dolõ.is.Moles.is.Molior.is.Moly.yos.Nola.æ.Nolo.nõuis.Olearꝰ.i.Olenos.i.Olim.aduer. Prolixꝰ.a.ũ.Proles.is.Polypꝰ.i.Polidamas.tis. Solꝰ.a.ũ.Solor.is.Solers.is.Solẽnis.e.Tmolꝰ.i.

¶ Vocalis.e.qd nõ a uoco.as.sꝫ a uoce driuat̃.Oui.vii.me.regia turris erat:uocalibꝫ addita muris.¶ O.añ.d.lõga ẽ:ut rodo.is.clodiꝰ.ii.lodix.cis.Sodes qđ ẽ blãdiẽtis.Hor.i.epi.roscia dic sodes melior lex:an puerorũ.breuiãt uero fodio.is.Ver.vi.æne.aut spumãtis eq̃ foderet calcaribus armos.¶ Modus.i.uñ est modestꝰ:& moderor & modulor:& modicꝰ Hora.est modus i rebus sũt certi dẽiq; fines.Modo aduer.Ver.iiii.æn.si mõ qd memoras factũ fortũa sequat̃.¶ Odor.oris.odorus.a.ũ.odoronaris.Idẽ.i.geor.nõne uides croceos ut tmolus odores.¶ Et a pus podos qđ iterp̃tat̃ pes cõposita & deriuata.ut podalyriꝰ.ii.podagra.Oui.de re.q̃tos apđ danaos podalyriꝰ arte medẽdi.Mar.litigat & podagra Diodo.flacce laborat.Cõposita quoq; & deriuata a rhodos;qđ iterp̃tat̃ rosa:ut rhododaphne.es.Ver.in culice.laurus.item phebi decus exurgẽs.rhododaphne.¶ Rhodꝰ isula.Hora.i.car.laudabũt alii claram rhodon aut mitylenẽ.¶ Rodope.es.Verg.i buc.nec tm̃ rodophe mirat̃ & ismarus orphea.¶ Rhodanus.i.Proper.in.ii.testis arar.rhodãusq; celer magnusq; garũna.¶ Sodalis.is.Ho.audieris heres:ergo nũc dama sodalis.¶ O.añ.f.breuis est:ut offella.e.diminutiuũ ab offa:sed in primogenito ꝓducit̃ atq; iõ p duplex.ff.scribit̃ in deriuato uero alterũ.f.extenit̃ ut fit breuis.Iuue.solueret & patruo sĩles effũderet offas.idẽ q̃ nõ egeãt ferro structoris offelle.Mar.me.meus ad subitas iuitet amicus offellas.¶ Tofus.i.sũt q p.ph.sũt q p.f.scribãt:sed sp ꝓducit̃ Ver.ii.geo.& tofus scaber:& nigris exesa chelydris.Iuue.herba nec igenuũ uiolarẽt marmora tofũ.¶ O.añ.g.lõga ẽ.ut cogo.is.Breuiãt logos qđ iterp̃tat̃ sermo & ab eo cõposita & deriuata.ut logicꝰ.dialogꝰ.arethalogus.Iuue.mouerat ut mẽdax arethalogꝰ i mare nemo.¶ Rogꝰ.i.idẽ & minor igne rogi.¶ Rogo.as.atq; ab eo cõposita ut iterrogo.as.arrogo.as.irrogo.as.¶ Toga.e.Iuue.qd faciãt comites;qbꝰ hic toga calceꝰ hic est.¶ O.añ.l.breuis ẽ:ut colõ qđ iterp̃tat̃ mẽbrũ.scribit̃.n.a græcis p.o.micrõ.uñ & ab eo cõposita & deriuata breuiãt.ut monocolõ.dicolõ.tetracolõ.ꝓducũt uero boletꝰ.i.Iuue.boletꝰ dño sed q̃lẽ claudiꝰ edit.¶ Bola.e.Ver.vi.æne.castrũq; iui.boláq; coráq;.uñ bolanus.a.ũ.& bolanꝰ nomẽ uiri ꝓpriũ.Hor.o te bolãe cerebri fœlicẽ aiebã.¶ Colũ.i.istrum quo aliqd colat̃.Ver.ii.ge.colaq; p̃lorũ fumosis deripe tectis hic ẽ colo.as.¶ Colyphiũ.ii.Iuu.luctãt̃ pauce comedũt colliphia pauce.Geor.merula p duplex.ll.scribi debere putat:qa deriuat̃ ab eo qđ ẽ collix:q est panis subcinericiꝰ.¶ Doliũ.ii.Iu.tãq̃ alta i dolia lõgꝰ deciderit serpẽs bibit & uomit.¶ Dolõ.onis.Dolõ quoq; p gñe teli:qm̃ a dolo deriuat̃ primã breuiat.Ver.vii.æn.Oui.i epi.penelopes.rettulit i bellẽ rhesũ dolonaq; cæsos.¶ Moles.is.Ver.i.æn.mirat̃ molẽ æneas magalia quõdã.idẽ ẽ molior.ris.& amolior.iris.Idẽ i eodẽ.molirique arcẽ & mãibꝰ subuoluere saxa.¶ Moly.yos.herba ab homero celebrata.Ver.in priape.quẽ cur moly uocat:mẽtula moly fuit.Oui.xiii.me.moly uocãt sup nigra radice tenet̃.¶ Nola.e.Sylli.xiiii.pũi.hic ad chalcidicã trãsfert citꝰ agmia nolã ¶ Nolo nõuis.Mar.splẽdida fit nimiũ sordida nolo cutis.Olearos.isula ꝓpe euboeã.Ver.iii.æn.olearõ niueãq; parõ:sparsasq; p æquor.¶ Olenos.i.oppidũ boeotie.Pa.iiii.the.olenos ioniis & fluctibꝰ hospita portu.uñ.Oui.iii.me.dixit olenie sidus pluuiale capelle.¶ Olim.aduer.Ver.i.æn.certe hic Romãos olĩ uoluẽtibꝰ annis.¶ Prolixꝰ.a.ũ.Idẽ i bu.hirsutũq; supciliũ ꝓlixaq; barba.¶ Proles.is.idẽ in.iiii.æn.nec ꝓlẽ ausoniã & lauinia respicit arua.¶ Polypꝰ.i.& polidamas.antis.primã ꝓducũt cũ reliq̃ a poly qđ iterp̃tat̃ multũ cõposita breuiẽt.uñ & a qbusdã p.l.duplex scribunt̃.Oui.iiii.me.utq; sub æquoribꝰ depresum polypꝰ hostẽ.& ꝓ morbo.Hor.i.ser.delectat ueluti babinũ polipagne.Persi.nec mihi polidamas & troades labeonẽ.& Oui.xii.me.sed neq; deiphobũ neq; polydamãta nec ipm.¶ Solꝰ.a.ũ.Ver.iiii.æn.sola domo meret uacua stratisq; relictis.¶ Solor.aris.idẽ in.i.solabar fatis cõtraria fata repẽdẽs.¶ Solers.tis.a quo est solertia.& solẽnis a plerisq; p duplex.l.scribũt̃.Tibullꝰ prius aratra mãu solerti fecit osyris.Oui.ix.me.huc licet ex toto solertia cõfluat orbe.Ver.iiii.æne.annua uota tñ.solẽnesq; ex ordine põpas.¶ Tmolus.i.idẽ primo geor.nõne uides croceos ut tmolus odores.Ouid.x.meta.indice sub tmolo certamẽ uenit ad impar.

O.ante.m.lõga ẽ:ut Doma.tis. Vomer ul'uomis. eris.Como.is.Comessor.aris Breuiãt uero.Bromius.ii.Coma.æ.Comes.tis.Chromis.is.Comedo.is.Dñs.i.Dom9.us.Domo.as. Glomero.as: Homo.nis.Homerus.i.Nomas.adis. Omasũ.i. Omitto.is.Stomachus.i.Tomos.i.Vomo.is.

O.ante.n.breuis:est ut bonus.a.ũ. ꝓducũt uero: Conor.aris.Cone.es.Conopæũ.i.Conus.i.Donũ.i.Monychus.i.Nonus.a.ũ.Nonæ.arũ. Pronus.a.um.Pono.is.Pone præpositio.& aduerbiũ. Zona.æ.& agonia cõposita, & deriuata:de quibus in mediis syllabis dicetur.

O.ante.p.breuis est:ut opis opem ab ope.& ĩ plurali opes.Sopor.oris.producunt uero copa.æ.n.p.fœminæ.Copia.æ.Copula.æ.Copo.onis.Cophos.i.surdus.Opis.is.nympha.Opilio.lionis. Populus.i.pro arbore. Popeanũ.i.Poples.itis. Propino propinas.indifferẽtẽ habet. Popysma .atis.Sopio.is.Stlopus.i.

O.ante.q.breuis est:ut loquor.eris.Coquo.is.

Ouidius.Sis argumentum maius.an auxilium.idem tu quoq; fac proſis intra tua clauſtra iacenti. Secunda quoq; perſona ſingularis præſentis indicatiui modi quartæ coniugationis.ut audio audis.uenio uenis.neſcio neſcis.Propertius:non audis & uerba ſinis mea ludere cum iam.Vergilius ſecundo æneidos. Expectate uenis.ut te poſt multa tuorum.Reperitur tamen breuis apud Sedulium in paſchali cũ dixit peruenis ad Chriſtum.non Chriſtus peruenit ad te:niſi forte eſt a ueno.is.tertiæ coniugationis quemadmodum ſupra in uerbis diuerſarum coniugationum diximus.¶ Os.terminalis producitur.ut ros.mos.dominos.¶ Breuiant uero.Os oſſis.ut auctor eſt Priſcianus.ſed auctoritate non probat.¶ Os.oris.producit. Vergilius primo æneidos.Virginis os habitumq; gerens & uirginis arma.Idem in eodẽ.Os humeroſq; deo ſimilis: namq; ipſa decoram.¶ Compos compotis.& impos impotis eodem auctore breuiant. ¶ Et nomina græca in os deſinentia ut abidos.chaos.i.ſamos leſbos.Ouidius in epiſtola.leandri ſolueret in ſpeculis omnis abydos erat. Vergilius ſexto æneidos.Et chaos & phlegeton.loca nocte ſilentia late.¶ Quæ uero ad tertiam nominum declinationem latinam referuntur.aut declinatione attica mittunt in.o.genitiuum:producunt ut egoceros.otis. thinoceros.otis.appollos appollo.athos athon.Iuuenalis uelificatus athos.& quicquid græcia mendax. Genitiuus quoq; græcus cum exit in os breuiatur.ut tereus tereos.Martialis.Flet philomena nephas inceſti tereos. & quæ arcas arcados. Ouidius primo meta.Arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni.

Vs.terminalis breuis est:ut dñs amamus. Producũt uero. Tellus.uris. Incus.udis. Subscus.udis. Et noīa monosyllaba.ut Grus.uis. Thus.uris. & quæ mittũt genitiuũ in.utis.penultima lōga.ut uirtus.utis. Et noīa græca mittentia gtm̃ in untis uel.odis.uel ĩ.u.ut amathus.ũtis.melãpus odis.pāth'.u. Gtũs quoq; singularis.& ntũs actũs & utũs q̃rtæ declinationis.ut Manus sensus.

T.terminalis breuis est:ut Caput amat.

Ois syllaba in fine carminis aut ꝓsæ oratiōis clausula indifferens est.quia lōga pro breui.& breuis pro longa inuicem ponuntur.

Dictiones barbaræ quæ accentu acuto in fine proferunť in q̃cũq; lr̃am desinãt ultimas syllabas ꝓducũt.ut Iacob.Ioseph.Alaric.leonor.Enric.

ℭDe pedib' q̄ syllabis cōstãt.Cap.vii.

PEs est sublatio ac positio duarũ amplius ue syllabarum spacio compræhensa.

ℭANTO. Vs.terminalis breuis est:ut dominus.i.corpus.oris.producunt uero tellus.uris.Verg.iiii.aneī. Deueniunt prima & tellus & ꝓnuba iuno.¶ Incus udis finalē ꝓducere ex obliquis cõiectamus:tam etsi palus paludis in recto breuiet:& in obliquis ꝓducat.Hora.in poe.regis opus:sterilisq; diu palus aptaq; remis.¶ Et noīa monosyllaba ut grus.is.sus.is.thus.uris.ius.iuris.Mar.in ius.o fallax atq; inficiator eamus.¶ Et quæ mittunt gtm̃ in.utis.penultima lōga.ut uirtus.utis.nã intercus gtm̃ in obliquis breuiat:in recto quoq; breuiare suspicamur.¶ Et noīa græca mittẽtia gtm̃ in.utis.uel in.odis.uel in.u.qm̃ a græcis in oys diphthōgõ quæ apud nos uertiť in.u.terminanť ut amathus untis.Verg.x.æne.est amathus ē celsa mihi paphos atq; cythera.¶ Panthus.u.Idē in.ii.panthus o triades custos phœbiq; sacerdos.atq; eadē ratione Iesus ꝓducitur.¶ Gtũs quoq; singularis &c.ut gtõ sensus ntõ plurali sensus.actõ sensus.utõ o sensus.¶ T.terminalis breuis est:ut amat.caput.sicut.qđ intelligendũ est si nõ ꝓcedat alia cõsonans:aut diphthõgus ut amāt ast.aut.¶ In abscissis uero ꝓducitur.ut cũ dicit.Verg.iii.æne.fumat neptunia troia:prosumauit.ut exponit.Seruius positũ est:sed hic produciť positione Iuue.quis nescit.aut quis non uidit uulnera pali.sed dicet quispiã hoc loco semipenthemimeri esse.Quid qđ Martiani auctoritate dictiões in.t.desinẽtes idifferentes esse possunt q̃uis in usu auctorũ prope semper breuiať.¶ Omnis syllaba.huius regule auctores sunt Cicero & Quintili.Ruffinus quoq; de pedibus oratorum sic inquit.breuis ultima claudet lōga sit an breuis nullũ discrimen habeť:ut solet in metris doctus cõponere uates.Itaq; in fine carminis siue clausularũ quæ prosa oratione cõscribunť:syllabæ finales indifferenter poi possunt.hoc est longa ꝓ breui.& breuis pro longa.Hora.i.car.iam satis dire niuis atq; dure in fine spondeũ posuit pro trocheo.est enim carmē saphicũ.¶ E cõtrario.Ver.primo æne.Italiam fato ꝓfugus lauinaq; uenit trocheũ posuit pro spondeo.troheus enim nõ recipiť in uersu heroico ut putauit Alexã.¶ Dictiones barbaræ hæc regula colligiť ex iis quæ multis in locis a nobis sunt repetita.dicit igitur qđ dictiões barbaræ quale sunt hæbraice.ut Iacob Abraã Ioseph.& gotice:ut theodoric.alaric.roderic.frederic.& hispane:ut Isabel.leonor.guiomar.& teutonice.ut máric.enric.amalric.quæ accentu acuto proferunť in quãcũq; lr̃am desinant ultimas syllabas ꝓducunt.Cuius signũ est qđ cũ ex ratione declinationis latine syllabã adiicimus:accentus remanet in eadē.qđ nõ faceremus nisi syllaba illa esset lõga.ut Iacob Iacobus.Abrahã abrahamus.Ioseph iosephus.Theodoric theodoricus.Alaric alaricus.Roderic rodericus.Isabel isabela.Leonor leonora.Guiomar guiomara.Manric manricus.Enric enricus.Amalric amalricus.

ℭDe pedibus.Caput.vii.

PEs est sublatio.huc usq; disputatũ est a nobis de q̃titate syllabaꝝ:nũc uero cõsequēs est ut de pedibus dicamus:q eo mõ syllabis cõstãt:quo syllabæ ex lr̃is cõficiunť.Principio itaq; poniť pedis diffinitio ex Diomede sumpta.pes inqt est sublatio ac positio.i.cõstat ex sublatiõe ac positiõe cõpræhēsa spacio duaꝝ aut amplius hoc est pluriũ syllabarũ.qa ex una syllaba nõ pōt eē pes etiã si lõga sit.Sublatio nãq; & positio nõ in tpibus:sed ĩ syllabis debet fieri.Addit quoq; idē auctor aliã dfiaꝫ iisdē poene uerbis.pes inqt est poetice dictiõis duaꝝ amplius ue syllabaꝝ ex certa tēpoꝝ obseruatiõe modus:recipiēs arsin & thesin.i.q icipit ablatiõe & finiť positiõe.nã arsis græce interꝑtať eleuatio.thesis uero positio.Dicti sũt āt pedes qa quēadmõdũ nos pedib9 ãbulamus:ita & uersus pedibus icedũt:ad qđ uŕ respexisse.Ver.cũ in.i.geo.scripsit.ferte simul fauniq; pedē driadesq; puelle.Aut pedes dicti sũt:qa illis eo mõ uersus mensuraŕ:quo nos spacia pedibus metiri cõsueuimus.Nã Aristo.auctore.x.m.li.in quolibet gñe q̃titatis ē aliqd unũ:quo reliq̃ metimur & ē minimũ ĩ illo gñe quēadmodũ in numeris unitas.in uocibus diesis digitus:aut ulna.aut pes aut passus.aut aliqd simile in q̃titate cõtinua.Hinc igiť trãslatũ est ut uersũ ita pedibus metiremur:quēadmodũ arce cubiculi atrii.cenaculi.aut cuiuscũq; alterius spacii lõgitudinē latitudinēq;.Accidũt aũt pedi sex nũerus syllabaꝝ.tpa.sublatio.& positio.iter utrãq; ꝓportio.figura ordo.Syllabæ in pede ut parũ debēt eē duæ.ut paulo añ diximus.Itaq; pedis cuiusq; syllabæ aut sũt duæ.aut tres.aut q̃ttuor.aut qnq;.quãq̃ pedes q sũt pluriũ q̃ triũ syllabaꝝ:cõpositi sint.ut paulo post dicemus.Tēpora in pede aut sunt duo.ut in pirrhichio.aut tria ut in iãbo & trocheo:aut q̃ttuor.ut in spõdeo & dactilo.& eodē mõ de reliqs.Sublatio siue arsis est q̃ pedis tpa in priori sua pte eleuanť.positio siue thesis q̃ pedis tpa ĩ posteriori sua pte deponunť.Nã cũ pedis tpa in duas ptes diuidanť.prior arsi eleuať.posterior thesi deprimiť.Proportio quoq; accidit pedis ptibus illis iter se cõpatis.Est.n.ꝓportio.cũ duas q̃titates iter se cõpamus.ꝓportio itaq; inter cu-

Duarũ igitᷣ syllabarũ pedes quattuor tantũ sunt.
Pyrrhichius duabus syllabis breuibus constat:ut Deus.furor.amat.
Spondeus constat duabus syllabis longis.ut montes.gentes.audi.
Iambus constat ex longa & breui:ut dies.
Trocheus constat ex breui & longa:ut sanguis.
Trium syllabarum pedes sunt octo tantum.
Tribrachus ex tribus breuibus.ut dominus.
Dactylus ex lõga & duabus breuibus:ut tẽpora.
Anapestus ex duabus breuibus & longa.ut dños.

iusq; pedis partis aut est equa aut dupla.aut tripla.aut sesquialtera.aut sesquitertia.Equa diuisio est quotiẽs sublatio pedis in tẽporibus par est positiõi.ut in pirrhichio spõdeo dactilo anapesto.pceleumatico.dispondeo.coriãbo.horũ enim arsis tantũ in se habet quãtũ & thesis.Dupla uero est quotiens pedis sublatio duplo maior aut duplo minor q̃ positio.ut in trocheo iãbo & duobus ionicis.nã in trocheo arsis duo habet tẽpora: thesis uero unũ.Ecõtrario in iambo arsis unũ tẽpus habet.thesis duo.In ionico a maiori arsis duo habet tempora.thesis uero quattuor.Ecõtrario in ionico a minori arsis quattuor habet tẽpora thesis uero duo. Tripla uero est quotiens sublatio triplo maior est q̃ positio.qđ soli amphibracho cõtingit. Sesquialtera pportio est quotiẽs arsis continet tantũ tẽporis quantũ & thesis & ultra hoc illius dimidiũ:aut ecõtrario ut in bacchio & amphimacro & quattuor peonibus.q pedes cũ tẽporibus quinq; cõstent:si cõparent tria sublationis ad duo positiõis:aut ecõtrario sesquialtera pportio resultabit.Sesquitertia proportio est:quotiẽs arsis tot cõtinet tempora qđ thesis aut ecõtrario:& ultra hoc illius tertiã partem ut in epitritis:qui cũ sint tẽporũ sepẽ si cõparentur quattuor ad tria:fit pportio sesquitertia.quã graeci epitritã uocãt:a qua & quattuor pedes apitriti sunt appellati. Figura etiam in pedibus repitur:qm̃ alii sunt simplices:ut illi qui cõstant binis uel ternis syllabis:alii cõpositi:ut qui constant quaternis aut quinis aut pluribus syllabis:nã ex duobus simplicibus cõponuntur.ut proceleumaticus ex duobus pyrrhichiis.choriãbus ex choreo & iambo.pyrrhianapestus ex pyrrhichio & anapesto.Ordo praeterea accidit pedibus quoniam in uersu alii aliis in locis siue regionibus disponuntur: ut in saphico trocheus in primo loco.spondeus in secundo dactylus in tertio.trocheus in quarto.& iterum trocheus in quinto.& eodem modo de reliquis quemadmodum capite in sequenti differemus.¶ Duarũ igitur syllabarum.quoniam diximus numerum syllabarum pedi accidere.atq; esse duas aut tres aut quattuor aut deinceps.Primo ponit pedes qui duabus syllabis constant.& sunt tantum quattuor:qui numerus ex eo colligitur quod aut utraq; est breuis & est pyrrhichius.aut utraq; longa & est spondeus.aut prima breuis & altera longa:& est iãbus.aut e diuerso prima longa & altera breuis:& est trocheus.¶ Pyrrhichius itaq; constat duabus syllabis breuibus totidemq; temporibus:ut Deus:furor amat.docet.Hic a graecis dibrachus appellatur. quia duas syllabas habet breues:dicetur etiam periambus:& egeon.Pyrrhichius ut auctor est Diomedes dictus est a pyrrhicha saltatione:uel a pyrrho Achillis filio a quo metrum pyrrhichium est cognominatum. alii a concitatione quadam ignea qua mouetur pyrrhichium appellatum esse dicunt. ¶ Spondeus pyrrhichio contrarius constat ex duabus syllabis longis & quattuor temporibus.ut montes.heros.audis. dictus.ut auctor est Diomedes quod in templis hoc pede quaedam carmina spondentes hoc est libantes decantabant. sponde enim libamentum iterpraetatur numa Pompilius:ut idem auctor inquit:rei diuine deditus hunc pedem pontificium appellauit.¶ Iambus constat ex prima breui & secunda longa temporum trium. ut dies. amas.doces.dictus.ut Diomedes ait:a iambizim.hoc est a maledicendo.est enim pes uersibus maledicis aptissimus uel a iambe celei & menaline uxoris famula:quae cererem dum proserpinam quaereret ad eos delatam maledictis isectata est.Hunc pedem appuli a dauno duce suo daunium appellarunt.Alii gradalẽ martiq; gradiuo sacrum:qđ gradarie pugne huius effectu mouerentur.De quo inquit.Horatius in poe. syllaba longa breui subiecta uocatur iambus pes citus.unde etiam trimeris accedere iussit. ¶ Trocheus qui & choreus cognominatur.iambo contrarius cõstat ex prima longa & secunda breui trium tẽporum. ut sanguis tẽpus.audit.dictus est autem a trechin hoc est a currendo.uel a trocho.i.rota:quia in uersu rotatim ac uolubiliter fluit.Hunc a Mercurio repertum ferunt.Aurunci uero italiae populi hunc pedem rutulũ a rutulis italiae populis appellarũt.Trium syllabarũ pedes octo sunt aut enim omnes tres sunt breues:& appellatur tribrachus.aut prima est longa & duae breues:uocaturq; dactilus.aut primae duae breues & tertia longa & uocat anapestus.aut prima breuis & duae longae:& uocatur bachius:aut prima & secũda longe & tertia breuis. & uocatur Antibachius.aut prima lõga.secũda breuis.& tertia rursus lõga:& uocatur amphimacer. aut ecõtrario prima breuis & secũda longa & tertia iterũ breuis;& uocatur Amphibrachus aut oẽs tres sunt lõge & uocatᷣ Molossos.¶ Tribrachus igitur cõstat ex tribus syllabis breuibus totidẽq; tẽporibus. ut dominus. anima legimus.dictus est autem tribrachus quasi trisbreuis.quoniam tres syllabas habet breues.¶ Dactylus cõstat ex prima lõga & duabus breuibus quattuorq; tpibus.ut tẽpora corpora.audiat.Appellatus est aũt dactylus a tactu digitorũ qui praeter pollicem ternis internodiis siue articulis constant.graece namq; dactylus latinae digitus est. Vel dictus est:ut alii putant: ab ideis dactylis crete populis qui Iouem infantem in ida silua crete educarunt:atq; huius pedis rhithmica compositione & timpanorũ atq; eris tinnitu uagitum pueri occultauerunt.¶ Anapestus dactylo contrarius constat ex prima & secunda breuibus & tertia longa quattuorq; temporibus ut dominos.animos.docui dictus anapestus ab anapin.hoc est repercutiendo:quia sono reciproco recurrendo dactylum repercutit.unde a graecis antidactylus est cognominatus.

Bacchius ex breui & duabus longis.ut athenæ.
Antibacchius ex primis duabus lõgis & breui constat.ut natura.
Ampimacer ex prima & ultima longis media breui.ut aureos.
Amphibrachus ex prima & ultima breuib⁹ & media longa.ut amoris.
Molossus ex tribus longis.ut æneas.
Quattuor syllabarum pedes sunt sedecim.
Proceleumaticus:qui constat duobus pyrrichiis ut arietis.habiete.
Dispondeus ex duobus spondeis:ut oratores.
Dichoreus ex duobus choreis:ut cantilena.
Diiambus ex duobus iambis:ut propinquitas.
Coriambus ex choreo & iambo:ut nobilitas.
Antipastus ex iambo & trocheo:ut medulina.
Pæon prim⁹ ex choreo & pyrrhichio:ut temporib⁹.
Pæõ secũdus ex iambo & pirrhichio:ut colonia.
Pæon terti⁹ ex pyrrichio & troche.ut catamitus.
Pæon quartus ex pyrrhichio & iãbo:ut celeritas

¶ CANTO. Bacchius constat ex prima breui & reliquis duabus longis:tẽporibusq; quinq;.ut athene. sacerdos.amaui dictus bacchius:quia bacchãtibus dithyrrãbi hoc est uersus in laudes liberi pris hoc pede cõpositi cõueniebãt. ¶ Anthibachius bacchio cõtrarius cõstat primis duabus lõgis & tertiã breui:tpibusq; qnq;.ut natura fortũa audiret. dictus ab anti qđ est cõtra & bacchius:qa ut diximus bacchio est contrarius: unde ab aliis palibacchius est appellatus qa palin græce rursus siue ecõtrario iterpraetaẽ. Hũc pedẽ alii latinũ.alii saturniũ appellarũt. ¶ Amphimacer cõstat ex prima lõga.& secũda breui:& tertia iterũ lõga:tpibusq; quinq; ut aureos demones audiũt. appellatus est aũt ab amphi qđ est circũ & macros lõgos qa syllaba breuis utrinq; duabus lõgis claudiẽ. Hic quoq; pes creticus est appellatus qa cretes saltando eius rhithmica compositione utebanẽ. ¶ Amphibrachus syllabaꝝ ordine superiori cõtrarius cõstat prima breui.secũda longa. & tertia rursus breui quattuorq; tpibus. ut amoris carina amauit. dictus ab amphi circum & brachys breuis. qa syllaba lõga a duabus undiq; breuibus cõtineẽ. hũc alii scoliũ appellabant:qđ scolio q̃ erat cythare species couueniebat. ¶ Molossus cõstat ex tribus lõgis tpibusq; sex.ut Aeneas. Anchises. audiui. dictus qa molossi.hoc est epiroti ad bellũ pcedẽtes huius pedis modulata cõpositiõe utebanẽ. Hippius quoq; dictus est hic pes. qa æquestri pugne cõueniebat. hippos enim æquus interpraetatur. ¶ Quattuor syllabaꝝ pedes sũt sedecim. aut enim oẽs quattuor sunt breues:& uocaẽ pceleumaticus. aut oẽs quattuor sunt lõge: & uocatur dispõdeus &c. Sed quẽadmodũ supra diximus:quattuor atq; amplius syllabaꝝ pedes ex duarũ aut triũ syllabaꝝ pedibus componunẽ:itaq; maior illorũ pars ab illorũ coniugatiõe noia sortiunẽ. ¶ Proceleumaticus igitur pes ex duobus pyrrhichiis cõficitur. estq; tempoꝝ quattuor ut ariete. pariete. abiete. tenuia. Sed est aĩaduertendũ id qđ etiã Seruius notauit in illud Vergilii.i.geor. Tenuia nec lane.per coelũ uellera ferri. Proceleumaticus inquit est pro dactylo: q̃ rem quotiẽscunq; facit Verg. seruat locum synæresi.ut in buc. Tityre pascẽtes a flumine reiice capellas.& in.ii.æne. sectaq; intexũt abiete costas.& in eodẽ labat ariete crebro.& iterũ in eodem. uerẽt parietibus scale.& in.v.gẽna labant uastos q̃tit eger anhelitus art⁹ unde in reiice capellas ex duabus uocalib⁹.e.i.cõficiẽ lõga. itaq; erit dactylus.i abiete.ariete.pariete.quoniã.i.e.in unã syllabã lõgam coalescunt.cõficiturq; amphibrachus. q positiõe tantũ syllabarũ a dactylo differt. Dict⁹ est aũt proceleumaticus hic pes ut auctor est Valerius:a pceleuo hoc est horto.qa ii q se ad aliqđ opus faciendũ siue molem impellendã uel attolendã hortantur.hoc pede ob nimiã celeritatem syllabarũ utunẽ. unde Mart. lentos tingitis ad celeuma remos.& Hierony. in episto. quadã ad Heliodoꝝ. qm̃ escopulis enauigauit oratio:iam epilogi celeuma cantãdũ est. sic.n. appellaẽ cantus ille nauticus:quo pro reta remiges hortaẽ ut simul & quasi uno ictu siue impulsu remorũ incubentes nauẽ impellãt. ¶ Dispõdeus cõstat duobus spõdeis.hoc est quattuor syllabis longis temporibusq; octo.ut oratores.mecoenates.audiuisset. dictus est aũtẽ dispõdeus a dis qđ est bis & spõdeus:quia ex duobus spõdeis cõpositus est. ¶ Dichoreus cõstat ex duobus choreis siue trocheis.hoc est ex prima lõga. secunda breui.tertia longa.quarta breui.tẽporibusq; sex.ut cantilena.adiemus.dimicare.appellatusq; est dichoreus siue ditrocheus:quod ex duobus choreis siue trocheis cõponitur a quibusdã etiã catatrocheus dicitur. ¶ Diiambus superiori cõtrarius constat ex duobus iambis.hoc est prima breui.secunda longa tertia breui; quarta lõga.tẽporibusq; sex.ut propinquitas.propagines.amauerãt.dictus est aũt.qm̃ ex duobus iãbis cõponiẽ. ¶ Choriambus cõstat ex choreo hoc est trocheo & iãbo.i.prima lõga.secũda breui.tertia breui.& quarta lõga temporibusq; sex.ut nobilitas.armipotẽs.audierã. dictus qm̃ ex choreo & iãbo cõstat. ¶ Anapestus supiori cõtrarius cõstat ex iãbo & trocheo:hoc est ex prima breui. secũda longa.tertia lõga.& quarta breui. temporibusq; sex.ut medulina.saloninus.legebamus:dictus antipastus ab anti cõtra. ¶ Pæones quattuor sunt. cõstantq; singuli tẽporibus quinis.syllabis quattuor. sed tribus breuibus & una lõga.quæ si primo loco ponaẽ erit pæon primus qui cõponitur ex trocheo & pyrrhichio ut temporibus.corporibus.legeritis. Si syllaba longa secundo loco ponatur:erit pæon secundus qui constat ex iambo & pyrrhichio.ut colonia.amaueris. Si syllaba longa ponatur in tertio loco:erit pæon tertius.qui constat ex pyrrhichio & trocheo ut catamitus legeremus. Si syllaba longa ponatur in quarto loco erit pæon quartus:qui constat ex pyrrhichio & iambo.ut facilitas.docuerant. dicti sunt autem pæones a pæonibus populis:qui forte illis pedibus in carmine utebantur.

CANTO. Epitriti pedes q & hippii appellātur:q̄ttuor quoq; sūt:cōstātq; singuli tpibus septēis:syllabis q̄t tuor.sed trib9 lōgis & una breui.q si primo loco pōatur.erit epitritus prim9:q cōponit ex iambo & spōdeo. ut sacerdotes amauerūt.Si syllaba breuis pōant in scdo loco.erit epitritus scds: q cōponit ex trocheo & spō deo.ut cōditores audierūt.Si syllaba breuis ponat i tertio loco:erit epitritus tertius:q cōponit ex spōdeo & iambo ut discordie.audierant.Si syllaba breuis ponat in quarto loco:erit epitritus quartus qui componitur ex spōdeo & trocheo.ut oratores.audiuistis. Dicti sunt āt epitriti ut diximus quia arsis & thesis horū pedū in epitrita hoc est sesquitertia ꝓportione sūt. ☞ Ionici pedes duo sūt.cōstātq; singuli tpibus senis & quattuor syllabis duabus lōgis totidē que breuibus.qđ si duæ syllabæ breues præcedant totidēq; longe sequant. erit ionicus a maiori.qui cōponitur ex pyrrhichio & spondeo ut diomedes.docuissent.Si uero duæ syllabæ lōgæ præcedāt totidēq; breues sequātur erit ionicus a minori.q cōponitur ex spondeo & pyrrhichio.ut Demetrius audiuerat. dicti quod iones in carminibus eo pede utebantur. ☞ Sunt etiā quinq; syllabaꝝ pedes ex simplicibus quoq; cōpositi numero triginta duo ut orthius ex pyrrhichio & tribacho hoc est ex qnque syllabis breuis.Periambus ex trocheo & tribracho. hoc est ex lōga & quattuor breuibus.& reliqui de qbus Diomedes disseruit.q ad rōnem pedū simpliciū reducendi sunt & raro apud auctores noiatur. præterq̄ qđ dochini creba fit apud oratores mentio.Constat aūt dichinus ex bachio iambo.De quo Ruffinus rhethoricas pulcher structuras dochinus ornat pricipium bacchius erit:concludet iambus.Atq; idem iterū.Syllaba prima breuis cum syllaba longa secunda. tertia lōga.breuis quarta.productaq; quīta.Fit etiam hic pes ex iambo & cretico.siue amphimacro de quo idē Russinus primus iambus erit cum finem creticus explet.prima breuis.longeq; duæ.breuis ultima longa.exēplūque artia dabitur res publica nobis.quam Cicero casu genitiuo ponere gaudet.

Epitritus prim9 ex iābo & spōdeo:ut sacerdotes.
Epitrit9 secūd9 ex trocheo & spōdeo.ut cōditores.
Epitritus tertius ex spōdeo & iābo:ut discordiæ.
Epitrit9 quart9 ex spōdeo & trocheo ut audiuistis.
Ionicus a maiori ex pyrrhichio & spōdeo: ut Diomedes.
Ionic9 a mīori ex spōdeo & pirrhichio: ut demetri9

De metris. Cap. viii.

Metrū est pedū iunctura numero modoq; finita.Denoiat aūt aut ab auctorib9 ut alcaicū.archilochiū.hippōacticū. Aut a materia. ut heroicum.elegiacū.tragicū. Aut a pede frequentiori.ut iambicum.trochaicum.dactilicū.

De Metris. Caput. viii.

Metrum est pedū quēadmodū pedes ex syllabis cōstant:ita metra ex pedibus cōficiunt.Primo igitur ponit metri diffinitionē ex Diomede sumptā dicēs.ꝙ metrū est iunctura pedū finita numero & modo.Metrū græce dicit:qđ iterpratat mensura.Latinæ uero uersus siue carmē potius dicitur.Est aūt uersus.ut idem Diomedes finit.legitima partium dispositio & pedū apte copulatio consonāti specie metricā exhibēs regulā.ac si dicat.metrū cōstat partibus oratiōis legitime dispositis.quarū syllabas metiunt pedes.unde resultat cōsonantia & quædā carminis uolubilitas. Dictus est aūt uersus aut a uertēdo.qđ tam diu uerti debet quo ad recte cōstituat.dicente Horatio in poetria. & male tornatos incudi reddere uersus.uel ab eo potius qđ uno uersu finito ad principiū sequētis reuertimur.tractūq; uidet a sulco.qui ex eo uersus dicit.ut apud Verg.in.iiii.geor.ille etiā seras in uersum distulit ulmos. Versus etiā teste Varrone in primo de re rustica erat terre spaciū centū pedes quoquo uersus quadratū. Carmē dicit a canēdo.qđ tū unū tm̄ uersum significat.ut apud Ver.iii.æne.Rem carmine signo & subiecit unū tm̄ uersum æneas hæc de danais uictoribus arma subaudi posuit. aliquādo totū poema siue opus uersibus cōpositū carmē appellatur.ut tota æneis.Verg.metamorphosis Ouidii.pharsalia Lucani.Sed cū unicus uersus est.monostichum dicitur cū duo uersus distichū.cum quattuor tetrastichū. cū uero uersus dimidiū hemistichiū dicitur. ☞ Metra igit siue carmina siue uersus aut denoiat ab auctoribus. ut alcaicū ab alceo poeta mityleneo aut archilochiū ab archilocho.aut hippōacticū ab hippōacte.aut pīdaricū a pīdaro. aut anacreūtiū ab anacreōte.aut asclepiadeū ab asclepiade.aut bacchilidiū a bacchilide. aut alemāiū ab alemāe.aut stersichoriū ab stersichoro.aut ibiciū ab ibico.aut sapphicū a sappho.aut hōericū ab homero. ☞ Aut a materia ut heroicū:quo heroū res geste cū laude scribunt.tragicū:quo heroū fortuna in aduersis.Elegum: quo res flebiles quales sunt amatorū & mortuorū.Bucolicū quo res pastoricie.Georgicū:quo res rustice canuntur.Lyricū quod in materia diuersa ad lyram canebatur. ☞ Satyricum:quo uitia hominū taxantur:cui respondet apud græcos comedia Priscia. ☞ Iambicum quo maledicimus & inuehimur in aliquem. Nam comedia noua: est qua res atq; persone humiles compræhenduntur.Est autem & hæc multiplex. qui aut est togata: quæ habet argumentum latinum.aut palliata.quæ habet argumentum græcum.aut prætexata.in qua. eorum personæ qui prætexte toge usum habent inducuntur.aut attellane in qua introducte personæ iocis quibusdam lasciuis se lacessebant.Planipedes: in qua minimi inducebantur. Aut a pede frequentiori:a quo nouem metrorum genera denominantur. Iambicum.trochaicum.dactylicum.anapesticum.choriambicum. peonicū. ionicum a maiori.ionicum. a minori antipasticum. Sed nos illa tantum in quolibet genere degustabimus: quæ sunt magis in usu apud auctores.curiosos uero ad seruium Diomedem.theodosiumq; remittimus: & siqui sunt qui hac de re copiosius scripserunt.

Aut a numero pedum.ut hexametrū pentametrū terrametrum.Aut a numero ſyllabarum ut endecaſyllabum.duo decaſyllabum.

Præterea aut deficit una ſyllaba.& dicitur catalecticus.aut deficit duabus & dicitur brachicatalecticus.aut abondat una ſyllaba aut pluribus & dicitur hypercatalecticus:ſiue hypermeter aut neq; abondat neq; deficit & dicitur acatalecticus.

Conſtat præterea carmen unico genere uerſus:appellaturq; monocolō ut æneis. Vergilii. aut duplici genere uerſus appellaturq; dicolon.

Præterea carmē aut eſt diſtrophō.hoc eſt cum tertius uerſus primo ſilis eſt.q̃rtus ſcdo ut in carmine elego quod ex diſtichis cōſtat.aut terraſtrophō cū quintus primo.ſecundo ſextus tertio ſeptimus.q̃rto octauus ſiſes ſunt.ut in carmine ſaphico:quod per tetraſtica digeritur.

Hexametrum igitur carmen. quod etiam heroicū appellatur:conſtat dactylo & ſpondeo indifferenter niſi quod in quinta regione frequentior eſt dactylus.in ſexta ſpondeus: ut arma uirumq; cano: troiæ qui primus ab oris.

CANTO. Aut a numero pedum.ut hexametrum:quod ſex habet pedes dactylos ſiue ſpondeos indifferenter.pentametrum:quod quinq;.terrametrum quod quattuor.ut in iambico octonario:in quo duo pedes pro uno computantur.trimetrum.quod tres ut in iambico ſenario.dimetrum quod duos.ut in iambico quaternario. Aut a numero ſyllabarum ut endecaſſyllabum.quod ſyllabas undecim continet.quale eſt phaleuticum & ſapphicum . pentaſyllabum:quale eſt adonicum.aut heptaſyllabum:quale eſt glyconicum.¶ Præterea aut deficit.aliud præſupponit documentum:quod uerſus aut deficit una ſyllaba: & dicitur catalecticus.aut duabus &c. de quibus in quolibet genere ubi opus fuerit ſingulatim dicem9.¶ Cōſtat præterea carmen . dicit quemadmodum inter ſe ſuperiora uerſuum genera iungatur. Nam & ſi ex quolibet ſimplici genere uerſus poema confici poteſt : inueniuntur tñ apud auctores aliquando permixta. non quidē oia paſſim.ſed quædā cū aliquibus.¶ Itaq; carmē qđ unico genere uerſus cōponiſ : monocolon id eſt unimēbre diciſ:quale eſt heroicum.ut Ver.æneis.bucolica & georgica eiuſdē. Qui.meta.& phaleuticū.ut complura catulli atq; Martia.epigrāmata.Aut eſt dicolon id eſt bimembre:hoc eſt duplici genere uerſus cōſtās quale eſt carmē elegū:in quo uerſus pētameter hexametro ſubiciſ : & ſaphica permixta adonicis. Aut eſt tricolon id eſt trimēbre.hoc eſt triplici genere uerſus cōpoſitū qua figura ſunt cōplures ode apud Hora . qualis eſt illa apud eundē in.i.lib.car.cuius.initiū eſt . quis multa gracilis te puer in roſa.Perfuſus liquidis urget odoribus . grato pyrrha ſub antro. cui flauā religas comā.Cōſtat.n.duobus aſclepiadeis & tertio pherecratio & quarto glyconico.¶ Præterea carmē aut ē.diſtrophō. hoc eſt poſt duos pedes cōuerſionē habens ad primū.dis.n.bis īterpræta ſ:& ſtrophe cōuerſio. Aut tetraſtrophō hoc eſt cū poſt quattuor pedes in orbē fit reditus ad primū: qđ tetra q̃tuor īterprætaſ.& ſtrophe.es . ut diximus eſt cōuerſio.exēpla utriuſq; generis paſſim reperies.Hexametrum igiſ carmen.Principio igitur de uerſo hexametro diſſerit.hexameter dicitur:quia ſex pedibus conſtat.heroicus a materia quoniam ut diximus: hoc genere carminis res geſte heroum deſcribe maximæ conſueuerunt : ut a Vergilio æneid.a Lucano.Cæſaris & Pōpei.a Valerio flacco argonautarū.a Silio italico Romanoꝝ.dicente Horatio in poetria res geſte regumq; ducūq; & triſtia bella:carmine quo ſcribi poſſent mōſtrauit homerus. Homerus nāq; Iliada atq; odiſſeā hoc uerſu ſcripſi:unde & homericus a qbuſdā appellaſ . Sed deinde receptū ē ut aliæ quoq; res hoc genere carminis deſcriberentur:ut a Lucillio Hora.Perſio.& Iuue.ſatyre . a Lucretio natura rerū.a Mālio aſtronomica.a Vergilio buccolica & georgica.ab Ouidio metamorphoſis.Dicitur etiā hic uerſus pythius hoc eſt appollineus.qm̄ appollo pythius a pythōne ſagittis cōfecto ſic appellatus eo uerſus genere per ſyllabas reſponſa dare conſueuit atq; ut auctor eſt Euſebius Pamhilipomonoe prima ex numero ſyllabarū hexametris uerſibus futura cecinit. Appellatur & ſpōdaicus.quia in omnibus aut pleriſq; locis ſpōdeum habere poteſt.quin potius ut Diomedes auctor eſt.eius initium ſpondeis conſtitit.Nam ut ait:cum apollo in ultionem latone matris pythona ſerpentem necaſſet:incole carmen ſex ſpondeis fecerunt:quod deinde ſoluta ſpondei poſteriori ſyllaba manente eadem quantitate dactylum recepit.Priſcia.econtrario dactyli cum appellat quia dactylis aut ſpondeis qui in dactylos ſoluuntur conſtat.Epicus quoq; appellatur.atq; ipſum poema quod eo uerſu deſcribitur epos.Eſt autem epos carmen.quæ res diuine humane atq; heroice continentur.quod apud latinos primus omnium Liuius andronicus ſcripſit Hexameter itaq; uerſus . qui & ſenarius dici poteſt.conſtat dactylo uel ſpondeo indifferenter niſi quod in quinto loco frequentior eſt dactylus ubi etiam nonnunq̃ reperitur ſpondeus.ut apud Vergilius in bucco.cara deum ſoboles magnum Iouis incremētum.& in tertio æneidos cornua uelatarum obuertimus antennarum & alio loco.aut leues ocreas lento ducūt argēto.In ſexto quoq; loco ſp fere eſt ſpō deus niſi in qbuſdā uerſibus hiper metris hoc eſt ſupabūdātibus: quā redūdātiā excipiūt uerſus q ſequunſ a uocali īcipiētes:facta eclipſi aut ſynalepha.Itaq; uitiū qđ erat in fine uerſus:cōtinuatio ſequētis emēdat.Ver.ii.geo.Inſeriſ uero ex fetu nucis arbutus horrida.ubi in ſexto loco dactylus eſt:ſed exteriſ ultima ſyllaba.qa ſequiſ uerſus incipiēs a uocali.& ſteriles platani malos geſſere ualētes.Idē in eodem in ſexto loco antibacchiū ſiue moloſſum poſuit dicēs.aut dulcis muſti Vulcano deco-

quit humorem.ſed diſpungitur ſyllaba finalis:quia ſequit̃ uerſus a uocali icipiens:aut ſoliis undam tepidi deſpumat aheni.Deperit̃ ẽt dactylus in ſexto loco:ſed due ſyllabæ breues reſoluunt̃ in unã lõgã:efficiturq; ſpondeus.Verg.in buc.Nec tñ rhodope miraẽ & iſmarus orphea.Idẽ.i.æne.Atria dependent lychni laquearibus aureis.Itaq; uerſus hexametri ſũma cõſtat q̃ttuor & uiginti tp̃ibus.cũ dactyli & ſpondei q̃terna habeãt tp̃a.Nam qd̃ quidã dixerũt poſſe in fine recipere trocheũ:cũ de ultimis ſyllabis ageremus explोſum eſt:qa ut diximus apud poetas ultima ſyllaba uerſus:& apud oratores ultima clauſule idifferens eſt.atq; ut rõ carminis exigit:aut pro ſe:lõga ꝓ breui & breuis ꝓ longa ponit̃.Qd etiam in pentemimeri plerunq;.in heptemimeri nõnunq̃ in ſemipentemimeri ſed raro reperit̃:ut ſtatim dicemus.ſed excuſat̃ uitiũ qm̃ ſilentiũ illud qd̃ fit in cæſura ſupplet tp̃s quu ſyllaba breuis erat minor.Recipit quoq; uerſus hexameter alios pedes nõ earundẽ ſyllabaꝝ:ſed eorundẽ tp̃oꝝ.ut ꝓceleumaticũ:qui dactylu uel ſpondeo in tp̃ibus equalis ẽ de quo ſuo in loco diximus.Recipit ꝑterea anapeſtũ qui etiã dactylo uel ſpondeo ſpatio tp̃oꝝ equiparat̃ : ſed raro ut apud Vergil.i.georgi.fluuiorum rex eridanus campoſq; per omnes.ubi in prima regione anapeſtus collocatur.Põt aũt habere oĩbus in locis dactylos.ut apud Verg.pandit̃ iterea domus oĩpotentis olympi.& illud eiuſdẽ.q̃drupedante putreni ſonitu quatit ungula campũ.Põt hẽre & ſpondeos oẽs ꝑterq̃ in una regione.ut apud eundẽ.i.æne.tu ne ille æneas quẽ dardanio anchiſe.& in.iii.armatũq; auro circũſpicit oriona.nã carmẽ qd ſex ſpondeis conſtet nuſq̃ reperit̃:niſi qs de induſtria faciat.ut ſi qs uno uerbo mutato ex carmine Verg.dixerit aut leues peltas lento ducũt argento.Quare ut Priſcia.de duodecim carminibus ait:uerſus hexameter duas.&.xx.figuras hẽre põt:q colligunt̃ ex uarietate dactyli & ſpõdei in ſex regiõibus uario mõ poſitoꝝ.q̃ rẽ iõ i pñaꝝ omittamus:qa facilis ẽ.atq; ẽt inertiſſimo cuiq; obuia & expoſita.Illd tñ nõ ẽ omittẽdũ hoc eſt genus carminis tres poſſe recipe ceſuras:q græci cõmota uocãt.hoc ẽ pẽtemimeri heptemimeri hemipẽthemimeri.Nã trocaicã omittamus:q fit cũ i tertio pede dictio trocheo terminat̃ ut apd̃ Ver.i bu.nil nr̃i miſerere.mori me dẽiq; cogis.Igit̃ pẽtemimeris.hoc ẽ ſemiqnaria diuiſio ẽ.cũ poſt duos pedes iuẽit̃ ſyllaba partẽ o͞rõnis terminans.ut arma uirũq; cano.poſt duos nãq; dactylos nõ ſyllaba ceſurã uerſus fecit.dicta eſt ãt pẽtemimeris a pẽte qd iterp̃tat̃ qnq;:& hemis ſemis.& meri diuiſio:q̃ſi diuiſio ſemiqnaria nã duo pedes & ſemipes q una ſyllaba cõſtat:dimidiũ eſt qnq; pedũ.Dr̃ ãt pẽtemimeris heroica.qm̃ ex dimidio qnq; uerſuũ carminis heroici cõſtat.¶Heptemimeris.i.ſemiſeptenaria diuiſio ẽ cũ poſt tres pedes ſyllaba dictionẽ aliq̃ terminat.ut arma uirũq; cano troiæ.poſt duos nãq; dactylos & unũ ſpõdeũ i ſyllaba ceſurã fecit.Dr̃ ãt heptemimeris ab hepta ſeptẽ.& hemi ſemis.& meri diuiſio.q̃ſi diuiſio ſemiſeptenaria.qm̃ tres pedes & ſemis dimidiũ ſeptẽ pedũ ẽ.¶Hemi pẽtemimeris eſt:cũ poſt primũ pedẽ iuenit̃ ſyllaba dictione terminans.ut muſa mihi cãs memora.poſt dactylũ.n.hi ſyllaba ceſurã fecit.Dr̃ ãt hemipẽthemimeris ab hemi ſemis & penthemimeris q̃ſi ſemiqnaria diuiſio:qa ſyllaba illa in media regiõe duoꝝ pedũ & ſemis reperit̃.His in locis ſyllaba breuis ꝓ lõga nõnunq̃ ponit̃ ſed in pẽthemimeri raro.in heptemimeri rarius in hemiheptemimeri rariſſime.de.i.Verg.ii.æne.nr̃oꝝ obruimur.oriturq; miſerrima cedes.de.ii.Idẽ in.xii.cõgredior.fer ſacra pr̃.& cõcipe foedus.de.iii.Luca.in.ii.dũ ſanguis inerat dũ uis materna peregi.& illud Iuue.qs neſcit.aut qs non uidit uulnera pali.̃Sed quẽadmodum hoc metrũ oẽs tres ceſuras põt recipere:ita neceſſe eſt ut unã ex illis recipiat penthemimeri maxime.aut ſaltem heptemimerim.alioqn uerſus eſſet retorridus & inſulſus: Carmen igitur heroicum ſic examinabis.Arma uirũq; cano troiæ q primus ab oris.uerſus ẽ hexameter.i.ſex habens pedes.heroicus.ſiue pythius.ſiue homericus.ſiue epicus habenſq; duas ceſuras penthemimerim & heptemimerim:cõſtatq; tribus dactylis totidẽq; ſpondeis.ut Arma uirũq; cano:troiæ q primus ab oris.Itali.am ſa.to ꝓſu.gus la.uinaq;.uenit.oẽs tres ceſuras hẽt.& tres dactylos totidẽq; ſpõdeos.Pẽtametrũ elegiacũ.dr̃ ãt hic uerſus pẽtameter a numero pedũ quinq;:elegiacũ uero dictũ eſt ab eleos græcæ qd interpretat̃ miſeratio.qd̃ ueteres miſeriã & lamentationes ſuas elegis decantabant poſtea uero etiã res aliæ eo genere uerſus deſcribi cœpte ſunt dicente.Hora.in poe.uerſibus impariter iunctis quærimonia primum.poſt etiam incluſa eſt uoti ſententia compos.Pentametri uerſus inuentionem quidam in theoclem naxium referunt : qui cum per inſaniam uociferaretur:eum effecit.& elegiacus ut dicunt quidam uocatus ab eo quod elegino eſt inſanio.Conſtat itaq; uerſus pentameter elegiacus ex duplici penthemimeri heroica prior ex dactylo uel ſpondeo indifferenter & ſyllaba quæ ſemipedem facit.poſteriori uero ex duobus dactylis atq; iterum ſemipede: ut in ſumma ſint pedes quinq;.quattuor integri & ex duplici ſemipede unus:omnino temporum uiginti.ſcãditur quoq; hic uerſus aliter per pedes integros quinq; : ut duo primi pedes ſint dactyli.uel ſpondei indifferenter.deinde unus ſpondeus.tũ duo anapeſti.ſp tñ poſt duos primos pedes debet ſubiici ſyllaba quæ dictionem terminet:ut fiat penthemimeris heroica.quæ ſi breuis ſit.excuſatur uitium ea ratione quã diximus in hexametro.Appellatur autem pentametrum elegiacum:quoniam hexametro ſubiunctum conſtituit diſtichon.ex quo poema elegiacum ſcribi cõſueuit quo omnia.Ouidii opera præter methamorphoſin.tibuli propertii.atq; pleraq;.Martia.epigrãmata ſcripta ſunt.Scanditur autem ſic.nil mihi.reſcri.bas attamen.ipſe ue.ni.aut ſic.nil mihi.reſcri.bas.at.tamen ip.ſe ue.ni.

ANTO.

Pentametrũ elegiacũ.conſtat primis duobus pedibus uerſus heroici:hoc ẽ dactylo uel ſpõdeo idifferẽter & cæſura.tũ duob⁹ dactylis: atq; ſyllaba: ut nil mihi reſcribas attamẽ ipſe ueni. Eſt aũt cæſura ſyllaba terminans dictionẽ in medio carminis:quæ cũ poſt duos pedes carminis heroici uenit penthemimeris heroica dicitur.

¶ANTO. Phaleuticũ carmen dictũ auctore Diomede a phaleutico illius inuentore.pentametrũ a numero quinq; pedũ endecaſyllabũ a numero undeci ſyllabaꝝ conſtat ſpõdeo.dactylo & tribus trocheis.ut paſſer.delici.um me.cpu.elle.& carmẽ catulli poetæ ueronẽſis:qui eo gñe uerſus.cõplura epigrãmata ſcripſit. Martia.quoq;:auſonius.atq; Verg.in priape.Sapphicũ carmen a ſapho illius inuentricæ dictũ.penthametrũ a numero pedũ.endecaſyllabũ a numero ſyllabaꝝ.iiſdẽ pedibus conſtat quibus phaleuticum:ſed alio ordine diſpoſitis.hoc eſt trocheo.ſpondeo.dactylo.& duobus trocheis.ut nocte.ſurgentes uigi.lemus.omnes. Recipit autẽ hic uerſus ceſuram poſt duos pedes.quãdo Hora.ĩ odis ſere ſemper obſeruat Catullus non multũ id curat: nam ab utroq; hoc genus carminis celebratur. Alii hoc metrum aliter ſcandunt.hoc eſt p epitritũ ſecundũ choriambũ.& bachiũ ſic.nocte ſurgen.tes uigile.mus oẽs.nã ut diximus: finalis ſyllaba indifferens eſt.¶ Adonicũ carmen ab auctore quoq; appellatũ pentaſyllabũ eſt conſtatq; dactylo & ſpondeo.ut Boetius.nubibus atris condita nullũ.ſundere poſſũt.ſydera lumen.Cõſueuit hic uerſus poſt tres ſapphicos plerũq; poni:ut claudat thetraſtichon:qd tribus ſapphicis & adonico conſtat.Reperiunť & adonici ſine ſapphicis:& ſapphici ſine adonicis impermixti:ut apud Senecã in tragediis.¶ Aſclepiadeũ ab auctore aſclepeade cognominatũ duodecaſyllabũ hoc eſt duodecim ſyllabaꝝ eſt cõſtans ex penthemimeri ueroica quæ ex ſpondeo dactylo ſemipede conficitur.& deinde duobus dactylis.ut apud hymnographũ. ſanctoꝝ meritis.iclyta.gaudia.Alii aliter ſcandũt per ſpondeũ duos choriambos & pirrhichium ſic.Sancto.rum.meritis iclyta gaudia. ¶ Gliconicum ab auctore quoq; cognominatũ heptaſyllabũ eſt cõſtans ex ſpõdeo & duobus dactylis.ut auctor hymno.rum uicto.rũ genus.optimũ.¶ Pherecratiũ ab inuentore cognominatũ heptaſyllabũ quoq; eſt conſtans ſpondeo dactylo atq; iteꝝ ſpondeo.ut Hora. in.i.car.grato.pyrrha ſub antro. ſcandiť autẽ ſic.grato.pyrrha ſub antro.¶ Phaliſcũ phaliſcis italiæ ppls:q in cãtionibus utebanť:tetrametrũ eſt.conſtat eni q̃ttuor ultimis pedibus uerſus heroici.hoc eſt primo & ſecũdo dactylo uel ſpondeo indifferẽter. tertio dactylo & q̃rto ſpondeo.ut Horati.i.car.aut cephe.ſum bima.riſueco.rinthi.¶ Alcaicũ ab alceo poeta dictũ endecaſyllabũ cõſtans ex pẽthemimeri iãbica:q̃ cõficiť ex ſpõdeo.iãbo & ſemipede:ĩ quo fit uerſus.ceſura.deĩde duobus dactilis. idem.Hora.in.i.car.O ma.tre pul.chra filia. pulchrior.Alii ſcãdũt p hippiũ ſiue epitritũ tertiũ ſemipedẽ choriambũ & iãbũ ſic.¶ O matre pul.chra filia.pulchrior.¶ Alcaichum etiam:alterum:quo idem auctor uſus eſt:conſtat ex hippio ſiue epitrito ſecundo & duobus choriambis.& bacchio.ut Horati.in eodem.te deos oro ſybarim.cur properes amando.¶ Anacreuntium ab anacreonte dictum heptaſyllabum eſt conſtans ex choriambo & bacchio. ut Hora.ibidem.¶ Lydia dic.per omnes.¶ Sapphicum hexdecaſyllabum:quod Diomedes etiam archilochium appellat:cõſtat ſpondeo tribus choriambis & pyrrhichio.ut Horatius.In eodem.nullam.uare ſacra. uitæ prius.ſeueris ar.borem. Archilochium carmen ab archilocho denominatum conſtat parte carminis heroici quæ appellatur buccolicæ.hoc eſt dactylo uel ſpondeo in primis tribus pedibus.& dactylo in quarta regione.deĩde tribus trocheis.ut Hora.i.car.ſoluitur.acris hy.ems gra.tauice.ueris.& fa.uoni.Buccolicæ aũt appellať prior pars huius uerſus:qm̃ in carmine buccolico theocritus poeta ſp illud obſeruat:ut in q̃rto loco dactylũ collocet:qd Verg.illius alioq imitator negligit.Sup̃ioribus carminũ gñibus raro auctores utũť. Hor.ĩ odis.freq̃nter q̃re ſi plura exẽpla uoles:ĩde petẽda ſũt. dimetrũ iãbicũ.ĩ carmĩe iãbico illud ẽ cõe qđ duo pedes p uno cõputanť.unñ dimetrũ q̃ttuor hẽt pedes.trimetrũ ſex.tetrametrũ octo.hoc ãt fit qa in uno

Phaleuticũ conſtat ſpondeo dactylo & tribus trocheis:ut paſſer delicium meæ puellæ.

Saphicũ conſtat tropheo ſpondeo dactylo & duobus trocheis:ut nocte ſurgẽtes uigilemus oẽs.

Adonicũ cõſtat dactylo & ſpõdeo:ut nubibꝰ atris.

Aſclepiadeum conſtat ſpondeo.duobus choriambis & pyrrhichio.ut ſcõꝝ meritis inclyta gaudia.

Gliconicum conſtat ſpondeo & duobus dactylis ut uictorum genus optimum.

Pherecratium conſtat ſpondeo dactylo & iterum ſpondeo:ut Grato pyrrha ſub antro.

Paliſcum cõſtat quattuor ultimis pedibus uerſus. heroici:ut aut epheſum bimaris ue corinthi.

Alcaicũ cõſtat ſpõdeo.iãbo.cæſura & duobus dactylis:ut o matre Pulchra filia pulchrior.

Alcaicum alterum conſtat ex hippio ſecũdo.duobus choriãbis & bacchio:ut te deos oro ſybarim cur properes amando.

Anacreontium conſtat ex choriambo & bacchio: ut lidia dic per omnes.

Sapphicũ alterũ hexdecaſyllabũ cõſtat ſpõdeo tribus choriambis & pyrrichio : ut Horatius nullã uare ſacra uite prius ſeueris arborem.

Archilochiũ conſtat parte uerſus heroici:q̃ uocať bucolicæ hoc eſt primis tribus pedibus dactylo uel ſpondeo deinde dactylo.quæ bucolicæ clauditur.Poſtea uero tribus trocheis:ut ſoluiť acris hyems grata uice ueris & fauoni.

Dimetrũ iãbicũ cõſtat ſpondeo uel iãbo indifferẽter in primo & tertio loco & iambo neceſſario in ſecundo & quarto:ut Iam lucis orto ſydere.

quoq; metro ſiue pede ictus ſeu mora quædã fit. illud quoq; his uerſibus cõe eſt: qđ in locis paribus ſp ha- ANTO.
bẽt iãbum: in paribus uero indifferenter iambũ. ſiue ſpondeũ. uñ a iambi frequẽtia iãbici dicti ſunt. Verſus itaq; dimeter iambicus q a latinis quaternarius dr: conſtat duobus metris. uñ dimeter dr: & q̃ttuor pedibus uñ quaternarius. octo ſyllabis: uñ octo ſyllabis dici põt ut in hymno illo qui ad primã dei oram in re diuina canit. Iam lucis orto ſyderæ. Iã lu. ſpondeus eſt. cis or. iambus. to ſy. ſpondeus. de re iambus: qm̃ ut ſæpe diximus: finalis indifferens eſt. q̃re hoc in loco breuis pro longa poſita eſt. Hoc gñe carminis maior pars hymno-

Trimetrũ iãbicũ archillochiũ cõſtat ſpõdeo uel iã-
bo indifferẽter in primo & tertio & quinto loco
& iambo neceſſario in ſecũdo quarto & ſexto: ut
Martialis. uir celtiberis nõ tacende gentibus.
Trimetrũ iãbicũ hipponacticũ eadẽ lege currit q̃
archilochiũ: niſi qđ in ſexto loco ſp hẽt ſpondeũ
ut perſius. Nec fonte labra prolui caballino.
Tetrametrũ iambicũ cõſtat iãbo uel ſpondeo in lo-
cis imparibus. in locis uero paribus iambo q̃lia
ſunt multa apud Plautum & Terentium.
Dimetrũ anapeſticũ pindaricũ cõſtat q̃ttuor pedi-
bus q plerũq; ſunt anapeſti. recipit tñ & alios pe-
des: ut ſeneca. turbine magno ſpes ſollicitæ.

rũ cõpoſita eſt. apud reliquos auctores rerũ. ut apud Martialẽ & auſoniũ: quale eſt huius poetæ epigrãmata ad theonẽ grãmaticũ. Aut adſit ĩterpræs tuus. Aenigmatũ qui cognitor. Fuit meoꝝ: cũ tibi. Cadmi nigellas filias. Melonis albam paginã. Notaſq; furue ſepiæ. Gnidioſq; nodus ꝑdidit. Hi uerſus oẽs iãbici ſunt acatalectici qm̃ ĩ illis nihil deficit: nihilq; rurſus redundat. Eſt & dimiter iãbicus catalecticus: q una ſyllaba deficit: q̃lis eſt apud Senecã in tragedia q̃ medea ĩſcribit̃: qm̃ cruenta menas. & q ſequunt̃ ſcandit̃ aũt ſic qm̃. ſpõdeus eſt crue. iambus. tamẽ iãbus. nas ſyllaba. qđ ſi dixeris menades. integrũ & acatalecticũ erit dimetrũ iambicũ. Eſt & dimetrũ iambichũ brachycatalecticõ hoc eſt duabus ſyllabis deficiens: q̃le uoluit eſſe illud. Aue maris ſtella: ſed nõ cõſtitit niſi in principio ſcãdit̃ aũt ſic. aue iãbus eſt. maris. iterũ iambus ſtella. ſpondeus qa in fine breuis pro lõga põt poni. qđ ſi adiecciſſet placens fuiſſet dimetrũ acatalecticũ. ¶ Trimetrum iambicũ archilochiũ: quẽ Varro Tullius & Quintil. ſenariũ appellãt: conſtat tribus metris: uñ trimetrũ dictũ eſt & ſex pedibus unde ſenariũ. iãbo. ſ. in locis paribus hoc eſt ſecũda q̃rta & ſexta regione. & ſpõdeo uel iambo indifferenter in primo tertio & ſexto loco. ut apud Martialem in prima epigram. uir celtiberis non tacende gentibus. ſcanditur autem ſic. uir cel. ſpondeus. eſt tibe: iambus: ris non. ſpondeus tacen. iambus. de gẽ. iambus. tibus. iambus. nam finalis breuis pro longa ponitur. Eſt & aliud genus trimetri iambici: quod appellatur hipponacticum. differtq; ab archilochio: quod hipponaticum in fine habet ſpondeum. archilochium uero iambum. ut Perſius in prologo ſuarum ſatyrarum nec fonte labra prolui caballino. ſcanditur autem ſic. nec fon. ſpondeus eſt. te la. iambus bra. pro. iambus. lui. iambus. cabal iambus. lino. ſpondeus. huius repertor fuit hipponax poeta: qui loco iambi inducto ſpondeo contra legem trimetri iambici metrum inouauit. Itaq; archilochium rectum: hipponacticum claudum appellatur. a græcis uero tum cylliambos. tum choliambos. tum ſcazon appellatur. Martia. mollem debilitate choliambon. Idem alio in loco. appollinarem cõueni meum ſcazon. De quo Ruffinus ponitur aut ſcazon. ſpondeum finis habebit. Sed archilochio tragediæ maximæ ſcribuntur. hipponactico magis utuntur Catullus & Martia. Recipit tamen hic uerſus frequenter tribrachum pro iambo. & anapeſtum pro ſpondeo. quia & ſi non ſunt earundem ſyllabarum: ſunt tamen eorundem temporum. Perſius. nec in bicipiti ſomniaſſe parnaſo. Eſt enim tribrachus in ſecunda regione. Idem memini me ut ſic repente poeta prodirem. ubi anapeſtus eſt in primo loco. Apud eos quoq; qui hoc carmine licentius utuntur. in locis paribus recipit & anapeſtum. in imparibus uero trocheum & anapeſtum. Reperit̃ etiam trimetrum iambicum catalecticum. ut apud Hora. mea renidet in domo lacunar. quod ſi dixeris lacunare: erit trimetrum abſolutum. Reperitur quoq; iambicus ſeptenarius teſte Diomede. qui Varronem inducit. & fit quotiens ad trimetrum iambicum triſyllabus pes additur. ut apud Terentium. nam ſi remittant quipiam philomene dolores. ſcanditur autem ſic nam ſi. ſpondeus eſt. remit. iambus. tan. quip. ſpondeus. piam. iambus. philo. pyrrichius. pro iambo. mene. ſpondeus. dolores. tripes eſt. ¶ Tetrametrum iambicum octonarium conſtat metris quattuor: unde tetrametrum dictum eſt. octo pedibus unde octonarius. in locis imparibus ut de dimetron & trimetro diximus iambo uel ſpondeo. in paribus uero iambo. Sed hoc genere carminis poetæ tantum comici utuntur nimis tamen licenter. nam alios pedes ita crebro recipiunt ut multi putauerint non eſſe carmina. ut Plautus in amphytrione. qui me alter eſt audacior homo: aut qui cõfidentior. ſcanditur autem ſic. qui mal. ſpondeus eſt. ter eſt. iambus. auda. ſpondeus. cior. iambus. homaut. iambus. qui con. ſpondeus. fidem ſpondeus. tior. iambus. Teren. quoq; enim uero daue nihil loci eſt ſegniciæ. neq; ſocordiæ. ſcanditur autem ſic. Enim iambus eſt. uero. ſpondeus pro iambo. daue trocheus pro ſpondeo. nihil iambus. loceſt. iambus. ſegni. ſpondeus. cit. iambus. neq; pyrrichius pro iambo. ſocor. ſpondeus. die iambus. Sed quẽadmodum ait Quintil. latini in comedia claudicarunt: cum apud græcos comediæ certa legi ſcribitur. ¶ Dimetrum anapeſticum pindaricum conſtat duobus metris: q duo pedes pro uno computantur: quemadmodum in iambicis: conſtat autem plerunq; quattuor anapeſtis recipit tamen uel dactylum uel ſpondeũ in locis imparibus: in paribus uero ſpondeum. qualia ſunt multa in Senecæ tragediis. ut in herculis furentis primo choro. Turbine magno ſpes ſollicite. ſcanditur autem ſic. turbine. dactylus eſt. magno. ſpondeus. pes ſol. ſpondeus. licite anapeſtus. nam & anapeſticum dicitur: etiam ſi nullum anapeſtum recipiat.

ANTO. Tetrametrum trochaicum archilochiū: Carminis trochaici genera fūt complura: sed nō ex illis tantū archilochiū posuimus: qđ reliquis obsoletis. hoc solū: qđ ego sciam: apud auctores & qdē rarissime reperitur. constat aūt q̄ttuor metris. unde tetrametrū dicitur. & trocheis in locis īparibus. unde trochaicum appellaẛ. nā in paribus spondeū quoq; recipit. Est autē catalecticum: quoniā a tetrametro integro una sylla ba deficit. ut apud Martianū capellam. Scande cœli templa uirgo digna tanto fœdere. te socer subire celsa poscit astra iuppiter. scanditur āt sic. scande. trocheus est cœli. spondeus. uirgo. trocheus. digna. trocheus tāto. spōdeus. fede. trocheus. re syllaba. qđ si dixisset federata. fuisset ītegrū tetrametrū trochaicū. Sextus tn̄ pes ut ait Prisci. necessario debet eē spōdeus: adducitq; Terētiani carmē huius gn̄is ad probandū qđ alterius pōt penultimā ꝑducere: ut suo loco diximus. Carmen aūt ē. Sescuplos uel unā uincet alterius singulum. Hoc quoq; gn̄e uersus cōpositus est hymnus ille. Pange lingua gl̄iosi p̄liū certaminis. Ex q̄ ratione conuinciẛ mendum illud quod in recognitione hymnorum notauimus. ubi uulgo scriptum reperitur. agnus in cruce leuatur immolandus stipite. Nam pro cruce crucis reposuimus: quoniam in tertio loco necessario debet esse trocheus & contexus quoq; ratio exigit: ut crucis dicamus eritq; ordo. agnus leuatur immolandus in stipite crucis.

CHRI. Tum uoculatio: adhuc extāt alia accentus nomina de quibus meminit Diomedes: ait enim accentus quidam fastigia uocauerunt: alii tenores: nōnulli cacumina retinere maluerunt.

Tetrametrū trochaicum archilochiū catalecticum quattuor metris & octo pedibus minus una syllaba constat. habetq; in locis imparibus trochēū in p̄aribus uero etiā spondeū: ut scande cœli templa uirgo digna tanto fœdere.

De accentu. Cap. ix.

PRosodia grææ latinæ īterpraetatur tum accentus. tum accenticula. tum nota uocis. tū moderamentū. tum uoculatio.

Accentus igitur est certa lex uel regula ad eleuandam deprimendáue syllabam uniuscuiusq; particulæ orationis accōmodata.

Estq; accētus triplex. acutus: quo syllaba eleuatur grauis: quo syllaba deprimitur: circūflexus: quo syllaba eleuaẛ deprimiturq;: nam ex acuto & graui compositus est.

De Accentu. Cap. ix.

ANTO. Vm in reliqs grāmaticæ partibus nr̄i feculi hoīes multū aberrarint: tū maxīe circa uocū accētus ita turpiter lapsi fūt: ut quo minus uitiū latere pōt: eo magis culpādi eē uideanẛ. Quanq̄ fūt iudicio meo uenia dignissimi. qđ eius rei cōsideratio nō tā lectiōe: q̄ uiua: uti aiūt: ꝑceptoris uoce constare debet. Hoc igiẛ in loco nobis repetēdū est qđ in principio huius q̄rti libri annotauimus: syllabā q̄tū ad p̄sens negociū attinet: duplicē hēre cōsiderationē. aut. n. cōsideraẛ q̄tū ad ipīs longitudinē in q̄ ꝓferẛ: q̄ de re hactenus est a nobis disputatū. aut q̄tū ad illius altitudinē siue ꝓfunditatē: de q̄ in hoc capite qđ inscribiẛ de accentu: differemus. Principio itaq; dicit q̄ græci ꝓsodiā appellāt: latinæ interp̄tari tū accentū. tū accētiūculā. tū nota uocis. tū moderamētū. tū uoculationē. Totū hoc ex Agellio noctiū atticarū li. xiii. translatū ē. Sed & Quintil. auctor ē: ab eo qđ tonos græci dicūt antiquos nr̄os accentū ēt uocasse tenorē. Verba illius in li. i. fūt. Difficilior obseruatio est p tenores quos quidē ab antiqs dictos tonores cōperio uidelicet declinato uerbo a græcis q tonos dicunt. Sed si uerbū ex uerbo interp̄tari uelimus: q̄ græci ꝓsodiā dicūt: latinæ interpraetabimur accentū a pros quod est ad p̄positio: & ode cantus. Exit igitur accētus: quasi cantus: quē admodū lib. iii. diximus. Accentus igitur. Ponit diffinitionē accentus ab antiquis atq; etiam iunioribus grammaticis celebratam. dicens qđ accentus est certa lex siue regula siue præceptio accōmodata ad syllabam eleuandam. cum scilicet acuitur. uel deprimendam. cum grauatur. adde etiam tu ad eleuandā deprimendáq; cum scilicet circumflectitur: hoc est. eleuatur deprimiturq;. Estq; accentus triplex: Ex diffinitione superiori colligitur quod accentus est triplex. hoc est acutus. grauis. circumflexus. Nam omnis syllaba dictionis cum pronunciatur aut accuitur tantum. aut grauatur tantum. aut circunflectitur. i. partim acuitur. partim grauatur. Sed cum de accentu loquimur: per excellentiā de acuto uel circumflexo intelligimus: quem tum prædominantē. tum principalem appellamus. Itaq; tam apud latinos quā etiam apud græcos atq; reliqs nationes barbaras in qualibet dictione unus est tantū accentus prædominans: qui aut est acutus. aut circumflexus. neq; habere potest aut plures acutos. aut plures circumflexos: aut alterū acutum alterum circūflexū. Nā cum sit accentus ille prædominans ut ait Diomedes: uelut aīa uocis: non modo unus esse debet: immo etiam efficit: ut dictiones inter se distinguanẛ. Oīs enim res ut philosophi dicunt a forma habet qđ una sit. Cū uero accentus circūflexus in syllaba longa semper debeat collocari: quæ duo tēpora in prolatione cōsumit: primū tempus accentu acuto: alteꝝ graui profertur. & sic colligitur accentus circūflexus: qui compositus est ex acuto & graui. De quo qđ nos sentiamus: statim dicetur si prius illoꝝ stulticiā coarguerimus. qui accentū nescio quē moderatū finxere. Cuius iuenti artifex quantū ego suspicari possum: fuit in primis Alexāder a uilla dei: q nescio q̄bus laruis exagitatus sibi ꝑsuasit esse apud latinos q̄rtū illū accentū latinis inauditū. quē idcirco moderatū appellauit. qđ iter acutū & grauē quodāmō sit medius qđ nemo unq̄ an̄ illū: sed neq; post illū q̄sq̄ sane mentis non mō non dixit. sed neq; suspicatus qdē est. Iā intelligo qđ illū deceperit. Nā cū uideret hō natura musicus q̄ppe q gallus erat: dictiōes q̄sdā barbaras hebraicas maxīe uehemētiori quodā sono & plus q̄ latinæ linguæ rō patitur in fine acui: syllabas illaꝝ terminales accētu acuto debere ꝓferri putauit. q̄

uero secundū latini sermonis regulā accentu acuto ꝓferende erant:ipse noua quadā rōne & a se primū excogitata moderato accentu proferēdas esse dixit:qui quēadmodū ipse putat:tantū uincitur ab acuto: quantū grauis ab illo superat. Qd si tantopere Alexander dictionibus barbaris ꝑspicere uolebat:ut cum suo illo uehementi sono uel stridore potius latino sermoni miscendas esse putauerit:non ex antiquorum praeceptis: quae sunt de accentu tradita:quicq̄ imutare debuit:sed dictionibus barbaris accentū a se nuper inuentū accommodare illum appellans hyperoxyam.i.superacutum:aut hyperboliam.i.transcendentē:quandoquidē supra latinum accentum finales illarum dictionum syllabae proferuntur. Sed uide obsecro quā in perniciem alexandrina haec licentia euaserit:ut cum nos uoces barbaras accentu latino mollire debuerimus:imitatores isti uel potius Alexandri admiratores e diuerso conati sint accentu barbaro dictiones latinas efferare.

Circūflexus accētus ab hoībus tēpestatis nr̄ae neq; proferꝫ neq; percipiꝫ: qd ꝑp imperitiā fit: non ut qdā putāt: qd aliq̄ rōne ab usu recessit. Eo antiqores utebanꝫ in dictionibus monosyllabis natura lōgis: ut mos flos. Et in dictiōibus duarum aut pluriū syllabarum: quarum penultima est natura lōga. ultima uero breuis. penultima illa circūflectitur: ut finis romanus. Sed qa eius rei cōsideratio paulo est difficilior: nos qui introductiōes ꝑsertim scribimus: confundamus circūflexum cum acuto.

Omnis dictio monosyllaba accentu acuto ꝓferenda est: ut. id. mos. Omnis dictio dissyllaba priorem ex illis acuit: ut deus. roma.

CANTO. Circūflexos accentus: quēadmodum in eo sermone diximus: in quo est a nobis de ui atq; ptāte litterarum ꝓlixae satis disputatum multa fuerūt in usu apud maiores nostros quorum neq; uestigiū quidē ullū nostro seculo uidemus: cuiusmodi est qd de accentu circūflexo in ꝑsentiarum agitur qui cū antiquioribus aeque fuerit atq; acutus & grauis prolatus: nemo est hodiae qui illū aut enunciet aut si ab illo fuerit prolatus: qui illū auditu percipiat sensuq; diiudicet. Neq; id mirum cuiq̄ uideri debet: cum in re huic cognata germanissimaq; tale aliquid acciderit. Nam cum legamus tria musices genera fuisse apd̄ ueteres. chromaticum. est harmonicum. diatonicum. duo illa priora sic oblitterata sūt: ut nemo sit hodiae qui praeterq̄ in diatonico genere possit canere. sed neq; si alius caneret in chromatico uel enharmonico: posset consonantias perpendere: atq; de illis recte iudicare. Quemadmodum igitur non ratione aliqua: sed potius maiorū nostrorum negligentia duo illa musices genera funditus interierunt: fortasse quod in illis consonantiarum ratio erat aliquāto scrupulosior: idem quoq; ego suspicor accentui circūflexo accidisse: qui ex eo quod in syllaba per naturam longa sedere amat: neq; omnes quae ea sit facile intelligunt: ex incuria uel ignoratione potius nostri seculi coepit in desuetudine abire. Quod uero quidam existimant eundem esse circūflexum & quem ipsi moderatum appellant nimium in ea re falluntur. neq; enim quia alter ut ipsi dicunt: ab usu recessit: alter nuperrime inductus est eundem esse putare debemus: cum circūflexus in ultima & penultima tantū syllaba. moderatus uero suus in penultima & antepenultima tantum collocetur. Sed quanquā propter rei difficultatem a nobis praeceptum sit confundere circūflexum cum acuto: quippe qui iam inde ab operis initio testati sumus puerorum eruditioni tantum nos introductiones scribere: nihilominus tamen regulas huiusmodi ꝓponimus: quibus antiqui utebantur: & nos quo ad fieri potest: uti debemus. Prima igitur accentus circūflexi regula sit: quod dictiones monosyllabae quae sunt natura longe: circūflexo accentu proferuntur. ut mos flos quas dictiones quēadmodum constat natura esse longas: ita de illis quae post uocalem duplicem habent cōsonantem aut uim duarum habentem non facile liquet. Secunda regula sit qd dictiones dissyllabae aut polisyllabae: quarum ultima est breuis: penultima uero natura longa eandem circūflectunt ut finis primam habet natura longam: ultimam uero breuem: ergo prima circūflectitur: atq; eadem ratione in romanus penultima circūflectitur: quia natura longa est sequente breui. In dictionibus graecis ut paulopost dicturi sumus: & in abscisis hic accentus plerunq; in ultimis syllabis collocatur. Sed & lenas uiri proprium de quo Iuuena. dixit. Quod captator emat lenas aurelia uendat. Priscia. dicit ultimam habere circūflexam. Omnis dictio monosyllaba. Circa dictionum latinarum accentus tres ponit obseruationes: quarum prima est de monosyllabis. altera de syllabis. tertia de polysyllabis. Prima igitur regula est quod dictio unam tantum habent syllabam accentu acuto proferatur. ut id. mos. sed in priori exemplo accentus acutus est: in posteriori circūflexus. sed ut pauloante dicebamus cum constiterit dictionem monosyllabam esse natura longam: circūflectemus illam: cum non constiterit: acuemus omnis dictio dissyllaba. Secunda regula est quod dictio duas habens syllabas priorem ex illis acuit. posteriorem uero grauat. ut Deus Roma sed in priori exemplo prima acuitur. in posteriori eadem circumflectitur: quoniam Roma primam habet natura longam. dictiones in. a. desinentes in nominatiuo accusatiuo & uocatiuo breuiantur. Quare Roma in ablatiuo priori syllaba acuta proferenda est. Nam cum dissyllaba dictio quattuor tantum habere possit diuersitatis syllabarum: quia aut utraq; est breuis: aut utraq; longa: aut prior breuis & posterior longa. aut e diuerso prior longa & posterior breuis: in hac tantum ultima differentia circumflexus accentus locum habet.

CCHRI. Confundamus circumflexum: huic sententiae assentitur ualla dicens. multa quae tradūt Diomedes atq; Priscianus superflua sunt nunc in lingua latina: de accentibus in qua acutus circūflexo nō distat.

¶ANTO. Omnis dictio polysyllaba: Tertia regula duas habet partes. quoniam dictio plures habēs syllabas aut penultimā habet breuem: & tunc accentus ad antepenultimam transfertur. ut dominus. animus. legimus. aut penultimam habet longam. & tunc in eadem accentus prædominans collocatur. nam si finalis quæ sequitur breuis est accentus erit circumflexus. si longa. erit acutus. ut sacerdos. romanus. ex quibus prior acuitur. posterior circumflectitur. Superiores ut diximus regulæ ad dictionum latinarum accentus pertinent: de barbaris quemadmodum ut ait Diomedes: nulla certa regula dari potest. Nam quod Alexāder scripsit.

Omnis dictio polysyllaba penultimā habens breuem in tertia a fine habet accētum: ut dominus. Si uero penultimā habent longam: eandē acuit, ut sacerdos. romanus.

Præpositiones præpositæ atq; etiam coniunctiones omnibus syllabis grauantur.

Fallunt tamē regulæ superiores. Primo: distinctione. cum uidelicet accentu uolumus distinguere inter duas dictiones: ut Vna nomen ultimā habet grauem. Vna aduerbium eandem acuit.

Omnis barbara uox non declinata latinæ accentum super extremam seruauit accutū: nō est usquequaq; uerum: cum plæreq; apud hebreos pœnes aliasq; nationes etiam in fine grauentur. Sed de hebraicarum dictionū accentu alias pluribus disputabitur. Eidem quoq; Diomedi astipulantur Donatus atq; Priscia. qui ex eo putant interiectiones incertum habere accentum. quod incondita uoce. i. nō planæ expræssa proferantur: & pro commoti affectus qualitate confunduntur. ¶ Præpositiones præpositiuæ: hoc ideo cōtingit: quoniam præpositio cum suo casuali quodam modo coalescit. & coniunctio cum eo quod superioribus coniungit quasi unum corpus efficitur. Sed de hoc paulopost cum de transpositione præpositionum & coniunctionū agetur. ¶ Fallunt tamen regulæ superiores. primo distinctione. Cum sit proprium sermonis latini ultimas dictionum syllabas grauare differentiæ tñ causa placuit easdem acui. Vt una aduerbium pro eo quod est simul ultimam acuit. ne putetur esse nomen ab eo quod est unus una unum. Ergo pro causa ultima acuta profertur. ut apud Vergilium in sexto illius. ergo uenimus: ne putetur esse coniunctio. quæ præposita omnibus syllabis grauatur. Eodem modo puta pro eo quod est sicut. & pone pro eo quod est retro. ut Persius. hoc puta non iustum. illud male. & Vergil. in secundo æneidos. ponæ legunt sinuantq;. ne putentur esse secundæ personæ imperatiui modi. Palam pro eo quod publicæ: ne putetur esse accusatiuus ab eo quod est pala pale. Porro pro inde uel certe: ne putetur eē datiuus uel ablatiuus ab eo quod est porrum porri. Eo quoq; & illo aduerbia pro eo quod est ad eum locum & ad illum locum: ne putentur esse pronomina ab. is. ea. id. ille. illa. illud. Alias etiam pro alio tempore siue loco. cuius extrema syllaba teste prisciano circūflectitur: ne putetur eē accusatiuus pluralis ab eo quod est alius. alia. aliud. Quod si auctores in his uoluerunt facere distinctionem: cur non & in illis. falso. sedulo. modo. forte. repente. & similibus: ne putentur esse casus obliqui ab eo quod est falsus. sedulus. modus. fors. repens? Sed respondebunt opinor differentiam in illis tantum esse faciendam: in quibus auctores facere uoluerunt. Idem quoq; Priscia. lib. xv. scribit composita ab inde ut deinde. perinde subinde antepenultimam habere acutam. uel quia per adiectionem habēt de. uel quia præpositiones separate grauantur & ut coniuncte esse ostendantur: accentum in his assumpserunt acutum: quemadmodum & coniunctio si. & ne aduerbium & alius nomen cum præponuntur huic particulæ quando transferūt accentum in antepenultimam ut composita esse intelligantur. ut si quando. aliquando. Simile quidam in hoc aduerbio interea loci faciendum eē Priscianus putat. Sed esto assentiamur Prisciano atq; sui seculi grammaticis in. iis. quæ antiquiores syluerunt quid in illis a longe. delonge. deinceps. deorsum? etiam ne accentum corrupemus? facessat obsecro uos per deum immortalem tantum dedecus a sermone latino: & nisi ubi nos necessitas maiorum auctoritate diffinita coegerit: nunquā ab accentu regulari discedamus. atq; illam fœditatem in primis fugiemus: quam uoces latinæ reformidant: cum accentu illo super acuto proferuntur. Atq; ut semel dicam quod hac de re sentiam semper in accentu latina regula est obseruanda: præterquā ubi optimi auctores aliter esse faciendum censuere. Quos autem uelim optimos intelligi: iam in principio huius operis testati sumus. Quod cum auctoritate semper ut diximus: faciendum sit non tamen ita fieri debet: quemadmodum isti putant. ut accentus actus grauem superet sesquitono: sed semitono uel potius diesi: hoc est non suo illo acuto qui latinis inauditus est: sed clementi atq; modico accentu: & fere qualis ille est quem ipsi moderatum appellant.

¶CHRI. Omnis dictio polysyllaba. Hoc ex Quintilia. libro primo excerptum. est ait enim. Nam quia oī uoce acuta intra numerum trium syllabarum cōtinentur: siue ea sint in uerbo solæ: siue ultimæ & in his aut proxima extremæ: aut ab ea tertia. trium porro de quibus loquor media longa aut acuta aut flexa erit. eodē loco breuis utiq; grauem habebit sonum. ideoq; positam ante se. i. ab ultima tertiam acuet. est autem in omni uoce utiq; acuta. sed nunquā plus una. nec ultima unquā. Ideoq; in bissyllabis prior. ¶ Primo distinctione. Gellius libro. xvi. uoces huiusmodi cum ex cōmuni significatione in rei certæ proprietatem concedunt. diuersitate accentuum separantur.

Secũdo abscisione: hoc est cũ a fine dictionis syllabã abiicimus, manetq; accentus in eadẽ syllaba: in qua erat añ abscisionẽ: ut in noibus ꝓpriis secũdæ declinatiõis terminatis in ius. quæ abiecta. us. in utõ acuunt penultimã: q̃q̃ eadẽ sit breuis. ut hĩc Verg. o uergili. Noĩa quoq; gentilia in. as. ut arpinas. ꝓ quo antiquiores dicebãt arpinatis: acuunt uel potius circũflectunt ultimam.

Tertio transpositione. hoc est cũ ꝑpositio postponitur: qđ est contra naturã suã. Tunc eni quasi dictio per se regularẽ accentũ seruat: ut transtra per & remos. tepens imperium. Differentiæ tñ causa quandoq; acuit̃ in fine. ut maria oĩa circum.

CANTO. Secundo abscisione. Fallit præterea accentus latini regula in quibusdã dictionibus abscissis quæ in eadẽ syllaba retinent accentũ principalẽ in qua erat ante abscisionẽ queadmodũ in oĩbus ꝓpriis secundæ declinationis terminatis in. ius. q apud antiqores fecerũt uocatiuũ. us. mutata in. e. ut hic Verg. o uergilie. hic mercurius o mercurie antepenultima acuta. Abiecta uero. e. finali o Verg. o mercuri. penultima acuta q̃q̃ sit breuis: qđ est cõtra regulã latinã de dictionibus polysyllabis. Quanq̃. P. nigidius uir sui seculi ꝑter unũ Ciceronem eruditissimus putauerit in casu uocãdi huius noĩs. Valerius primã accentu acuto esse proferendã. Qđ & si Gel. lib. xii. noc. atti. scribit non defuisse q irriderent: ego tm̃ Nigidio tribuo: ut libẽtius uelim cũ eo errare. q̃ cũ oĩbus grãmaticis uerũ dicere. Et noĩa gentilia terminata in. as. ut hic hæc hoc arpinas. larinas. tolosas. Pro q̃bus antiqores dicebant arpinatis. te. larinatis. te. tolosatis. te. acuuntur in fine: uel potius auctore Prisciano circũflectunt̃: qđ etiã de duobus illis ꝓnoibus nostras & uestras intelligendum est: quæ & ĩpa quodãmodo gentilia sũt. ¶ Abscissa quoq; sunt illa donec. pro quo antiquiores dicebant donecũ: qđ apud Plautũ multis in locis legimus. huc. adhuc. istuc. illuc. ꝓ quibus hucce. istucce. illucce. illi dicebant. Et cõposita a dic. duc. fac. quæ uidẽt̃ abscisa a dice duce. face. ut bñdic. maledic. deduc. educ. benefac. q̃q̃ de cõpositis a facio nõ liquet quo accentu q̃busdã in locis proferri debeant. Nã latinarũ exigit ut benefac. malefac. & bñfacis benefacit: malefacis malefacit. & syllaba antepenultima acuta ꝓferamus. De illis eni quæ in cõpositione mutãt a. in. i. nihil est dubitandũ: quod accentũ regularẽ sequant̃. Sed nescio qua de cã iunioribus grãmaticis placuerit priuilegio quodã uti in cõpositis ab hoc uerbo facio facis. cum in cõpositione. a. non mutat̃ in. i. ut in secunda & in tertia ꝑsona ꝑ̃sentis indicatiui modi numeri singularis penultima accentu acuto ꝓferat̃. ut bñfacis. bñfacit tepefacis tepefacit: cũ penultima breuis sit. Pari licentia utunt̃ in cõpositis ab illis appendice fio fis cũ rõne declinationis monosyllabũ efficit̃ in fine. nãq; accentu acuto efferunt̃ ut tepefis tepefit. calefis calefit. Quid qđ uideo grãmaticis q̃busdã placuisse ut quotiens ꝑ̃sens idicatiui pro ꝑterito eiusdẽ ponitur: qa tertia ꝑsona singularis pauciores habet syllabas q̃si abscisa i fine circũflectet̃: ut audit ꝓ audiuit. fumat ꝓ fumauit. E diuerso barbara noĩa in fine acuta: quæ syllabæ extensiõe latina efficiunt̃: in eodẽ loco hñt accentũ. in quo erat cũ esset barbara ut iacobus. sathanas. iosephus. & ex hispanis isabel isabela. leonor leonora. ¶ Tertio transpositiõe. Fallit quoq; accẽtus regula cũ ꝑpositiones postponunt̃ suis casualibus qđ est cõtra illarũ naturam. Cũ eni ꝑpositiones oĩbus syllabis grauent̃: atq; ut auctor est Quintil. ita casui iungat̃. ut dissimulata dictione sub uno accẽtu cũ ea enuncient̃: ut ueluti in una dictiõe una tm̃ syllaba sit acuta uel circũflexa. si postponunt̃: aut per se & absolute ꝓnuncient̃: regularẽ seruant accentũ. hoc est qđ monosyllabæ accentu acuto. dissyllabe uero priore acuta ꝓferri debent ut Verg. v. æne. transtra per & remos. & in. vii. Decus imperiũq; latini te poenes. Aut si dixeris poenes quæ pars orationis est: aut ꝑpositiones acti sunt. ad. apud. añ. Differentiæ tamen cã præpositio postposita q̃nq; acuitur in fine. Verg. i. æne. Errabant acti fatis maria oĩa circũ. ubi Seruius inquit accentũ poni contra morẽ latinũ sed corrupte hoc fieri: qa præpositio postposita corrupta est. In quo ego Priscia. potius assentior q̃ Seruio: neq; eni ultima ob eã rõnem acuit debuit: qa postponit̃: nã ea rõne oẽs ꝑpositiones dissyllabe acuerent̃ in fine cũ postponunt̃: sed differẽtiæ cã. Qđ & Quintil. scribit nõnullis grãmaticis placuisse: ut dictiones quædã ꝓpter uocũ discrimina acuto sono in fine proferent̃. ut apud. Verg. in. iiii. æne. Quæ circũ littora circũ piscosos scopulos: ut si nõ acuerent: circus circi uideretur. Sed id sibi nõ placere ostendit: qm̃ ut diximus: ꝑpositio ꝑposita oĩbus syllabis grauat̃. Est tñ eodẽ prisciano auctore qñ ꝑpositio postposita grauat̃ oĩbus syllabis: hoc est si grũs sequat̃ redditus suprapositio casuali. ut si dixeris uirtutẽ ꝓpter ĩperatoris. aut si alterũ casuale sine cõiunctione sequatur. ut Verg. in. iiii. Te propter eundẽ extinctus pudor. Quod si media sit coniunctio: nihilominus seruit regula. ut qđ ex Verg. attulimus: transtra per & remos. At uero præpositio composita in unum corpus coalescit cum ea dictione: cui per compositionẽ adheret. itaq; cum ea unum habet accentum prædominantẽ. ut perficio. perficis. perfeci. In prima enim & ultima per grauatur. in media acuitur. Quod si postponatur: aut soluta est: & per se: ut diximus: accentum habet. aut composita. & tunc aduerbium ex utraq; dictione conficitur: ut hactenus. quatenus. Nam si tenus composita non esset: priorem syllabam acueret. Cum quoq; præpositio o postposita illis pronominibus me. te. se. nobis. uobis. composita esse intelligitur. itaq; semper cum illis grauatur. Sunt tamen qui dicant encleticæ particulæ uim tunc habere: at ideo attrahere accentum ad syllabam præcedentem. Quod de præpositione diximus: etiam de coniunctione dici potest: nam præpositiua uel communis si postponatur finalem syllabam acuit ut si dixeris currit: mouetur igitur alias omnibus syllabis grauatur.

CHRI. Tertio transpositione. Quintilianus primo nam cum dico circũ littora: tanq̃ unũ enuntio dissymulata distinctione: itaq; tanq̃ in una uoce una est acuta. Qđ idem accidit in illo troiæ qui primus ab oris.

Quarto attractione. hoc est cum particula encletica praecedentis syllabae accentum ad se attrahit: ut hominumq; deorumq;. Sunt autem particulae encletice. q;. ne. ue.

Quinto idiomate hoc est cum dictiones graecae cũ litteratura accentum apud nos graecum retinent ut periphas & simois penultimam habent breuẽ & in eadem accentum. Epiros penultimam longam & accentum in ante penultima.

Sexto interrogatione : quoniam in clausulis quas ĩterrogatiue proferimus: ultime dictionis postremã syllabam acuimus: ut quis furor o ciues?

FINIS.

CANTO. Quarto attractiõe: enclesis graecae latinae dicitur attractio: dicit igitur quod dictiones encletice. i. attractiue attrahunt ad se accentum syllabae praecedentis. hoc est attrahendo ad se eandem acuunt. Verg. i. aene. O qui rex hominumq; deorumq;. syllaba. um. utrobiq; acuitur: non quemadmodum imperita multitudo solet acuere: sed modicae atq; ut supra diximus: sono quodã moderato: Particulae uero encletice sunt tres. q;. ne. ue. & cum pronominibus quinq; post posita. ¶ Quinto idiomate: idioma ĩterpraetatur linguae proprietas. Nam unaquaeq; lingua habet aliquid proprium atq; suum, quemadmodum latinae propriũ est acuere accẽtum in antepenultima si penultima sit breuis. si uero est longa. in eadem accentũ collocare: quam rationem sermo graecus non sequitur. Antropos enim penultimã habet longam. tamen accentus apud illos in antepenultimam trãsfertur. atq; e diuerso theologia penultimã habet breuem. tamen illi accentum in eadem collocãt. Dicit igitur quod si dictiones graecae cum litteratura graeca sermoni latino misceantur: accentum quoq; graecum retinẽt: ut ecce simois penultimã breuiat ut apud Verg. i. aene. ubi tot simois correpta sub undis. ubi Seruius inquit hoc nomen integrum hoc est cum graeca litteratura ad nos transit: unde suo est accentu proferendum. Nam si esset latinum in antepenultima haberet accentũ : qa secunda a fine breuis est: hucusq; Seruius. Eodem modo periphas penultimam habet breuẽ. ut apud Verg. ii. aene. Vna ingens periphas & aequorũ agitator achilles: tñ accentũ hẽt in penultima. ait nãq; idem Seruius ibidẽ. Periphas in fine accentũ non habet ne foemininum sit, nec in tertia a fine: quia nouissima longa est ergo in. ri. hoc est in penultima habet accentum. Econtrario epiros penultimam habet longam. Vergilius primo georgicorum. Eliadũ palmas epiros equarum: accentum tamen habere in antepenultima. Seruius idẽ testatur his uerbis. Sane epiros graecae profertur: unde etiam. e. habet accentum nam si latinum esset. pi. haberet quia longa est. Sed quoniã accentus graeci non modo nobis ĩcogniti sunt. uerum etiam apud illos per singulas prope dictiones sparguntur: neq; in unam quandam obseruationem reduci possunt quotiens nobis accentus graeci ratio non constiterit: etiam si litteratura graeca sit: latinis illum regulis moderabimur hoc enim praeceptum multum cautius atq; prouidentius est: & minus errori obnoxium. Quod si litteratura & graeca simul & latina fuerit: quod in plerisq; dictionibus reperitur: accentu potius latino utemur: quotiens graeca latinis miscemus. Vt buccolica georgica teste Seruio in prohemio buccolicorum apud graecos in fine habent accentum. apud nos in tertia a fine. Nam ut in ultima sit latinitatis uitat ratio. ut in penultima non sit latinitatis effecit ratio. Iam de nominibus graecis in. ia. terminatis quaecunq; apud illos per. i. iota scribuntur: nemo sane mentis accentu nostro dicet esse proferenda hoc est antepenultima acuta: cum penultima sit breuis: cum praesertim nunquã fere nisi declinatione latina in illis utamur: ut phantasia. cirurgia. melancolia. sophia. philosophia. categoria. usia. Et composita ab archia. quod interpraetatur principatus. ut monarchia. hierarchia. tetrarchia. & a logia. ut theologia. astrologia. ethymologia. Et a graphia. ut orthographia. cosmographia. chronographia. Et a machia. ut gigãtomachia. naumachia. batracomyomachia. Et a nomia. ut astronomia. cironomia. antionomia. Et quae diximus habere. i. breuem ante. a. cum de uocali ante uocalem correptione & productione dicebamus superius in dictionibus graecis. Omnia inquam illa accentu acuto in penultima proferenda sunt: & si cuncta barbaries in me unum coniuret: impetumq; faciat: quandoquidem possum ego illos unico rationis clypeo facile refellere. Econtrario in illis quae per ei diphthongon scribuntur apud graecos: qualia sunt dulia. hyperdulia. latria. idolatria. hermania. non herminia ut isti dicunt perihermenias. sed perihermenias. pedia. mechia. xenodochium. orphanotrophium. peristerotrophium. ichthiotrophium. Omnia inquam haec in penultima accentum habent. In dictionibus quoq; graecis contra latinitatis rationem accentus circumflexus in fine plerunq; locatur quemadmodum in omnibus genitiuis pluralibus qui apud illos in. on. terminantur. ut epigramma. epigrammaton. & aduerbia quae in. os. ut sophos. amohibolus. sed quemadmodum supra diximus: quotiens huiusmodi sermoni latino miscentur : potius accentu latino modulanda sunt. ¶ Sexto interrogatione: Nam ultimae syllabae clausularum quae interrogatiue proferuntur quodammodo eleuande atq; suspendende sunt idcirco diximus eas accentu acuto esse proferendas. Lucanus in principio pharsaliae quis furor o ciues? quae tanta licentia ferri gentibus inuisis latium praebere cruorem? his ultima syllaba suspenditur: atq; accentu acuto profertur.

FINIS.



Vemadmodũ in sermonis ductu necesse est fieri quasdam silentii distinctiões: tum ut auditor intelligat clausularum diuersitatem: tum etiã ut is qui loquitur: captato spiritũ majori acrimonia pronunciet: idem quoq; faciamus oportet in scripto, ut per quædam signa confusionẽ illam distinguamus. Estq; illud in primis animaduertendum duas tantũ esse notas: quibus eruditi omnem contextus ambiguitatem distingunt: dicente Hieronymo in prologo Esaie. Sed quod in Demosthene & Tulio solet fieri: ut per Cola scribatur & cõmata. Nam qui quas appellãt periodos, uirgulas & parenteses addiderunt: nullos habent auctores: cum econtrario sacræ scripturæ libri colo & cõmate contenti sunt. Est igitur comma: quod per duo puncta designatur: quotiẽs orationis tractatus eo peruenit: ubi oratio cum uerbo: aut aliquo uim uerbi obtinente finitur: sed tamen aliã quãdam orationem sibi adiungi desiderat: ut cõuertente domino captiuitatem syon: uel cũ conuerteret dominus captiuitatẽ syon. Cõma autẽ dicitur a copto uerbo græco quod est incido. Vnde latinæ potest appellari incisio: quoniam suo loco inciditur oratio: Colum cuius nota pũctus est, ponitur ubi clausula finitur: atq; quiescit: ut cum conuerteret dominus captiuitatem syon: facti sumus sicut consolati. Sunt quoq; quædam loca: in quibus nescias an oratio quæ sequitur: ex superiori dependeat ut dixit dominus domino meo: sede a dextris meis, hoc loco cõma collum potuit esse. Colum quoq; ponimus inter singulas partes orationis quæ per articulum aut dissolutum sine coniunctione adnectunt. ut grammaticus. Rhetor. Geometres. Pictor. Aliptes. Cantat. Amat: laudat nostros mea roma libellus. Effecte, grauiter cito, nequiter. Euge, beate. Non tamen dissimulauerim opportunam esse notam interrogationis in fine clausularum: quas interrogatiue: aut cum interrogatiõe admiratiue proferimus, ut hic pietatis honos? Sic nos in sceptra repõis? Tu ille ne Aeneas: quem Dardanio Anchise alma. Venus phrygii genuit Simoentis ad undam? Prætermittere uero nullo modo possum: quod uideo. Quintilião exactissimo harũ rerũ iudici placuisse ut quotiens dictio esset ambigua uel significatione: uel declinatione: uel mutatione in aliam partem orationis: ambiguitas illa superimposito apice tolleretur esto exempli gratia occido si habet apicem in prima syllaba: significat in ea esse accentum prædominãtẽ: sequentemq; esse breuem proferriq; accentu graui, ualetq; tunc occido id est pereo, quod si super secundam ponatur apex: significat syllabam illam esse longam: in eaq; proferri accentum prædominantem: ut occido: ualetq; pro eo quod interficio. Præterea cum indifferenter dicamus musa nominatiuo, uocatiuo, & ablatiuo. Si ultimæ syllabæ apicem apponas significat tantum esse ablatiuum aut septimum casum. Si uero pone apicem habeat in finem appositum: signum est esse præpositiõem siue aduerbium: alias uero manifestum est esse uerbum.

FINIS.

S

¶ De dictionum peregrinarum & quarundam aliarum accentu opus utilissimum.

¶ Non omnia nomina hæbraica accẽtum in ultima syllaba habere contra Alexandrum.



Lexander dogmatistes: id est qui sibi ipsi atq; illis. qui modo in sua uerba iurarũt præcepta quædã reliquis omnibus inaodita ꝓposuit: illud in primis tradit: quod isti cãtant. amant. laodãt. & quasi oraculũ qooddã appollinis præ se ferunt. Omnis inqoiũt barbara uox nõ declinata latinæ accentũ super extremã seruabit acutum. Credas ex eadẽ officina hoc prodisse: unde alia huiusmodi præcepta. quæ sermonis latini reliquias sunditus euerterũt. Sed esto: nescierit latinæ: ꝙ sua ætate res litteraria dormiebat: quid? nonne cũ de barbaris hoc est hæbraicis dictiõibus ꝑcepta dabat: oportuit hæbreos cõsulere iis de rebus quarũ ignoratiõe tenebat᷑. Sed ꝙ in gallia res gesta est: nõ erat illi copia hæbrei coiosdã præceptoris: unde illa disceret: qd? reliqoarũ nationũ asellos bipedes ita ne oportuit ratiõis habenas alteri ꝑmittere: ut quacũq; duceret. sequeret᷑? Neq; enim ea fuit auctoritate Alexãder qua Pytagoras: cuius discipuli satis magnã in rebus dubils ꝓbationẽ afferre putabant᷑: si ab illo se audisse dicerent: unde emphaticon apud illos erat ipse dixit. Cũ igitur illud sit omniũ simul grãmaticorũ cõsensu receptũ dictiões peg͠rinas: nisi litteraturã mutauerint: cũ suo accẽtu ad nos migrare oportere. cõsulamus iã nõ hæbreos: quorũ genus iustissimo quodã dei iudicio nõ tñ sine magna litterarũ iactura extinctum est. sed unũ quẽpiã ex regeneratis nuꝑ ĩ Christo uel mediocritee hæbraice linguæ peritũ; & cõperiemus tertium quodq; uerbũ apud illos etiã ex iis: q̃ latinã declinationẽ admittere nõ possunt: accẽtu acuto in penultia atq; etiã nõ nõquã ĩ tertia a fine ꝓferri debere. Itaq; cũ dicius Abel accẽtu in fine acuto: nõ græce: ꝓferimus qa apud illos ĩ fine grauat᷑: nõ latinæ: qa nullum latinũ nomẽ: nisi corruptũ ultimã acuit: nõ hæbraica: qa illi primo accẽtu acuto ꝓferunt. Igit᷑ nullo harũ triũ linguarũ: q̃bus ecclesia utitur: sed suo hoc est ab ignorãtia nato accẽtu isti ꝓnunciãt. cũ ꝓferendũ sit Abel accẽtu in prima. atq; pari rõne nõ dicemus accẽtu acuto in fine abisai: sed abisai in penultima. nõ abimelech. sed abimelec. nõ bersabe: sed bersabe: nõ carnaim: sed carnaim. nõ coeleth: sꝫ coeleth. nõ casleu: sed casleu. nõ esau: sed esau. nõ ezel: sꝫ ezel. nõ engadi: sed engadi. nõ ephrata: sed ephrata. nõ gomee: sed gomer. nõ iezabel: sed iezabel. nõ isboseth: sed isboseth. nõ miphiboseth: sed miphiboseth. non lamech: sed lamech. nõ mathusalẽ: sed mathusalẽ. nõ ramatha: sed ramatha. nõ thãnatha: sed thãnatha nõ iared: sed iared. non heber: sed heber. nõ iaphet: sed iaphet. nõ luza: sꝫ luza. nõ tamathaim: sed tamathaim. nõ ephraim: sed ephraĩ. nõ berzellai: sed berzellai. nõ issai: sed issai. nõ madai: sꝫ madai. nõ edrai: sed edrai. nõ ulai: sed ulai. nõ sale: sꝫ sale. nõ eliezar: sed eliezar. nõ phares: sed phares. nõ zarã: sed zarã. nõ sophtim: sed sophtim. nõ ꝓpe alia ĩnumera q̃ ꝓperã ab ignaris huius linguæ atq; rõnis litterarie ꝓferũtur. In tertia quoq; a fine cõplura ex hæbreis nõ declinatis enunciant᷑ accentu acuto. ut ionathan. ionathã. osanna. nõ osanna. nabucdonosor: nõ nabucdonosor. mahalelel: nõ mahalelel. Atq; ex iis etiã q̃ declinãtur nõ urias in penultia: sed urias ĩ tertia a fine. nõ thobias. sed thobias. nõ gomorrha sed gomorrha. nõ togorma: sed togorma: sꝫ de his ĩfra. pluribꝰ disserẽdũ ẽ.

¶ Dictiones hæbraicas latinæ declinatas accentum habere latinum.



X superiori regula cõsequẽs illa est oẽs dictiões hæbraicas si latina declinatiõe inflectant᷑: etiã accẽtus latini rõnẽ sequi debere. Hæc ꝑceptio ab oibus in cõe grãmaticis recepta est: atq; cõfessa: sed neq; diffitent᷑ eam grãmatiste: quãdoquidẽ ipsi dicũt si latinæ nõ declinentur: accentũ habere acutũ in fine. igit᷑ e diuerso si latinæ declinent᷑. latinũ accentu habeant oportet. Atqui hæc ꝑceptio latissime patet. idq; nõ modo in hæbraicis dictiõibus: sed etiã in is q̃ in latinum sermonẽ ex græco uenerũt. Sed de græcis in latinũ cõuersis mox de hæbraicis quã rõnẽ apud nos obseruent pauca dicẽda sunt atq; illud in primis de quo iam pridẽ cum omni barbaria digladiati sumꝰ nulluꝫ uidelicet nomen barbarũ posse inflecti qd terminationẽ declinabilem atq; accentũ latinũ nõ habeat. atq; e cõtrario si declinent᷑: accentum quoq; habeãt latinũ necesse sit: Cum igit᷑ adam. abrahã: & huiusmodi neq; accentũ sed neq; latinã terminationẽ habẽt: q̃ declinari possit nulla ratiõe inflecti latine possunt: quod q̇dã ex nostris fecerũt. atq; ĩ obliquis ade. abrahe dicere nõ dubitarũt. Sed q̃ recte ipsi uiderint. Prisc. certe lib. v. de octo ꝑtibus oratiõis in hæc uerba ꝑcipit. Noĩa iquit barbara ĩdeclinabilia nõ solũ ĩ. am. sed in alias quoq; terminatiões nulla latina uel græca declinatiõe sunt moderãda nisi trãsferant᷑ in aliquã formã declinabilẽ. qd q̇dã historici fecerũt: ut Abraã inq̇t abraamus. .i. Idẽ qooq; refert flauius Iosephus in p̃rio hæbraicarũ antiq̇tatũ libro. Noĩa inq̇t ꝑp scripture decorem græci ad declinationẽ legẽtiũ mutauerũt. Neq;. n. gẽtis nr̃æ inq̇t est huiusmodi formis uti. sed licet unũ q̇dẽ schema & finis nominũ sit unus. ultimas tñ nominũ syllabas aliter illi declinãt. Noe itaq; apud eos noeus appellat᷑. & Abraã abraamus & sic hæc forma in omni schemate custodit᷑. Hæc Iosephi uerba quẽadmodũ & Prisciãi sũpiora mãifeste ostẽdũt sub illa terminatiõe nullo mõ posse declinari: tũ qd nulla dictio latina nisi corrupta accẽtũ habet in fine: tũ qd in. am. terminatũ unũ est tm̃ apud latinos idq; ĩdeclinabile nequã: qd ipsum argumẽto est illa quoq; ĩdeclinabilia eẽ. Qd si terminationẽ habẽt declinabilẽ accẽtũ uero barbarũ hoc ẽ in fine acutũ: nihilo plus declinari possunt ut. ioda. bala. dauid. ezras. Israel. Quod si uspiã declinata reꝑis: puta iude. bale. dauidis. ezre. israelis. tũ ipsos obliquos. tũ primã nominũ positionẽ accẽtu latino efferas oportet. ut bala bale. ezras ezre accẽtu in prima sicut musa musæ. lucas. e. dauid accẽtu in prima dauidis in eadẽ ad ꝓportionẽ bogud bogudis: qd solũ nomẽ ex terminatis ĩ. d. apud latinos declinat᷑. Israel quoq; accẽtu in penultima. sicut & Michael. dicente Valerio flacco in argonautica. hic & adoratus flagranti crine Michael. sed oĩa hmõi obliqoos ideo ꝓducũt. ꝙ a græcis p. e. longum scribunt᷑. Quare si uspiã abrae. ade. iude. daui

dis.& similia legis.necesse ẽ accẽtu latino efferas atq; in recto abraas adas.iudas.dauid accentu latino enũcies. aut nihil omnino est totum hoc negocium: qđ grammaticem appellamus.

¶Nomina hæbraica ex græco traducta accẽtum latinum habere.

Quæ uero noĩa ex hæbreo sermõe p græcũ forma declinabili in latinũ uenere si declinationẽ habẽt græcã.accentu quoq; græco moderãda sũt. Quod si latina declinatiõe inflectunt̃.accẽtus quoq; latini regulã sequant̃ oportet. Nã cũ latinæ linguæ illud sit ꝓpriũ. ut dictiones ĩtegras ĩ ultima syllaba nũquã acuat aut circũflectat sed in dictiõibus dissyllabis primã in polisyllabis q̃ penultimã habẽt longã.eandẽ acuat. q̃ uero breuẽ in tertiã a fine trãsferat accẽtũ:græci suã quãdã rõnẽ sequẽtes & ultimas dictionũ syllabas acuere uel circũflectere possunt.& penultima existẽte lõga accẽtũ in antepenultimã trãsferre.atq; ecõtrario existẽte breui in eadẽ accẽtũ collocare.Cũ itaq; noĩa in.a. uel in as terminata.i.iota ante.a.habẽtĩa q̃ apud illos breuis ẽ: in penultima ꝓferãt accẽtu acuto latini in antepenultimã trãsferũt:ꝓpterea qđ quẽadmodũ diximus:latini sermõis regula nõ patit̃ ut penultĩa existẽte breui.accẽtus in eadẽ.colloceť:sed in tertiã a fine accentus trãsferat̃.Itaq; nõ dicem9 cũ græcis abdias abdie penultima acuta qñ latinæ declinamus: sed abdias abdie accẽtu in antepenultimã trãslato.nõ azarias: sꝫ azarias.non ezechias:sꝫ ezechias.nõ esaias:sed esaias. nõ ieremias:sed ieremias.nõ ieconias:sed ieconias.nõ iosias:sed iosias.nõ matathias:sed matathias.nõ ozias:sed ozias.nõ onias:sed onias:nõ Zacharias:sed zacharias.nõ barachias:sed barachias.nõ thobias: sed thobias.nõ urias:sed urias. tã etsi hæc duo ultĩa etiã rõne hæbraice litteraturæ accẽtũ habeãt ĩ antepenultima.quẽadmodũ & maria qđ nomẽ apud hæbreos celebre doctissimus qsq; penultima breui posuit in carmine Claudiãus p̄parat & mariæ pulchros sed luce minores eligit ornatus.Sedulius quoq; in paschali qs fuit ille nitor mariæ cũ Xp̃s ab aluo ꝓcessit:Eadẽ quoq; rõ est nominũ græcoꝝ.i.iota in penultima habẽtiũ añ.a.finalẽ.ut sophia.philosophia. symphõia. phãtasia.chirurgia.melãcolia.cathegoria.usia.& ab ode.es cõposita qđ ĩterp̄tať cantus ut ꝓsodia.tragœdia.comœdia.psalmodia.melodia.& ab arche:qđ ẽ principatus.ut toparchia.monarchia.hierarchia:tetrarchia.& a logus qđ est sermo.ut theologia.astrologia.tropologia.etymologia.& a graphe qđ est scriptura.ut ortographia.cosmographia.chyrographia.topographia.& a mache.ches.qđ ẽ pugna.ut gigãthomachia.naumachia. batrocomymachia. & a nomos qđ est lex.ut astronõia.chironomia.ãtinomia. Quæ uero apud illos p ei diphthõgõ ante.a.scribuntur:in eadẽ hoc est penultima habẽt accentũ.Itaq; hac rõne dicemus dulia & hypdulia angaria.nõ ut isti ꝓferũt dulia & hypdulia angaria ĩ tertia a fine.latria & idolatria:nõ latria & idolatria herméia. nõ ut isti dicũt pihermenias.pepia nõ pepia.mechia nõ mechia.Eadem quoq; ratiõe dicimus xenodochiũ.non xenodochium.orphanotrophium:nõ ut iure cõsulti orphanotrophiũ.ichthiotrophium:nõ ichthiotrophium. & alia prope innumera quæ per regulã distinguunt̃.

¶De noĩbus possessiuis in.inus.a.um.terminatis.

Nomina possessiua in inus.a.um.exeũtia:q̃ a noĩbus græcis colores.gemmas.unguẽta materiãq; netilẽ significãtibus deriuãť penultimã breuiant:ac pinde in tertiã a fine accẽtũ reiiciũt.ut coccinus crocinus.iãthinus.hiacinthinus.glaucinus.prasinus.sadicinus. amethistinus. adamãthinus.chrystallin9.smaragdin9. saphirinus. onychin9:myrrhin9.amigdalin9.amaracin9. amarathinus.byssin9.bõbecin9.carbasin9.cilinus. gausapinus. Quæ oĩa & hmõi simĺr ĩclinata cõsitent isti apđ poetas penultimã breuiare.ĩ ꝓsa tñ ofone ĩ eadẽ accẽtũ hẽre.Sed ubi nã isti legerũt aliã eẽ rõnẽ syllabæ ĩ carmie:aliã ĩ ofone soluta p̄terq̃ cũ post uocalẽ natura breuẽ seqť muta cũ liqda:Id.n.priuilegio quodã singulari fit:ut uocalis illa ĩ ꝓsa sp breuis: ĩ carmine uero ĩdifferẽs & media fit. Quare omittam9 iã istas nugatoꝝ ĩeptias atq; regulã q̃ a nobis tradita ẽ de dictiõibus.i.añ.n.hñtibus:ĩ mediis syllabis obseruem9 quo in loco multa poetaꝝ exẽpla attulimus:q̃bus ꝓbatũ ẽ syllabã hãc breuiari:atq; ex cõsequẽti iuxta regulã grãmaticæ latinæ accẽtũ ĩ tertiã a fine trãsferre. Breuiãt p̄terea penultimã q̃dã noĩa adiectiua ab aduerbiis tpalib9 deriuata.ut a cras crastinus.a perẽdie pendin9.a sero serotin9.a pridẽ pristinus. ab horno hornoti9.& noĩa ab arborib9 materiã significãtibus: ut a cerro cerrinus. a tilia tiliaginus. ab olea oleaginus.a fago faginus.Illud tamẽ meminerimus a clam clandestinus penultima longa debere proferri.

¶De nominibus ex forma græca in tes masculini generis & tis fœminini desinentibus.

Et apud græcos noĩum gẽtiliũ & possessiuoꝝ q̃ a ꝓpriis hoĩum locorũq; nõnunq̃ deriuant̃ forma hmõi.ut masculĩa exeãt in tes.æqualiũ syllabaꝝ in gtõ.fœminina uero in tis mittentia gtĩ in idos.ut a scythia scythes scythu.scythis scythidos.a sarmatia sarmates sarmatu.sarmatis sarmatidos.phthia.phthiotes otu.phthiotis.otidos.Hæc latini q̃ masculĩa sũt ĩ.a. terminãtes p primã noĩs declinationẽ ĩflectũt. q̃ uero fœminĩa p tertiã mittẽtia gtĩ in idis.ut scytha.e.scythis. idis. Sarmata.e.sarmatis.idis.phthiota.e. phthiotis. idis. q̃ oĩa p̄terq̃ duo illa priora uocalẽ hñt ꝓductã ante. tes.uel.tis.Hãc formã ĩterp̄tes primũ græci atq; illos imitãtes latini ĩ plerisq; scripturæ sacræ locis obseruarunt. Vñ ab anathot:q̃ fuit ciuitas fortis beniamin tribus ab hierosolymis passuũ milibus: Ieremias ꝓpheta & unus de triginta fortissimis sub dauid rege anathotite sũt cognominati. A pharatõ oppido ĩ mõte amalech abdõ iudex ĩsrael & unus quoq; de triginta pricipibus uiris sub dauid rege banai pharatonite nũcupant̃.A morasti uico nõ lõge ab eleutheropoli ciuitate fuit.Micheas ꝓpheta morastites cognominatus.Sic a ruben.leui.gad.zabulon.aser.filiis Iacob:rubenitaꝝ.leuitaꝝ gaditaꝝ zabulonitaꝝ aseritaꝝ familie dñr.atq; pari mõ cõplures alie q̃s in libris numeroꝝ legimus fœminina uero tã etsi nõ ita frequẽter: plerũq; tñ sub hac forma scripta repias:ut ab ammõ & moab:quos loth ex duabus filiis genuit:uiri posteri ammonite & moabite sũt cognominati. fœminine ammonitides & moabitides sicut ĩ tertio regũ libro. adamauit inq̃t salomõ mulieres ammõitides & moa

bitides. Ruth quoq; moabitis & de regione moabiti-
de in historia sua narratur. A madian quoq; ciuitate
& regione illius ciuitatis ĩ deserto iuxta mare rubrũ
uiri madianitæ. & ezabi in libro numerorum madia
nitis dicit. Iob præterea usites cognominatur: & in re
gione usitide ortus traditur. ex hac regula cõstãtissi-
me a græcis atq; latinis obseruata depræhẽdũt. mul
ti errores in oĩbus pene latinis codicibus transcripti.
Nã a galaad monte arabiæ finitimo siue ab urbe ĩ mõ
te eodẽ sita recte galaadites. e. pro genere masculino:
& galaaditis. idis. pro feminino formatur. Vnde in se
cũdo libro regũ berzellai galaadites dicitur. & ĩ pri
mo machabeorũ frequenter regionẽ galaaditida le-
gimus. Qua igitur rõe defendi põt quod in tertio re
gũ libro legimus: sed & filiis berzellai galaditis red-
des gratiã cũ dicendũ sit galaadite. nisi malis dicere
galaaditidis subaudi regiõis: qd in codicibus antiqs
salmaticensis ecclesie atq; monasterii diui Stephani ĩ
eadẽ urbe scriptũ reperit. Cũq; frequenter legamus
thecua oppidũ & desertũ thecue. unde amos ꝓphe-
ta thecuites cognominat: quõ mulier illa quam ioab
suo cõmẽto subornauit: in secũdo regũ thecuites di
cit cũ thecuitis appellãda sit? Similis error in tertio
libro scriptus est de roboã filio salomonis nomẽ iqt
matris eius naama amanithes: quãq̃ & ĩ codicibus il
lis salmãticensibus amanitis legit. Sunã quoq; oppi-
dũ fuit palestine: iuxta quod Saul superãtibus phili
steis cecidit hinc mulier illa cuius filiũ heliseus pro-
pheta suscitauit: sanamitis cognomiat. Abisac quoq;
illa q̃ dauid senecta ætate cõfectũ refocillabat: suna-
mitis ab eodẽ oppido est appellata. Sed quõ Heliseꝰ
potuit dicere puero suo uoca sunamitẽ hãc: & iuene
rũt abisac sunamitẽ cũ utrobiq; dicẽdũ sit sunamiti
da. Nã error ille q in oĩbus libris recẽtioribus legit
cãticoꝝ cap. vi. Reuertere reuertere sunamitis reuer-
tere ut intueamur te. & qd seqt qd uidebis in sunami
te nisi chorus castrorum? nulla rõne defendi põt cũ
utrobiq; loco. n. poni debeat. l. sulamitis. qd & libri
salmãticẽses hñt & in posteriori sulamitide potiusq̃
sulamite legi oporteat. Atq; e diuerso ut aliqd ex no-
uo testõ degustemus: cũ ab scarioth iudas ille prodi
tor scariothes dici debeat: in omnibus prope libris
scariothis est scriptũ. & mille alia huiusmodi quæ
suis locis dirigentur.

De nominibus hæbraicis & barbaris unius sylla-
bæ adiectione declinatis.

NOmina hæbraica: q̃ extensiõe unius sylla-
bæ ad græcã ac pinde ad nostrã declina-
tionẽ trahunt: in eadẽ syllaba retinẽt ac-
centũ apud nos: in q̃ fuit apud hæbreos.
Nã quẽadmodũ in supioribꝰ ex auctoritate Prisciãi
& Iosephi dictũ est græci primũ atq; illos deide imi
tati latini uastitatẽ illã hæbraicarũ dictionũ iterptes
moderati sũt ad scripturæ decorẽ uoluptatẽq; legen
tiũ. Sic ex Adã. Abraã. Iacob. Ioseph. Phicol. Satan. q̃
apud illos i fine acuunt: nos forma declinabili unius
syllabæ extẽsiõe adamus. abraamus. iacobus. iosephꝰ
phicolus. satanas accẽtu in penultĩa acuto siue circũ-
flexo fecimus. Quãquã & alia potuit eẽ rõ cur Iaco-
bus & Iosephus penultimas ꝓducãt: qd uidelicet p o
mega & e. lõgũ a græcis scribunt. sed de his capite in
sequẽti plura. Pari quoq; rõne Daniel. Israel. Micha-
el. & similiter desinentia in danielũ israelũ michae-
lũq; uertimus & q apud græcos ultimas acuũt: q a
græcis p. e. lõgũ scribunt. Quæ pterea apud hæbre-
os accẽtu acuto in penultĩa enũciant: si noĩs extẽsiõe
fiant nra: accẽtũ in eadẽ hoc est in antepenultima ha
bebũt. ut ex iocabed. abed. noe prima acuta nos ioca-
beda abelus. noeus accẽtu in eadẽ hoc est ĩ tertia a fi-
ne fecimus. Eliezer quoq; penultĩa acuta & si noĩs ex
tẽsiõe declinet latinæ in eadẽ syllaba retinebit accẽ-
tũ. hoc est in tertia a fine. ut eliezerus. Eadẽ quoq; fu
it ratio cur q̃dã noĩa barbara in icus terminata penul
timã ꝓduxerũt qd uidelicet antea q̃ ad latinã decli-
nationẽ traherent finalẽ syllabã acuebant. sic a theo-
doric nos theodoricus. ab alaric nos alaricus. a rodo-
ric nos rodoricus. a frederic nos fredericus fecimus.
Nã qd Alexã. scripsit. In ꝓpriis icus. ꝓducit. ut frede
ricus. multos in errorẽ ĩduxit putãtes illud de oĩbus
hoc ẽ græcis & latinis dictũ quoq; eẽ. Itaq; penultima
acuta siue circũflexa ꝓferũt euthycus rusticus dñi-
cus cũ ꝓpria noĩa sunt quod omnino est absurdum.

De nominibus uocales longas siue breues in penul
tima syllaba habentibus.

CVm septẽ sunt uocales apud græcos tres
ex illis hoc est. a. i. iotha & y psilon medie
atq; ĩdifferẽtes id est q̃ ꝓduci & breuiari
possunt duæ æternũ breues. e. psilon & o.
micron: duæ quoq; semp longe. ita & o mega. huius
rei ignoratio plerosq; in accẽtus errorẽ ĩduxit in ple
risq; dictiõibus græcis. Nã q̃ p uocales lõgas in penul
tima scribunt aliqñ accẽtu acuto in tertia a fine ꝓfe-
runt. atq; ecõtrario q̃ p breues: in eisdẽ accẽtu quoq;
acuto cõtra artẽ atq; rõnẽ latinæ grãmaticæ: ut sæpe
diximus. Cũ itaq; apd græcos poderis. synteresis. die
cesis. eremus. paraclerus. & cõplura huius gñis p. e. lõ
gũ a græcis scribant: q̃ rõne defendi põt. poderis. syn
deresis. diocesis. eremus. paraclitus accẽtu acuto ĩ ter
tia a fine ꝓferant? Atq; in obliqs quorũdã noĩum in
er terminatoꝝ peccãt: iber iberi celtiber celtiberi. cha
racter characteris. luter luteris. soter soteris penulti
ma graui cũ acuta siue circũflexa sic ꝓferri debeat
iberi. celtiberi. characteris. luteris. soteris. Ecõtrario
q̃ p. e. scribũt correpta ĩ pẽultĩa accẽtu acuto ꝓferũt.
ut obelꝰ penultĩa circũflexa siue acuta: p obelus añ-
penultĩa acuta: & cõposita a genos qd ẽ genus. ut ori-
genes ꝓthogenes ꝓ origenes ꝓthogenes. & a telos qd
ẽ finis. ut praxiteles ꝓ praxiteles. Aristoteles ꝓ Arist.
& a sthenos qd ẽ potẽtia: ut Demostenes ꝓ demoste.
Callistenes ꝓ callistenes. & a theos qd est deus ut ti-
motheus ꝓ timotheus. dorotheus ꝓ dorotheus. de-
sitheus ꝓ desitheus. Similis error circa. o lĩam cõtin
git. Nã cũ idolũ antiphona sinopis. metamorphosis.
Aesopus p. o. mega hoc ẽ lõgũ a græcis scribant atq;
pinde accẽtu acuto siue circũflexo in penultĩa ꝓfer-
ri debeãt isti ex huius rõnis ignorãtia idolũ. antipho
na. sinophis. metamorphosis. Aesopus accentu acuto
ĩ tertia a fine ꝓferũt. Cũ pterea dorõ qd iterptat do
nũ p. o. mega scribat a græcis. atq; ex cõsequẽti noĩa
ꝓpria in dorus terminata: q̃ inde cõponunt penulti-
ma acuta siue circũflexa ꝓferri debeãt. ut Isidorus.
Heliodorus. Cassiodorus. & similiter desinẽtia. ipsi
perperã accentu in antepenultima relicto Isidorus.
Heliodorus. Cassiodorus enunciant cõtra rationem

artis latinæ grãmaticæ. Hac ratione agonia quod est angulus cõposita producant necesse est. ut agonus. trigonus. tetragonus nam agonos quod est genus breuiant. q per. o. micron scribunt. ut antigonus. erigone. Sed de his alio in loco plura diximus.

FINIS.

ℭ Antonio Nebrissensi Arius lusitanus.

Dyrceo quantum Thebæ memorantur alũnos
  Versus Palladia cuius in æde micant:
Aut quantum lesbos plectro spectabilis aureo
  Exultat numeris docta puella tuis:
Culta suo tantum fœlix Nebrissa poeta
  Bellorophonteis arua rigauit aquis.
Miscuit hic sacris Tormin Pemessidos undis.
  Barbaricum nostro reppulit orbe genus.
Primus & in patriam Phœbum doctasq; sorores
  Non ulli tacta detulit ante uia.
Pega fidumq; ausus puro de fonte sacerdos
  Nostra per Ausonios orgia ferre choros.
Ore potens uario est. seu condit amabile carmen:
  Dulcior Andino defluit ore liquor.
Seu uelit orator lingua dixisse soluta:
  Eloquium dices hic Ciceronis habet.
Ipse triumphali redimitus tempora lauro
  Viuus syderea incipit ire uias
Viuet in æternum: uiuet tua musa decusq;
  Antoni: æthereus dum uehet astra polus.
Hæc te fama leuat nullo interitura sub æuo.
  Hæc facit ut uolites docta per ora uirum.

ℭ Idem Arius ad lectorem.

Tempora Rhẽniacos contemnant nostra libellos
  Dictaq; Aristarchi iudiciumq; graue.
Priscorum quicquid dictarunt corda uirorum.
  Hæc breuis Antoni docta pagella docet.
Si uia longinqua est: hæc ars compendia mõstrat
  Si timor: hæc tuta per freta linthre uehit:
Carmine demulcet melius: quo feruet odorem
  Testa recens. paruo pondere gaudet Hylas.
Liuor edax maciem atq; atros rubigene dentes
  Tuq; tuum nasum comprime rhinoceros.
Inuidia rumpi: neq; quiq̃ liuor obesse:
  Nec poteris quicq̃ tu quoq; rhinoceros.

FINIS.

ℭ Aelii Antonii Nebrissensis grāmatici de ui ac potestate litterarū deq; illarū falsa prolatiōe: ad ꝑquā Reuereñ. in Christo Iesu patrē ac clementissimū dominū Do. Ioannem astuniga quondā cisterciensis militiæ magistrum dalcātara: nunc uero hispalensem archiepiscopum designatum.



Vllum est adhuc opus a me editum clemētissime pater: qđ nō ex ipsa rerū nouitate īuidiā atq; odiū ab īperita multitudine in auctorē suū cōflauerit: sed qđ non subinde fuerit etiā detractoꝝ meorū iudicio cōprobatū. Erat enim facile uulgus īcertū erroris cōuincere: cū haberē tot uiros græcos & latinos: quorū auctoritatē illorū deprauatæ opinioni opponerē. Haberem ex nostris cōplures studiorū meoꝝ studiosos: q ill ađ idē qđ ego de re litteraria sentirēt. Haberē codices peruetustos & litteraꝝ monumēta lapidibus ac numismatis īpressa: q meis obseruatiōibus astipularentur. Nūc uero ī hoc opere qđ de ui ac potestate lraꝝ tuo præclarissimo noīe publicamus: oīa mihi illa desunt adiumenta. Nā & græcos & latinos ex beniuolis alienos feci cū ostēdi illos in multis turpiter errare. Hispanos meos iampridē īfensos habeo: q facile paterēt me illis eē æqualē: superiorē certe ægre ferūt. Ipsa uero antiquorū uoluminū maiestas nulla ex parte auxilio nobis esse pōt: ꝑpterea qđ in hac uocū disputatiōe littera mortua est: quā spiritus debeat excitare. Quare sola eadēq; nuda ueritate cū tot uiris. tot linguis. tot natiōibus uni mihi certādū est: q tametsi numero plures erūt: rerū tm̄ pōdere supabimus. Sic licet exclament ut stentora uincere possint: & si me adeo oēs græci latini simul & barbari agmine facto lapidibus & gladiis īcessant: nihilominꝰ rei pulcherrimæ ac ꝑinde mortalibus necessariæ: antea q̄ poenitus intereat: patrociniū defensionēq; suscipiā. Quod si ꝑiudicata opinio apud illos tm̄ ualet: ut neq; euidētissimis rōnibus meis uelint cedere: illud reliquū ē. Pater optimæ atq; hūanissimæ: qđ antigenidas frigēti ad ppłm discipulo dixit: ut tibi canā & musis illud quoq; sub īcerto auctoīe uulgatū: q īterrogatus qđ tm̄ laboraret in arte ad paucos ꝑuētura: satis inqt mihi sūt pauci. satis unus. satis nullus. Itaq; licebit mihi uel cū Persio poeta locū īfoderet atq; eodē imurmurare: uidi uidi ipse libelle. cætera nosti. Sed dicet qsꝑiā: qđ tanto dignū feret hic ꝑmissor hiatu? aut qđ ita ītumescit q̄si disputaturus magnis de rebus? Ad lraꝝ sonos hoc est pueriles opas nos reuocat hoīes barbatos atq; in ꝑclarissimis artibus & disciplinis recoctos. Possem ego ex Quintiliāi uerbis ad ista rñdere: nō eē parua sine qbus magna cōstare nō possūt. & illud eiusdē. neqs igit̄ tanquā parua fastidiat grāmatices elemēta. Sed qa īteriora huius sacri adeuntibus apparebit multa rerū subtilitas: q nō mō acuere īgenia puerilia sed exercere altissimā quoq; eruditionē ac sciētiā possit. An cuiuslibet inqt auris est exigere litterarū sonos? nō magis hercle q̄ neruorū. Neq; ego is sum. qđ ad amusim hoc de me ꝑstaturū pollicear. Hoīes. n. sumus: q ut ait Quinti. labāt aliqn atq; onere cedūt: sed qđ speremus posse fieri ut his nr̄is admonitiōibus excitati ex tā lōgo ueterno tēpestatis nostræ hoīes resipiscāt: atq; ductu meo diligētius inquirāt: q uoces qbus lrarū figuris debeāt accōmodari & se hac uia ab illa barbariæ īfami appellatiōe defendāt. Nā barbarismus queādmodū grāmatici tradūt: ꝑtim scripto ꝑtim ꝑlatiōe cōmittit̄. atq; ut Fabius īqt: qđ male scribit̄ male etiā dici necesse est. q uitiose dixeris nō utiq; & scripto peccāt. Sed illa barbarismi ꝑte q scripto cōtingit ad orthographiā delegata: de reliqua q circa ꝑlationē uersat̄: quā q̄ uideo ab oībus ꝑpe grāmaticis desertā: pauca nobis īpræsentiaꝝ differēda sūt. Nec ītelligo nūc de lraꝝ ꝑlatiōe: q ex pseudographia in barbarismū īcurrit: sed de illa tm̄ q ꝑstāte recta scriptiōe a sæculi nr̄i hoībus cūctis fere ignorat̄. Cū. n. sint lræ accidētia qnq;. nom̄. figura. ꝑlatio siue potestas. ordo. cognatio. de noīe. de figura: de ordīe. de cognatiōe lrarū īter se multa uulgo scripta sūt: cotidieq; ī scholis differunt̄. de sola ui ac potestate cuius cā figuræ lrarū sūt īuentæ: quæq; inter alias potissima est: nulla a grāmaticis oīno mētio fit. Cūq; auctore Quītiliāo lrarū figuræ ad hoc sint excogitatæ ut custodiāt uoces: queādmodū uoces ipsæ ut significarēt res in aīo cōceptas: frustra uterq; labor fuisset adhibitus: atq; munus hoc lrarū: quo nullū maius ab hoīe uel potius diuīa q̄dā ꝑuidētia est inuētū: in cassū nulliusq; momenti negotiū recideret. In quā fortunā ne aliquādo ueniamus cūctis iuribus annitendū est: nos certe ꝑ uirili nr̄a q corrupta sūt atq; deprauata resarcire curabimus. Non quo speremus posse oīa restitui: quā q̄ eēt id nō ad modū difficile: nisi ea hoīum foret ꝑtinacia. ut qđ ait Hora. uelint citius aberrare: q̄ q īberbes dicere senes ꝑdēda fateri. Sed qđ credamus posse fieri: ut cū semel rō nr̄a fuerit uulgata & audita ueritatis adacti cōsciētia cogant̄ aliqn̄ cōfiteri q nūc tā ꝑtinaciter oppugnāt. Quod si semel ꝑsuasi dixerit uera eē nos asseueramꝰ: sed ꝑp auriū offensionē nō licere mutari: maior totius negotii pars erit cōfecta. Nā qđ rō ꝑsuaserit aliqn̄ fiet. neq; ueritas etsi diu cōcussa & exagitata patiet̄ se tādē cōuelli & erradicari. Illudq; saltē nr̄o hoc labore assequemur: ut qđ ante hac ꝑ ignorātiā faciebāt: scientes deīceps atq; prudētes faciāt. Nā queādmodū in ethicis Aristo. tradit in iis q ad mores ꝑtinēt: ꝑstat ꝑ ignorātiā q̄ sciētes errare. In iis uero q ad artes & scientias multo satius est sciētes errare q̄ ꝑ ignorātiā. Qui. n. se errare ignorat: nunq̄ emēdatior euadet. Qui uero sciens errat: cis qđ uerū rectūq; est: aliqn̄ assequetur. Sed iā de re ipsa te iudice disceptaturi cōgredimur.

ℭ Voces. res. conceptus & litteras quadrare debere.

Capitulum primum.

PRimū disputationis nr̄æ fundamētū ab eo ꝑficiscat̄: in quo plerīq; oēs facile consentiūt: lras ea potissimū de cā fuisse excogitatas: ut ꝑ illas q̄si ꝑ q̄dā signa tum absentes uiui cū posteros morituri certiores facere possemus iis de rebus q ad priuatā publicāue utilitatē ꝑtinerēt. Nā queādmodū Aristo. tradit eo modo lræ uerba humāis uocibus īformata designāt: quo uerba ipsa res mēte cōceptas q ꝑ ea significant̄. Qđ si nō q̄ttuor hæc ex ordine sibi inuicē cōsentirēt: dico res. cōceptus. uoces. lræ. interirēt utiq; cōmercia & publica fides: qua hoīum societas cōtinet̄. Interirēt oēs artes & sciētiæ q uitā humanā cultiorē reddūt. Interiret de-

niq; hic ipse sacrũ litterarũ splẽdor qbus ad christianã religionẽ istituimur & docemur. Cũ.n. bõitati diuinæ uisum est hoi a uera religiõe aberrãti ostẽdere q cultus sibi maxie placeret: certos quosdã suæ uolũtatis elegit iterptes: p quos instrũm uetus hæbraice: nouũ uero græce mortalibus obseruãdũ traderet. Sed qa futurũ erat ut sacra lex ex hæbreo græcoq; sermone qñq; in latinũ uerteref dicẽte dño p Esaiã pphetã: in loq̃la.n. labii & lingua altera loquar ad populũ istũ: factũ est ut christiana relligio tribus illis potissimũ linguis cõtineref: q̃ i titulo crucis hoc ẽ triũphi saluatoris nr̃i cõsecratæ sũt: qbusq; roma ecclia maxĩme utif. ut ab hæbraica in q̃ primũ nr̃a salus nũciata est: p græcã in q̃ sapiẽtia hũana est pscripta: ad latinã q̃ totius orbis dñationẽ tenuit: q̃si p quosdã gradus se ascẽdisse testef: simul etiã ut facile appareat: relligionẽ sapiẽtiã ac potentiã sic iter se q̃si in triũ uiratũ quẽdã cõiurasse: ut altera sine altera oĩes ppe hẽret inanes. Sed ut ad rem de q̃ agif redeamus: uoces illæ quas deus p mosem ĩprimis aliosq; pphetas & hagiographos auctores deinde p apostolos & euãgelistas ptulit: ne tpis diuturnitate oblitterarent: grãmaticæ hoc est rei litterariæ sũt creditæ atq; cõmẽdatæ. Neq; ex tãta disciplinarũ multitudine: q̃s ptim casus ptim sollertia hũana excogitauit: ulla magis: neq; dignior est iuẽta: cui depositũ tã grãde cõcrederef. Quo magis illos demiror q grãmaticẽ q̃si rẽ puã cõtẽnũt putantes se posse sine lr̃is fieri lr̃atos: cũ oĩs disputandi subtilitas in uerba. syllabas lr̃asq; q̃si in q̃dã elemẽta resolui debeat. Hæc oĩa eo ptinẽt ut oñdamus illos ĩgentẽ erroribus fenestrã patefacere: qcũq; putãt orthographiã nõ seuerissime i uerborũ scriptiõe obseruãdã: aut uoces alias posse lr̃arũ figuris accõmodari q̃ q̃ cũ primũ fuerũt iuentæ p illas repsentabantur. Neq;.n. res ulla est magis lubrica: neq; in q̃ hoĩes iperiti facilius dilabanf: & q̃ semel deprauata minus restitui possit: q̃ hæc lr̃arũ rõ: qppe q̃ mltipliciter barbarismo sit obnoxia. adiectiõe. detractiõe. iuersione. mutationeq; lr̃æ uel syllabæ. uel aspiratiõis: idq; dupliciter uel scripto. uel pnũciatiõe. res qdẽ pua: sed q̃ semel admissa qoasi p q̃dã graduũ p̃cipitia in maximã quãdã labyrinthi cõfusionẽ deducat.

Ita scribendum esse ut loquimur & loquendum ut scribimus. Cap. ii.

CONsequẽs est illa disputatio an ita scribẽdũ sit nobis: quẽadmodũ loq̃mur: & loquẽdũ ut scribimus: uel potius e diuerso qbusdã i locis aliæ scribẽdæ sũt lr̃æ aliæ pferẽdæ. Qđ si hoc admittimus ut aliud scribatur aliud enũcief: frustra ut añ dixius lr̃æ sũt iuentæ. cũ ad hoc tm̃ sint excogitatæ ut creditas uoces q̃si depositũ quoddã fidelissime custodiãt: & cũ fuerit opos nulla ex pte decoctũ reddãt. Atq uidemus iquiũt iod & uau apud hæbreos plærũq; otiose scriptas. & apices ipsos iterdũ aliter atq; afr pferri. Videmus quoq; apud græcos scribi gama lr̃am & enũciari ni quoties seqf alterũ gama siue capa. siue chi. ut aggelus. agcora. agchises. pro angelus ancora anchises. & rursus post lr̃am in sequẽti tau. p̃ferri. de. pro tau ut synderesis p synterẽsis. & in diphthõgis uocales alteras supprimi & alteras enũciari: id qđ apud latinos in æ & œ. fit ut priores uocales supprimanf. posteriores enũcientur.

Seruius quoq; grãmaticus in. i. geor. Vergilii lib. Caius inqt Cneius & amurca p.c. scribunf enũcianf tñ p.g. Gaius. Gneius & amurga. Difficile est usui tã inueterato atq; tot tantorũq; uirorũ nostri sæculi auctoritate approbato repugnare: sed illud multo difficilius rñdere iis q̃ de re litteraria sunt ab antiq̃s ac proinde melioribus auctoribus tradita. Nisi qs uelit dicere priscos illos scriptores aliter fuisse locutos q̃ p̃ceperũt? Quod si tã ptinaciter isti uolũt lr̃arũ uoces alienas atq; ab ignorãtia psectas defendere: cur se iactant græcos? cur latinos? Cũ neq; illos demosthenes græce: neq; hos Cicero latinæ isto mõ loquẽtes agnosceret. Quare illa potius orthographorũ sñia nobis tuenda est: q putãt ita scribẽdũ eẽ ac loquendũ: nisi quatenus ex certis qbusdã rõnibus paucas lr̃as ĩ aliarũ uoces antiq̃as cõmutauit: idq; solũ ppter oris ĩpedimẽtũ pferẽdiq; difficultatẽ. Quæ rõ fuit ut plerũq; p̃positiões in cõpositionẽ ueniẽtes corrũperentur.

Diuersitatem litterarum ex sono: non ex figura cõstare. Cap. iii.

ESt quoq; ad sequentẽ disputationẽ multasq; ambiguitates tollẽdas illa orthographorũ regula p̃mittẽda: lr̃as nõ ex diuersitate figurarũ: sed ex uarietate sonorũ iter se debere distingui. Si enim alpha græcum. & aleph hæbraicũ. & aliph punicũ. & a latinũ scripsisti. tãetsi quattuor sũt figuræ: unã tñ eandẽq; uocẽ designasti: quare una lr̃a censenda est. In alphabeto quoq; latino. c. k. q. qđ ad figurã attinet: diuersæ lr̃æ sunt. quia uero platio eadẽ est: unũ tm̃ esse elemẽtũ oẽs fatentur. Ecõtrario uero quia. i. & u. binas habent potestates: qđ tũ q̃si uocales: tũ q̃si cõsonãtes legunf: nemo est q neget illas duplici officio fungi: ut quãquã figuræ sint duæ: quattuor tñ elemẽta in nũero lr̃arũ sunt cõputanda. Itaq; ex hac rõne si qđ isti dicunt. c. & g. alias uoces exhibent. a. uel. o. uel. u. sequẽtibus: alias uero si sequanf. e. uel. i. iã. c. & g. nõ duæ litteræ sed qoattuor erũt: qđ nemo unquã dixit: sed neq; somniauit. Atq; e diuerso quẽadmodũ isti uolunt: si post. t. sequif. i. & post illam alia uocalis. t. transit in sonũ. c. iam. t. & c. nõ duæ lr̃æ: sed una tãtũ eadẽq; erit: qđ est p q̃ absurdũ. Præmittenda est p̃terea lr̃æ diffinitio: q̃ a grãmaticis tradif. Littera iquiũt est minima pars uocis cõpositæ. uel illa potius. littera est minima pars uocis: q̃ scribi põt ĩdiuidua. Ex hac lr̃æ diffinitiõe mãifestũ est. x. & z. & psi nõ esse lr̃as: sed potius litterarũ cõpendia. siquidẽ. x. ex. cs. uel. gs. z. ex. sd. uel. st. Psi ex. ps. cõponunf. Illud quoq; supponendũ est cõsonãtes uim suã æqualiter ad uocales quas frãgũt pferre: id qđ de. c. lr̃a in specie Quintili. testatur. Ex quo fit: ut quod paulo ante dicebamus eundẽ sonũ reddãt. c. & g. sequẽtibus. e. uel. i. quẽ exhibebãt cum a. uel. o. uel. u. sequebanf. Eundẽ p̃terea. t. sequẽte. i. & post illã altera uocali: quẽ reddebat nõ sequẽte altera uocali: uel cum seqtur quæcumq; alia uocalis.

De alphabetis hæbraico græco & latino. Capitulum quartum.

SVnt itaq; apud hæbreos litteræ quattuor & uiginti. Nam quod ad præsentem rationem attinet chaph. & pe. litteris annumeramus in hunc modum. aleph. beth. gimal. daleth. he. uau. zain. heth. teth. iod. caph.

chaph.lamed.mem. nun . sama . ain . pe.phe.sadic. coph.res.sin.tau. Pronunciatiões uero aliquãto plures sũt.hoc est uocaliũ quinq; quas apicibus designãt cũ nõ habeãt ꝓprie nisi unã tantũ uocalẽ aleph.& eã qdem cõfuso quodã modo uim omniũ habẽtẽ: sed quæ apicibus distinguaƭ aut ipsi aut cõsonãtibus subiectis:ut sint apud illos duodetriginta soni distincti. Græci quoq; lr̃as habẽt æque quattuor & uiginti.alpha.beta.gama.delta.epsilon.zeta.eta.theta.iota . capa.labda.mi.ni.xi.o micron.pi.ro.sigma.tau . ypsilõ. phi.chi.psi.omega.Soni tamẽ harũ pauciores sunt: quoniã:ut paulo ante diximus xi & psi binaꝶ sũt potius lr̃aꝶ cõpẽdia:q̃ p se lr̃æ. Eta quoq; & omega ad epsilõ & omicrũ referunƭ . Atq; ecõtrario cũ o micrõ & ypsilon in diphthõgũ coeuntia sonũ.u.uocalis latinæ repræsentẽt.ypsilon p̃terea subiectũ.a.uel.e . uocalibus cũ qbus diphthõgon facit eodẽ modo ab illis:quo a latinis.u.cõsonans ꝓferaƭ :erunt oĩno apud græcos lr̃aꝶ soni duo & uiginti. Apud latinos p̃terea lr̃arũ figuræ sunt tres & uiginti.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l. m.n.o.p.q.r.s.t.u.x.y.z.sed duæ ultimæ in dictionibus tantũ pegrinis. Cũq; ex his duæ sint otiosæ. k.&. q.qd eundẽ sonũ exhibẽt:quẽ.c.littera exhibet:cum ix.quoq; quẽadmodũ paulo ante diximus potius cõpendiũ sit.cs.uel.gs.quã per se littera . Cũq; Plinius in lib.vii.natu.hist.scribat:latinos oĩum græcarũ litterarũ uim sentire:atq; ꝓinde in dictionibus græcis aut græcã lr̃arũ habẽtibus cõsonãtes quoq; aspiratas hoc est.ch.ph.th.rh.recipiãt. Cumq; ẽdiuerso latini duas habeãt uocales hæbreis atq; græcis incognitas: alterã quæ sonat iter.e.&.i.alterã q̃ inter.i.&.u. Duas quoq; cõsonãtes.i.&.u.qñ sequẽtes uocales frangunt. Colligiƭ ꝓnunciatiões eẽ apud latinos septẽ & uiginti q̃ p unde uiginti tantũ figuras lr̃arũ:& p.h ; q̃ non est littera sed aspiratiõis nota designanƭ :in hũc modũ.a.b.c.ch.d.e.f.g.h.i.cõsonãs.l.m.n.o.p.ph. r . rh.s. t.th.u.u.cõsonans.ypsilon.z . cũ duabus illis uocalibus quas q̃s diximus græcis aliisq; linguis icognitas.

¶ Quæ uoces cuiq; linguæ sint propriæ . quæ communes. Capitulum.v.

Ex iis q̃ in supiori capite sũt a nobis disputata:colligiƭ id qd aliubi copiosius deductũ ẽ:cuiusq; liguæ uoces alias ꝓprias:alias qbusdã.alias oĩbus esse cões. Atq; ut de aliaꝶ nationũ linguis interim sileamus:de tribus tantum illis superioribus id facillime demõstrare possumus. Igitur hæbreorum propriæ litteræ atq; ꝓinde græcis & latinis icognite sunt quinq; heth .he.ain. sadic.sin. Propria græcorum incognita hæbreis & latinis.ypsilon. Propria latinorum incognita hæbreis & græcis.f.littera . & duæ illæ uocales de quibus in alphabeto latino diximus. Communes hæbreorum & græcorum receptæ tamen a latinis in dictionibus græcis & barbaris consonantes quæ aspirari possunt hoc est.ch.ph.th. Communes hæbreorum & latinorum.i.&.u.consonantes : sed posterior græcis omnibus præter q̃ æolib . incognita . Communes hæbreis græcis pariter ac latinis reliquæ omnes : nisi quatenꝰ ex consonantibus quædam sunt apud hæbreos semper pressæ.quædam semper laxe.quædam mediæ: quæ ratio græcis & latinis inaudita est.

¶ De uocalibus hæbraicis græcis & latinis. Cap.vi.



Quemadmodũ in superioribus dictũ est: una tãtũ apud hæbreos figura litteræ habetur.quã ipsi aleph appellãt.a qua sui alphabeti auspicanƭ exordiũ: uis tamẽ atq; potestas illius miscella est: quã quidẽ confusaneam mixturã necesse fuit illos apicibus distinguere. Apices uero ipsos initio apud hæbreos nõ fuisse: ex monumẽtis hæbraicaꝶ litteraꝶ:quas uidemus in marmoribus atq; numismatis incussas depræhendi põt. Id qd etiã in suo pentateucho qd in abditis obseruãt pertinacissime ad hãc usq; ætatẽ hæbrei retinent:putantes opinor uel ex eo suæ religiõis antiquitatẽ ostẽdere. Adiecisse deinde apices primus omniũ dicitur ezras ille scriba legis nominatissimus . Hieronymus in prologo galeato nõ apices apposuisse : sed quasdã litterarũ figuras excogitasse tradit. Sed quicunq; tandem is fuerit huius inuẽti auctor: rem commodissimam ac propemodũ necessariam hæbreis atq; perinde hæbraice linguæ studiosis attulit : cum alioqui quasi per notas & cõpendia legendum scribẽdumq; esset:res quidem lubrica & multis erroribus obnoxia: si stante eadem scriptura sensus diuersi ac cõtrarii plærumq; possent intelligi . Sunt autẽ hæbreorũ apices qbus uocales quinq; designanƭ octo.patha.cames.seua.sere.segol.heri.holem.sure. Per aleph itaq; subiecto patha uel cames.a . designatur . Per aleph subiecto seua.siue sere.siue segol.e. Per aleph subiecto heri.i.per aleph imposito holem.o. Per aleph sequenti uau cum holem aut subiecto sure.u. Per eosdem apices consonantibus subiectos eædem uocales designãtur. Ex quo fit ut aleph per seipsam nunquã exhibeat sonum:quem ipso nomine profitetur . sed cum potestate uim omnium uocalium habeat : per appositos apices congeries illa determinaƭ . Tale aliquid & in lingua pũica uidemus quæ hæbraicæ atq; perinde arameæ & ægyptiæ finitima est : non modo in litterarũ uocibus uerumetiam in ordine litteras disponendi. Omnes enim hæ quattuor linguæ punicam dico hæbraicam.arameã siue chaldeam & ægyptiam a dextra sinistram uersus procedentes hoc est peruerse ut Herodotus & Mela aiunt litteris utuntur. Cumq; Hieronymo. Augustino. Remigio auctoribus instrumentũ uetus ex hæbraico aramæo ægyptioq; sermone constet : punicus uero siue arabicus non multum distet ab ægyptio.hæ quattuor linguæ in unam prope consundũtur. Habet inquam lingua punica siue illa sit ægyptia primam sui alphabeti litteram aliph.sic enim appellãt eodem fere sono quo hæbrei suum aleph:neq; habẽt aliam uocalem præter illam:quam tamen adiectis apicibus:apuclas ipsi uocant:omnes quinque latinas designant: quemadmodum de hæbraica circa suum aleph diximus. Quod si quispiam dixerit duas præterea reliquas esse apud hæbreos iod & uau:is profecto non intelligit.quas apud illos uires habeant . Sunt enim per se consonantes atq; consonantium funguntur officio: cum uocales undiq; feriant: & in illa oris parte formentur : ubi sine uocalibus enunciari nullo modo possint. Quod si uspiam reperiantur consonantium uim non habere:nec uocales quidem erunt: sed figuræ tantum apicibus deseruientes. Quare tunc ab hæbreis naha hoc est otiose ac superuacue dicũtur:neq;

alios usus habent:q̃ quos in logistice siue computato
ria arte quæ uocatur siphra:cum reliquis numeroꝝ
figuris exhibet. Græci uero uocales habẽt distinctas
septem. duas æternũ breues epsilon & omicron. du
as item semp longas eta & omega. Reliquas tres me
dias. hoc est quæ modo breues modo longe sunt:al
pha. iota. & ypsilon. Latini quoq; octo habent uoca
les explicitas. a. e. i. o. u. ypsilõ & duas illas nr̃o seculo
ĩcognitas:q̃ tñ a maioribus nr̃is percipiebantur.

ℭ De apicibus hebraicis per quos uocales designã tur. Cap. vii.

DE uocalibus hebraicis q̃s illi ut diximus
apicibus distingũt:nulla certarõ tradi po
test:cũ neq; ipsi hebræi in illis enunciãdis
inter se satis constent. Septuaginta nãq; illi
senes ĩprimis atq; deinceps illos secuti tanta licentia
hebraicos apices in uocales græcas uerterũt: ut nihil
inter hebræos & græcos in hac parte cõueniat. Iã lati
ni interp̃tes siue illi ex hebraico siue ex sermone græ
co sunt ĩterpraetati:neq; unguẽ transuersum a græcis
declinarunt:cũ p̃sertim latinæ lr̃æ ut ex auctoritate
Plinii supra diximus satis cõmode græcas oẽs expri
mant. Itaq; pro eo qđ hebræi dicunt aua auila. anoch
p heth in principio subiecto patha: nos duplici illa
aspiratiõe dispuncta. eua & euila & enoc cũ græcis p
e. interp̃tamur. Et rursus pro eo qđ illi dicunt gamo
ra. adulã. athniel. p eundẽ apicẽ in prima. nos & græ
ci gomora & odollã. & othonirl siue othoniel p. o. p
ferimus. Pro eo quoq; qđ illi dicunt iactã & amor p
apicẽ cames ĩ prima nos cũ græcis p. e. iectan & emor
enunciamus. Et itẽꝝ pro eo qđ illi dicunt a alibama.
basra. aphni p eundẽ apicẽ nos & græci p. o. b. o. oli
bama. bosra. & ophni dicimus. Pro eo quoq; qđ illi
dicũt:sechen. lebanon. pelestim p eundẽ apicẽ seua:
nos & græci p. i. dicimus sichem. libanus. philistim.
Atq; pro eo qđ illi dicunt ceni. lea. p sere. nos cũ græ
cis p. i. cinæi & lia p̃ferimus. Et qđ illi p eundẽ apicẽ
cedor & epher dicunt. nos cũ græcis codor & opher
enunciamus. Quodq; illi bera zera. cesed p segol scri
bunt nos & græci p. a. zara. bara. & cased interpræta
mur. Et qd per eũdẽ apicẽ gesem in prima & becher
in secunda:nos cũ græcis per. o. gosem & bechor di
cimus. Et pro eo qđ illi dicũt simson. gibaon. gilaad.
per heri. nos cũ græcis p. a. samson. gabaon. & galaad
p̃ferimus. Quodq; rursus per eundẽ apicẽ illi scri
bunt. silla. misraim. cetim. nos cum græcis per. e. sella
mesraim. cetim legimus. & qđ illi per holem in pri
ma obadias. & soar. & potiphar:nos & græci per. a. ab
dias. per. e. seor. & per. u. putiphar efferimus. Quodq;
illi per sure in secunda salumiel & zerubabel. nos cũ
græcis per. a. salamirl & p. e. & per. o. zorobabel enun
ciamus. Vides o lector quanta sit interpraetũ incon
stantiã transferendis apicibus hebraicis cũ nihil tale
ex græco in sermonẽ latinũ uertentibus nisi raro cõ
tingat. Itaq; de uocalium ratione nihil certi diffinire
possumus:cũ tã licenter ab auctoribus aliæ pro aliis
ponanť:nõ ob aliã opinor cãm q̃ ob affinitatẽ illarũ
ĩter se:cũ p̃sertim apud hebræos. arameos. ægyptios
& arabes tã sint finitimæ & affines:ut neq; distinctos
characteres dignati sint illis accõmodare.

ℭ De septem uocalibus latinis &. y. psilo. Capitulo. viii.



HOc in loco repetendũ est:quod aliis in lo
cis est a nobis copiosius disputatum fuisse
apud latinos præter sex illas uocales quæ
sunt uulgo receptæ reliquas uocales duas
q̃ tamen ignorantia temporũ intercidere. Verba sũt
Quintiliani oratoriarum institutionũ libro primo.
medius est. i. & u. litteræ sonus. neq; enim sic optimũ
dicimus ut opimũ. & here. neq; e. plane neq; i. audiť.
Diomedes quoq; grammaticus fabio his uerbis asti
pulatur. i. & u. mediæ dicuntur: quia in quibusdam
dictionibus expræssum sonũ non habent: ut uir opi
mus. Eadem prope utriq; sentit Priscianus: fuisse ui
delicet apđ antiquos uocales illas duas: quæ tametsi
non scriberentur: nihilominus proferebantur: & a
nobis quo ad fieri possit proferẽdæ sunt: si uolumus
esse ii quos profitemur. Et quanquã scriptum repe
rias optumus siue optimus: neq; efferas. i. neq; u. sed
medium quendam ex utraq; sonum: cui non placuit
figurã maioribus nr̃is assignare. Eodẽ modo de he
re am ue heri & uer siue uir dicẽdum. ubi neq; e. neq;
i. sed mixta quædam ex utroq; elemento uox enunci
anda est. Illud uero per quã ridiculum quod de uo
calibus grammatistæ soliti erant quærere: cur non
essent plures neq; pauciores q̃ quinq; cum ex supe
rioribus non modo sint apud græcos septem apud la
tinos octo: sed innumeræ quoq; esse possint: quem
admodum in commentariis artis grammaticæ per
scripsimus. Quid quod & apud græcos priscos uo
cales dumtaxat fuerunt quattuor. a. e. i. o. Adiecit po
stea ypsilon circa belli troiani tempora Palamedes:
non Pythagoras ut quidam putauerunt. Duas quoq;
superioribus adiunxit Simonides melicus eta longũ
& omega. Auctores sũt Plinius & Eustachius: q̃q̃ lo
cus ille apud Pliniũ incõstanter legiť. Apud latinos
ẽt priscos umbros maxime. o. uocalis non fuit: sed lo
co illius ponebant. u. acceperũt deinde illã alicunde:
sicut a græcis ypsilon cum illorũ dictionibus. Distin
xerunt præterea uocibus & non figuris duas de qui
bus tam multa diximus: atq; ita paulatim uocalium
numerus auctus est: ut a q̃ttuor peruenerit ad octo.
Inter ypsilon uero &. i. latinum tãta distantia est: q̃ta
potest esse inter quaslibet duas alias uocales. Neq;. n.
diuersitas figurarum facit illas esse diuersas: sed so
norum uarietas facit inter illas distinctionem: cũ au
ctore Quintiliano hæc sit tristis illa uero hilaris &
iucunda. Scribit enim libro duodecimo. his uerbis.
iucũdissimas ex græcis litteras non habemus: uocalẽ
alterã: alteram consonantẽ: quibus nullæ apud eos
dulcius spirant: quas mutuari solemus quoties illo
rum nominibus utimur: quod cum contingit: nescio
quomodo hilarior protinus renidet oratio. ut in Ze
phyris zopyrisq;. quæ si nostris litteris scribantur sur
dum quidem & barbarum efficient sonum: & uelut
in locum earum succedunt tristes & horridæ qui
bus græcia caret. Quod uero attinet ad prolationem
in quo ypsilon ab. i. iota distet: non est dictu facile.
Martianus tamen scribit. in. i. latino spiritum prope
dentibus p̃ssis in ypsilo app̃ssis labris pcedere. Ac si
dicat in illo diductis labris & dẽtibus fere præssis in
hoc cõtra p̃ssis labris & dentibus paulo diductis uo
cem eẽ formandã. De diphthongis uero q̃o debeãt
enunciari: & quod ex diphthongi diffinitione utraq;

uocalis ꝑferri debeat:satis multa in cōmētariis tertii
libri artis grāmaticæ scripsimus. Quare hic locus pe
tendus illinc est:ne incidamus in illud actū agis.hoc
ē frustra qđ scriptū scribis. Sed de uocalis hactenus:
nunc ad consonantiū disquisitionē ueniamus.

Ⅽ De.c.g.ch.litteris. Cap. ix.

OMnes q de ortographia unq̄ græcæ & lati
ne scripserunt:dicunt tres cōsonantes mu
tas in eadē oris parte hoc est faucibus cō
præssis formari.c.g.ch.nullaq; alia re īter
se distare q̄ aspiratione & exilitate. Itaq; cū ex hac rō
ne extremæ plurimū inter se distent.g.media est. Cō
parata nāq; ad.c.spissior aspiratiorq; est.cōparata rur
sus ad.ch.exilior subtiliorq;. Ex quo fit ut hæ tres lit
teræ eundē prope sonū habeāt:atq; in eadē specie re
ponant:quandoquidē spissitudo & exilitas atq; eius
cemodi affectus non uariant speciē. Quæ igit rō pōt
hispanos meos defendere:qui alio mō ꝑferunt.c.se
quentibus.e.uel.i.uocalibus:q̄ si sequant.a.o.u.cum
ꝑsertim auctore Quintilia.c.lr̄a sit quæ ex æquo ad
oēs uocales uim suā ꝑferat:id qđ cæteris quoq; cōso
nantibus accidit. Aut qđ ignorationis dedecus fuit so
num.s.lr̄æ propriū huic lr̄æ accōmodare? Quod si.
c.lr̄a cum aliis uocalibus aliter aliterq; sonat: iam nō
una lr̄a sed due erunt:si quidē ut diximus litterarū
diuersitas non ex figura sed ex uarietate soni ꝓuenit.
Neq; sunt italoꝝ quidā tolerabiliores q uoce adhuc
magis incondita eandē ꝑferunt:eo uidelicet mō:quo
hispani in lectione latina atq; uernacula che chi.q so
nus cum neq; sit hebraicæ neq; græcæ sed neq; latinæ
linguæ ꝓprius:de illo tn̄ Persius poeta mihi intelle
xisse uidet:cū in mollē ac parū uirilē uocē carmina
recitantiū inuectus scribit. Quæris ne un̄ hæc unde
hæc sartago loquendi uenerit in linguas? Neq;.n.est
sonus ullus q magis imitet stridorē illum sartaginis
cū in ea frigit aliqd:quā is quē itali in hac lr̄a profe
renda exprimunt. Neq; sunt ridendi minus fere oēs
galli qui huius lr̄æ sonū cum.s.lr̄a confundunt:quo
mō perperā nunc proferr.sed de hoc pluribus cum
de.s.lr̄a disputabit. Iam uero ille ꝓprius hispanorū
error est:q eodē sono enunciant.c.exile quo.ch.aspi
ratū.sequentibus.a.uel.o.uel.u.uocalibus.ut chorus
ꝓ hoīum eiusdē habitus & ætatis coetu & corus pro
uēto quē græci uocāt argesten:cū multo plus a se di
stent inuicē q̄ alterutrū.a.g.medio. Par quoq; uitiū
cōmittitur cū post.ch.sequentibus.e.uel.i.uocalibus
talis uox exprimit:q̄lis illa est quā itali ꝑferunt: cū
post.c.exile eædē uocales subsequunt. Cū itaq; tres
sint huius gn̄is lr̄æ sola aspiratiōe & exilitate distan
tes q̄ triplicē nobis sonū hebraicæ græcæ & latinæ ex
hibent:excludamus ab illis uoces partim īpertinen
tes partim græcis & latinis necnon hebræis oīno inco
gnitas. Circa.g.ꝑterea litterā non minus in ꝓlatione
peccat:cū post illā sequuntur.e.uel.i.uocales. Sonus
nāq; ille cū sit hebræis græcis & latinis incognitus:nō
aliunde mihi sumptus uidet q̄ a lingua punica: in q̄
lr̄a est ꝓpria quæ uocē illā repræsentet. Sed nobis qui
sacras maxime litteras profitemur: quæ cōicatio est
aut eē debet cū poenis christiani noīs hostibus? Quē
igitur sonū.g.littera sequentibus.a.uel.o.uel.u.hēt:
eundem sequentibus.e.uel.i.retinet:siquidem paulo
ante diximus consonantes æque uires suas ad sequen
tes uocales perferre. Quod si aliter cū his aliter cum
illis sonaret:iam nō una littera sed plures essent. De
adulterina uero illa uoce quā græci & itali huic litte
ræ attribuunt quoties cum.n.littera coagmentatur:
cum de.n.disputabitur agemus.

Ⅽ De.p.b.ph. litteris. Cap. x.

QVod de.c.g.ch.in capite supiori diximus
idē nunc de.p.b.ph.dicendū est: quæ cū
inter labra magis minusue cōpræssa for
ment:nullaq; alia re distent q̄ exilitate &
aspiratione:idq; oēs orthographiæ scriptores fatean
tur:oēs circa hanc litteraꝝ rationē non nihil peccant.
Ac primū hebræi qui beth litterā cum raphe tali so
no proferūt:qualē nos.u.consonanti accōmodamus.
Nam si.b.cū dages hoc est puncto medio scribatur:
tunc ipsi fatent cōpræssis labris debere formari: q̄si
uelint dicere.b.laxum ad.u.cōsonantē:præssum ue
ro ad.p.exilis uocem ꝓxime accedere. Pari in errore
mihi uident esse græci:qui eo mō beta ꝑferunt:quo
hebræi suū.b.cū raphe hoc est dentibus supernis īfe
riori labro admotis. Qđ si ita esset hæc tres lr̄æ alia
re magis distarent: q̄ eo qđ diximus:quodq; oēs grā
matici fatent:aspiratiōe uidelicet & exilitate. Quare
non eiusdem generis apud græcos erit:atq; apud he
breos nō una sed duæ erūt lr̄æ:siquidē inter.b.&.u.
consonantē multo maior est distantia: q̄ quæ possit ꝑ
aspirationē & exilitatē designari. Ex quo fit ut latini
multo melius.b.ꝑferant: q̄ hebræi & græci: cū.a.p.
lr̄a sola distet laboꝝ laxitate:id quod oēs orthogra
phi fatentur. Hinc est qđ Quintili.adnotauit in hoc
uerbo obtineo cū secunda lr̄a sit.b.aures magis audi
re.p.idq; ex hac litteraꝝ cognatione accidere. Latini
ꝑterea non minus q̄ hebræi & græci in hac parte pec
cant. Nā cum.ph.sola aspiratione distet.a.b.&.p.lr̄is:
utriq; eo mō proferunt quo.f.litterā:cum sit īter.f.&
ph.tanta distantia quanta pōt esse inter quaslibet du
as consonantes:cū.ph.quæ tantū in dictionibus græ
cis aut peregrinis græcā litteraturā habentibus repe
riatur dulce nescio qd solutis labris spirans.f.littera
quæ ut ait Quintilianus sexta nostrarū est poene nō
humana uoce uel omnino non uoce potius inter di
scrimina dentium efflanda est:quæ etiam cum uoca
lem primā accipit:cassa quodā modo:cū consonan
tem aliquā frangit:multo fit horridior. Cū igitur il
lud ab omnibus receptum sit:ut in dictionibus græ
cis hebraicis & punicis quæ apud illos ꝑ phi scribūt
a nobis quo ꝑ.ph.aspiratū debere scribi:nullus relin
quet in illis.f.lr̄æ usus. Illud uero nō possum hoc in
loco nō mirari:quæ rō potuit ꝑsuadere illis q dictio
nes hebraicas aramæas & ægyptias ꝑ ordinē alphebe
tariū in lexicon redegere:ut quæ illi ꝑ phe aspiratū
scriptitent:ipsis ꝑ latinū.f.scribere placuerit. Quēad
modū.n.phe aspiratū aut phi græcū latinis incogni
tum est:ita e diuerso.f.littera græcis & barbaris. Atq;
ut alios interim omittā:diuū Hieronymū imprimis
demiror tā cupide hūc lr̄aꝝ ordinē īuertisse:ut in ī
terꝑtatione opis eusebii cæsariēsis qđ est de topogra
phia locoꝝ sacræ scripturæ: q̄ ille per phi litterā in
principio dictionū scripserit.hic ꝑ.f.scribere malue
rit. Qđ etiā obseruatū est in altero suo ope:qđ est de
noīum hebraicorum interprætatiōe:ut quæ hebræi
per suum phe.ipse per.f.quoq; in pricipio dictionū

scripta reliquerit. Nisi forte qđ mihi fit uero simillimū atq; probabile: alius quispiam fuit: qui ut est nostri temporis hominum ignauia: ordinem illum immutauit. Quā tñ rationē scribendi nemo est qui hodie sequat: sed neq; secuturi sumus in lexico nřo: qđ de dictionibus hebraicis ꝓpediem publicabimus.

¶ De.t.d.th.litteris. Cap. xi.

CVm ꝑterea sint apud hebræos & græcos tres quoq; lřæ eiusdē ꝓpe generis quæ in primori lingua superioribus dētibus appulsa formenť.t.d.th.non alia rōne inter se distātes q̄ illa: qua supra diximus.c.g.ch.atq; iterū p.b.ph.differre: latini in eo plurimū peccant qđ eodem mō proferunt.th.aspiratū quo.t.exile.cū.th.tātū uincat aspiratione.d.mediū: q̄tū.d.ipsum exilitate uinciť.a.t.exili. Itaq; eodē mō proferunt thalamus quo talis priori syllaba. Iā uero error ille: qui apud oēs prope latinos increbuit: qq; Remigii cuiusdā ꝑceptiōe iductus est: qua rōne defendi pōt? Aiunt namq; qđ si post.t.sequať.i.atq; deinceps altera uocalis.t.migrare in sonū.c. Quare nemo fere iā est: q ex hac rōne non ꝓferat sapiētia.prudētia.quatio.partio.q̄ malicia.negcia.facio.iacio.q̄q̄ & in hoc quēadmodū superius dictū est alius sit error: qđ nec ipsum.c.eū sonum exhibet sequentibus.e.uel.i.quē uulgus putat. Ego qs iste sit. Remigius fateor me ignorare: ausim tñ asserere fuisse hoiem plane barbarū: & qui in sermonis latini perniciē sit ausus tam pestiferā ꝑceptionem per oēs nois latini mortales effundere: cum nullus unq̄ qui de affinitate litterarū inter se aut pmutatione scripserit: tale aliqd tradat. Ná qd obsecro hn̄t cōmune.t.&.c.siue recte siue perperam enuncientur? Qđ si quēadmodū supra diximus eundē sonū reddunt: & eandē esse litterā fatearis necesse est: q̄nquidē lřarū diuersitas non ex figura sed ex soni uarietate colligiť. Qđ si in dictionibus latinis id debere fieri tā asseuerate affirmāt: nō pmittēte hebræi sed neq; græci dictiōes suas tam aliena a suis lřis uoce proferri.

¶ De.i.consonante. Cap. xii.

DIsputaturo mihi in hoc loco de.i.consonāte libet ad uerbū transcribere: qđ alibi notauimus. Nemo inquā est qui nesciat.i.latinum mō uocalis mō consonantis loco poni. atq; tunc eē uocalē cum a reliqs uocalibus pura sonat. tunc cōsonantē cū uocalem aliquā ferit atq; illi coagmentať. Illud uero pauci intelligunt quo sono ꝓferenda sit: cū pro consonante accipiť. Sed qm̄ græci hanc litterā non habēt: atq; illius sonū pœnitus ignorant: nō possumus illorū testimonio qđ uolumus efficere. Fuit tēpus quo putabamus hebræos quoq;.i.consonantē non hēre: opinabamurq; quoties apud illos uocalibus per apices designatis iungereť in diphthōgon cū illis coire. Postea uero perpensa & examinata huius lřæ prolatiōe: & iis quæ ab hebræorū quibusdam doctissimis accœpi: facile in hanc sňiam deductus sum ut existimarē eundē aut certe persimilē eē sonū atq; germanū iod hebraici qđ.i.cōsonantis latinæ. Quare ab illis rō est accipienda qua ꝓferre hanc litterā debeamus. Est & illa rō quæ nobis persuadere pōt quo sono hæc littera enuncianda sit: qđ quoties in fine dictionis ponitur: etiā imperiti itelligunt non habere eū sonum quē isti in principio syllabarū aut in medio proferunt: sed eū potius quē italorū atq; hebræorū doctissimos diximus huic litteræ accōmodare. In his nāq; dictionibus cui & ei & hei & huic in q̄bus.i.finalis nō uocalis sed consonans est: eodē sono hæc lřa etiā ab ignaris proferť: quo ab hebræis issai. madai. ephraim. Quod si dictiones græcas aut græcam litteraturā habentes in latinū uertimus.i.iota fere semper in.i.latinū transferť: cū nostri hoies quoties in principio dictionū sequēte uocali ponitur nō mō ut consonantē: sed uti suam consonantē ꝓferant. qualia sunt iambus. iaspis. iason. in q̄bus.i.plane uocalis est. Quod si Iesus bisyllabū apud iuniores hymnographos & iudæa trisyllabū hoc est p.i.consonantem apud latinos poetas legitur: in eo illi nō sequuntur græcos qui.i.consonantē non habēt: sed hebræos apud quos eiusmodi uerba per.i.consonantē scribūtur. E diuerso Claudianus in epigrāmatis & iuuēcus in euangeliis relicta origene hebraica græcos secuti Iesus trisyllabū: hic ille Iacobus tetrasyllabū in carmine posuit. Qđ uero Troia. maia. aiax. soluta diphthongo per.i.consonantē a latinis profertur ex ignorantia originem habuit: cum a græcis Troia per oi. diphthongon. maea & æas per ai. diphthongō quoq; proferatur. Illi deteriores adhuc qui dictiones habētes.i.aspiratū in principio: qđ teste Prisciano uel ex ea cā non pōt esse consonans ipsi more suo uoce incognita neq; unq̄ latinis audita proferunt. q̄lia sunt hiacinthus. Hierosolymæ. Nam qđ græci hieremias. hieroboam. hierusalē. hierico & hmōi multa noia: quæ ab hebræis per.i.consonantē in principio scribuntur per.i.iota. hoc est per.i.uocalem scribunt necessitate excusantur: qđ.i.consonante carent. Cur uero aspirationē adiecerint: fateor me ignorare: nisi forte uoluerunt noibus hebraicis etymologiā græcā dare: quod hieros sacer interpretať. Nos uero in lexico nostro. Hieronymū. Remigiū codicesq; antiquos sequimur apud quos huiusmodi nomina per.i.siue illa sit uocalis siue consonans scribuntur: cum tamen ut diximus apud hebræos consonans sit.

¶ De.u.consonante & liquida. Cap. xiii.

QVod de.i.littera in capite superiori diximus: duplici apud latinos officio fungi: uocalis scilicet ac consonantis: idem nunc de.u.littera dicimus esse modo uocalem modo consonantem. Est tñ adhuc illius tertia quædam uis quoties post.q.litteram alia succedente uocali ponitur quem tamen sonum exhibeat magna inter nationes quæstio est. Ego uero tātum ab hispanis dissentio: qui litteram hanc omnino surdam esse putant: quantum ab italis qui illam proferunt perinde ac si esset uocalis. Nam si nullam uim ac potestatē in prolatione habet: nec scribenda quidem est. aut si uocalis est: sonum profecto plenum exhibebit. Quod utrunq; falsum esse. Quintilia. demonstrat: qui.q.adiuncta uidelicet.u.paululū a nostris eliquari scribit. Nō igitur cum hispanis dicemus aqua. quantū quoniam.u.pœnitus expuncta. neq; cum italis aqua. quātum. qm̄ ita ut.u.quasi uocalis proferatur: sed qđ oēs grāmatici scribunt aqua. quantū: qm̄.u.nō cassa neq; uocali plena sed quodā medio sono eliquata. Idem quoq; dicēdum cum eliquatur post.g.&.s. ut lingua. extinguo. suadeo. suauis. V. uero consonans in eadem

oris parte formaẛ qua.f.lr̃a: eundemq; propemodū sonum habēt. Nam cum utraq; dentibus supernis inferiori labro impressis effingaẛ.f.quemadmodū. Quintilia.ait inter discrimina dentiū efflanda ē.u. uero cōsonans intra oris inanitatē sonat. Est itaq; utriusq; lr̃æ similitudo tāta ut cū græci:æoles figura.F.p digama æolico uterenẛ hoc est p.u.cōsonante: latini non dubitauerint eandē sono illi suo ꝓprio accōmodare. Sed q̄q̄ supra diximus.u.cōsonantē hebræorū tm̄ & latinoꝝ esse: sentiunt tn̄ græci uim illius: cū.a.uel.e.p̄cedentibus ypsilon in diphthongon coit: quā nos nisi græcæ ꝓferre malumus in.u.consonantē uertimus. Itaq; p eo qđ græci dicūt euangeliū q̄si per.u.cōsonātē: nos dicimus euangeliū per.u.uocalē. Eodē mō pro eo qđ illi pentheus.tideus.euios dicunt: nos pentheus.tideus.euios dicimus. Pro eo quoq; hebræi dicunt tau.esau.casleu.p uau cōsonantē in fine græci p ypsilon tau.esau.casleu.eodē sono quo hebræi ꝓferunt, nos tau.eslau.casleu per.u.uocalē p̄cedēti.a.uel e.agglutinatā enunciamus. Ex duplici huius lr̃æ officio errandi occasio lectoꝝ ignorātiæ data est: cū stante eadē rectaq; scriptione: uocalis p cōsonante & cōsonans p uocali accipiẛ.ut qđ in libris regū & in paralipomenis sæpe scribiẛ saruia pro matre ioab eadēq; sorore dauid regis.& qđ in genesi mauiael pro filio irad. Qđq; iterū in secundo regū uolumine a re una iebuseus legiẛ qbus in locis.u.nō cōsonans est sed uocalis: quēadmodū ab iperitis huius rōnis ꝓferẛ. E cōtrario rursus qđ in libro ester & in daniele scribitur asuerus.qđq; in genesi p quodā filio aser iesua a quo in libro numeroꝝ est familia iesuitarū.& qđ in esaia & in quarto regū uolumine sepharuaim p.u.uocalē non quēadmodū indocti legunt ꝓferenda sunt p.u.consonantē. Sed de nouē mutis ad tria litteraꝝ genera redactis: deq;.f.littera &.i.&.u.consonantibus quæ ad mutas quoq; referri possunt: hactenus dictum sit nunc ad semiuocaliū disquisitionē accedamus.

¶De.l.littera. Cap. xiiii.

SEmiuocales oium grāmaticoꝝ consensu qnq; sunt.l.m.n.r.s. Nā Martianus q.f.litterā inter semiuocales cōnumerat: in hac parte nō recipiẛ. X.uero &.z.cū sint cōpositæ altera ex.cs.uel.gs.altera ex.sd.partim mutæ partim semiuocales erunt. Semiuocales aūt dictæ sūt nō ut quidā litteratores dixerunt: qđ ab.e.uocali icipe rent: & in seipsas desinerent: cū illud signū potius sit quo ab aliis lr̃is dignoscanẛ: q̄ rō cur ita sint appellatæ: sed qđ in ea oris parte formenẛ: in qua possint ēt sine uocaliū adiumento aliquatenus ꝓferri. Oēs eni lingua ad palatū illisa formantur p̄ter.m.quā ipsam Pli.ex hac forsan ratione mutis annumerauit. Mutæ nāq; oēs iterclusō uocis meatu uel fauciū uel labroꝝ uel dētiū liguæq; cōpressione effinguntur.

¶L igiẛ Plinio.Martiano.Prisciano auctoribus triplicē sonū reddit.exilem cū geminaẛ.ut ille. Salust. Metellus. Plenū quādo finit noia uel syllabas uel cū lr̃a muta illi præponiẛ.ut sal.sol.silua.clarus.flauus. glaber.mediū & lenē cum uocales anteuenit.ut lapis malus. Quod uero superius memorati auctores de hac littera scribūt facile dictu est: qd tn̄ uelint significare non facile. Ego uero dicā quod sentio. Habent hebræi ut supra diximus apices duos dages & raphe uocant: hoc est compressionē & exilitatē. Per priorē quem lr̃æ mediæ interserunt: ostēditur litterā debere præmi: hoc est exiliter & sine spiritu uel halitu ꝓferri. Per posteriorē quē linea transuersa lr̃æ imponūt: ostēditur litterā debere laxari: hoc est crassiori quodam spiritu efflari. Habent græci atq; agnoscunt has differētias sed in nouē tantū illis mutis: quas ad tria gn̄a reduximus. easdē & latini in dictionibus hebraicis græcis & peregrinis itelligūt: idq; per notas psilen & dasea hoc est exilitatē & spissitudinē significant. In semiuocalibus uero hoc neutri sentiunt. uñ & supra diximus hanc rōnem græcis & latinis ignotā. Quare necesse est in hac parte cōsulamus hebræos: qui oēs propemodū cōsonantes tū exiles tum plenas ꝓferūt. illas per dages has p raphe. Et q̄nquidem res nobis ignota est: qualē sonum illi talem & nos huic litteræ atq; aliis eiusdē gn̄is adhibebimus. Estq; illđ a nobis obseruatū quoties apud hebræos littera per dages in medio dictionis scribiẛ interpraetes græcos & latinos uertisse illā in duplicē q̄si geminatio illa posset p̄stare ex spissitudine exilitatē. Vt ecce abba.qđ ex lingua aramea iterpraetaẛ pater. apud illos hēt dages.q̄re a græcis primū deide a latinis per duplex.b.abba scribitur. proferẛ aūt pressis labris ac si pxime ad.p.lr̃æ sonū accederet. Eodē mō in elleabarim ellese moth. in qbus lamed apud hebræos habet dages.l.duplex significat debere litterā præmi: hoc ē quoad fieri potest nudā aspiratione ꝓferri. Sed hoc græci & latini nescio an satis cōmode per hāc lr̃æ geminationē exprimāt: i pricipio certe nō pōt: ppea qđ duæ cōsonātes eiusdē spēi nō pn̄t frangere litteram sequentē.

¶De.m.littera. Cap. xv.

MLittera quā diximus a Plinio iter mutas a reliquis oibus grāmaticis iter semiuocales numerari quēadmodū Priscianus ait apertū in principio dictionū sonat.ut magnus. obscurū in fine.ut templū. mediocre in mediis ut umbra.amor. Causa uero cur Plinius hanc litterā inter mutas cōnumerauit: illa nimirū est: qđ in eadē oris parte effingiẛ: in qua.b.p.ph.quæ sunt pcul dubio mutæ. Illa mō inter utrasq; differētia esse uideẛ: qđ per has spiritus labris erūpit: siue ille sit exilis & pressior siue crassior. M.uero q̄q̄ compressis labris & ipterclusa uoce formeẛ: tamē per nares nescio qđ ouium balatui simile audiẛ. Vnde Quintiliano auctore melius pceperunt græci ouium uoces: cū illas a sono.m.melas: q̄ latini qui illas a sono.b.dictas balantes interpraetanẛ. Quærebā ego aliquando ab hebræo quodā illius linguæ peritissimo: cur suū mem duplicem haberet figuram adapertilem alterā qua uterentur in principio & in medio dictionum: alteram a quattuor lateribus clausam: qua utuntur in fine. Qui cum nihil certi mihi responderet: hanc ego illi admirāti causam subieci: quod in principio & in medio dictionū cum sequenti littera ore aperto plurimū sonat. In fine uero dictionum propemodū nihil auditur quod ex labrorum compressione uoce interclusa spiritus per nares potius q̄ sonus efflatur. Qđ ut significaret lr̃æ illius iuentor: qcunq; tandem is fuerit: accomodā utriq; usui figuram excogitauit. Cur uero caph.nū.pe.sadic.i pricipio & i medio dictionū obliq̄s & i fine porrexerit: nullā potui rōnē

aliam inuenire.q̃ supponendi apices cõmoditatẽ.

De.n.littera. Cap. xvi.

Horatius. Archilocum primo rabies armauit iambo Iuuenalis. Mēse quidem brumæ cum iam mercator Iason. Quod si est qui dicat carmen heroicum posse recipere spōdeum in quinto loco. proferemus genus carminis in quo necessario. I. debeat esse uocalis. Martialis. Et precium magnis fecit iaspidibus qui est uersus pentameter elegiacus. Terentianus quoq; de metro iambico. Et rarus itrat ex iambis hominibus. ubi iambis trium syllabarum est. Conterraneus præterea noster Iuuencus qui quattuor euangelia hexametris uersibus composuit Iesum semper trisyllabum posuit. uersificator ille quidem: sed quē diuus Hieronymus adeo probauit. ut in libro uirorum illustrium dicat illius carmina cum carminibus antiquorū posse comparari. Quod ut necessario fieret: plærique librarii aspirationem inter. i. &. e. posuerunt: ne scilicet in unam syllabam utraq; uocalis coalesceret: sed per aspirationem altera ab altera disiungeretur. Aliquando tamē ut ego suspicor. i. uocalis per errorem in consonantem uersa est: idq; raro ut in his dictionibus troia. maia. aias. pro quibus latini dicunt. troia. maia. aiax. & q illi dicūt disiunctis uocalibus iudea. latini auctores. i. ad. u. collisa iudea proferunt. Lucanus in tertio pharsalie. Incerti iudea dei. & Iuuenalis in sexta satyra Archanam iudea tremens mēdicat ad aurem. Illi iam pœnitus intollerabiles qui dictiones habentes. i. aspiratum quod teste Prisciāo nullo modo potest esse consonans more suo atq; uoce incognita neq; unq̄ latinis audita proferre contendunt. quales sunt hiacinthus hierosolyme. Hieronymus: qui multo sunt ridiculi magis quam rustici quorum error ꝓbabilis est cum ad imitationē latinorum paia. meaia. baraia: & simēlia proferunt. Quod uero duplex sit ꝑtās. u. litteræ. atq; modo uocalem modo consonantem esse: nemo prope est: qui id non intelligat. Est tamen adhuc illius tertia quædam uis: quotiens post. q. litteram alia subeūte uocali sequitur. Idq; omnes antiqui simul & iuniores fatentur. Quæ tamē habeat sonum magna inter nationes diuersitas est. Ego tantum ab hispanis dissentio qui litteram hanc omnino surdam esse putant. quantum ab italis qui sic illam proferunt. perinde ac si uocalis esset. Nam si nullam potestatem & uim habet ut proferri debeat neq; scribenda est. aut si uocalis est. sonum profecto per se ipsam constituet. quod utrumq; falsum esse Quintilianus demonstrat. qui. q. adiuncta: secūdum. u. paululum a nostris eliqueri dicit. Non igitur dicendum est cum italis. a qua quamq̄ lingua suadeo. ita. ut. u. quasi uocalis proferatur neq; rursus cum hispanis. aqua. quamq̄ lingua suadeo. u. pœnitus explosa: sed quod ratio quædam exigit aqua quamq̄ lingua suadeo. u. non surda neq; uocali: sed quodam medio sono eliquata. Circa uocales quoq; aspiratas non nihil a nostris erant. qui illas non aliter q̄ exiles pronunciant. neq; differt apud illos. quod ad sonum attinet inter hominis qui est genitiuus ab omē & hominis qui est ab eo q est homo. atq; inter ab eo quod est discedo. & habeo quod est teneo. Illi adhuc ridiculi magis. qui aspirationem quasi consonantē. quæ uocalē ferit quemadmodum hæbrei pronunciāt. Quæ causa fuit græcis ut aspirationem uocalibus impendere fecerint. ne extra illas sonum aliquem habere uiderentur cum tamen latini illam in litterarum serie posuerint. X. littera ut īquit Fabius quem ego uehemēter auctorem sequor. tam carere potuissemus q̄ si nō a græcis essemus mutuati. Ea successit in scripturæ nostræ compendium loco. cs. &. gs. Itaq; quod nunc per. x. pax. apex. lex. remex. scribimus antiqui per. cs. pacs. apecs. per. gs. legs. remegs. scribebant. Sed cum hoc inter omnes constet. & quem sonum. x. in fine saltem habeat manifestum sit. illud ualde miror unde hæc sartago loquendi ut ait Persius in hispanorum linguas uenerit ut xamtippe tenophon dixi. traxi: & similia uoce quadam hæbreis græcis & latinis incognita & agresti proferant. & quam ut diui Hieronymi uerbis utar unius tantum linguæ punicæ stridorem suam agnoscat. Neq; ego suspicor aliunde hispanos hanc uocem sermoni Romano miscuisse quā a pœnis iam inde ab eo tempore quo pulsis fusis fugatisq; gothorum principibus hispaniæ possessionē inuaserunt. Illi namq; litteram habent propriam xim. appellant qua sonus ille satis exprimitur in cuius locū hispani. x. supposuerunt quotiens sonum quem ab illis acceperant. scribere uolebant ut in his dictiōibus xabondixo. relox. & cæteris huiusmodi. Quod si nō illa ratio nos mouet q. x. pro. cs. aut. gs. ponitur. atq; in earum locum successit. quodq; græcorum & latinorum doctissimi adhuc hodie quasi. cs. pronunciāt at illud saltem consideremus qualem sonum in fine dictionis habeat. atq; ad illius imaginem cæteris in locis proferamus. N. præcedente. g. quem sonum habeat magna totius hispaniæ cum hominibus doctis controuersia est. Omnes namq; hispani signū pignus agnosco & similia sic proferunt ac si. c. pro. g. poneretur. Viri tamen eruditi græci & latini dictiones huiusmodi sono quodam ex utraq; littera mixto lingua ad palatum tota molliter illisa pronunciant. Nemo scit hodie quemadmodum ueteres illi non modo. gn. sed alias quoq; litteras proferebant. Est tamē longe credibilius ueros litterarum sonos in Italia & græcia resedisse quam in hispania quæ totiens barbarorum dominationi manus ceruicemq; præbuit. Sūt tamen qui dant ex ista ratione dicendi nescio quam turpitudinem intelligi quæ in re præsertim diuina auditorum animos offendat. Nā si dixerimus inquiunt. cognomen. cognosco. cognitus & similia illico incidimus in absurdum quendam sensum quem primoribus syllabis ostendimus. O homines impudentes atq; petulcos: qui etiam ea quæ omni sermonis reique turpitudine carent: ex animi sui libidine interpretantur. Si enim dixerit quispiam illud ex euangelio Iohannis. Cognosco oues meas & cognoscunt me meæ. ego mihi sentio quod me pudoris rubor̄ sufundat. At uos homines nequissimi perinde ac si genitale fœmineum subintelligeretis hoc natat in labris & in udo est menas & atis. Quod si essetis mundi quemadmodum apostolus inquit omnia etiam immunda uobis essent munda. Nunc uero cum sitis immundi atq; etiam toti in libidinem pruritatis. ab his quæ munda sunt occasionē immundiciæ uestræ accipitis. Quid uero facietis cum illud ex euangelio auribus uestris insonuerit. Fodere non ualeo. mendicare erubesco. & illud. Foderunt manus meas & pedes meos. Oculus domini super iustos. Hæc requies

mea in sæculum. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen Connus. Nunc id cum latinæ legimus quempiam offendit? Testes nomen honestissimum in iudicio. & alibi turpe. Cum legimus in sacris litteris. Surrexerunt in me testes iniqui. est ne quisq̃ adeo procax. qui illud in turpiorem partem accipere uelit. Quare? Sinite obsecro per deum ĩmortalem has ineptas seruorum uernilitates: quibus inter se ludere consueuerunt. Nobisqui sacris litterarum iniciati sumus liceat saluo pudore omnia proferre. Quamobrem ego uos adolescentes egregii in quibus iam latini sermonis recuperandi spes tantum est: nam cæteros quia sunt ĩcurabiles cum stultitia sua ualere sinamus: non solum hortor & moneo: uerum etiam obsecro. & obtestor. ut omni studio & uigilantia sermoni latino ĩcumbatis. atq; illorum uoces imitemini: quos pœnes ut poeta ĩquit. Arbitrium ius est & norma loquendi. Neq; patiamur nos ab exteris nationibus haberi ludibrio: quæ cum nos latinæ loquentes audiũt & si meram sapientiam crepemus ilico rhoncis risu & nasi aduncitate suspendunt. potiusq; corruptioris uicia Hispane loquentes excusemus: quam dum latinæ uolumus uideri sapere. cum magna gentis nostræ turpitudine & infamia in mille Barbarismos incidamus. An uero cum in sermone Hispano rusticos: atque incolas montium audimus perperá locutos. uix possumus nos a risu continere: nos cum aliena male pronũciamus: indignabimur si ab iis irridemur: quorum illa sunt propria? Nolite quæso per deum immortalem in re tam manifesta esse pernicaces. sed præcipue uos o patricius sanguis quos uiuere fas est occipiti ceco postice occurrite sannæ. Quod si forte in Romanorum reipublicæ. cõtemptum cui tam longo tempore seruistis latinam linguam uultis corrumpere: cur non ciuilis & pontificii iuris: cur non omnium bonarum artium atq; theologiæ ĩ primis cur nõ sacrarum litterarum quas in re diuina canimus uolumina abrogatis. cur non in demortui sermonis latini locum alium quendam barbarum sufficitis. Sed absit a christiana religiõe tantum dedecus ut hispanæ. gallicæ: aut germanicæ carmine composita in ecclesiis audiamus: aut cum latinæ diuinas: atq; diuorum laudes canimus: in peregrinum & barbarum aliquẽ sonum prorumpamus. Teq; orbis parens & mundi rector qui explosis aliarum nationum linguis dedisti ecclesiæ tuæ sermonem in ore labii id est uoces latinas. Teq; sanctissima Virgo eadem quæ intemerata mater Dei Maria: quæ secũdas cœli partes augustiori forma in numerum diuorum recepta possides: cuiusq; titulos quotidie latinis uocibus modulamur. Vosq; reliqui coelites qui in hoc sermõe firmissima Christi ecclesiæ fundamẽta iecistis. quæ litteratores isti antiquitatis ignorantia est prope euerterunt. obsecro prohibite hanc ignominiam a rep. christiana: neque solum ab incursu: sed etiam a barbarorum stridula atq; incõdita uoce defendere. Vos præterea clarissimi atq; inuictissimi principes quorum auspiciis & ductu hispaniæ totius membra dissipata in unum prope corpus iam rediere. curate ne fœlicitati quam nostro sæculo dedistis: hoc unum latini sermonis ornamentum desit amplissimum. Tu quoq; o & præsidium & dulce decus meum Cistercicosis militiæ primariæ antistes & magister altera spes illustrissime domus Destugniga Iohannes: in cuius absentis honorem has qualescunq; repetitionum mearum primicias dedicamus. faue præcor Antonii tui cœptis ingẽtibus: qui primus idemq; solus contra linguæ latinæ hostes signis illatis omnem illorum contra se impetum ausus est sustinere.

¶ Finis repetitionis Aelii Antonii Nebrissensis.

¶De ordine partium orationis.


Vm essem quotidiano prope cõuicio requisitus. tum ab amicis tum etiã ab alienoribus ut scriberem aliquid de constructione: quam ipsi appellãt. ego uero ordinem potius partium orationis dixerim non potui negocium recusare: quod tanto opere efflagitabatur. ¶Igitur posita ante oculos clausula principio uerbũ contẽplabimur. deinde uerbi suppositũ. cõsequenter casus. cum quibus uerbũ construitur. ordinamus uero sic. si fuerit uocatiuus ab eo faciemus initium. Quod si non fuerit a nominatiuo incipiemus. Deinde uerbum sequatur. cui adiungitur aduerbium: nam aduerbiũ quod uerbũ determinat: aut participium: aut nomẽ continuo post illas particulas poni debet. ¶Notandum tamen ꝙ si duo uerba aut plura fuerint in clausula: considerabimus quod est uerbum principale. Estq; illud quod facit orationem quiescere & per illud orationem icipiemus. ut liber quem emisti: erat meus. Verbum principale est erat. Et si ueneris cras dabo tibi librum. uerbum principale est dabo. Tunc apponemus datiuum aut accusatiuum. ut commodius erit. Tandem casum q̃ præpositionibus adiungitur: siue effectiuum ponemus genitiuum semper dictionem: a qua regitur construemus. dictiones quæ appositiuæ dicuntur. ordinantur simul cum eis quas determinant: ut fama malum: quo non uelocius ullum. exemplum in his ponemus. Patres conscripti in negocio petri omnes uerbo & opere frequenter cuncta illi ministremus.

¶Impedimenta constructionis.


Otandum tamen ꝙ omnia aduerbia monosyllaba. ut. o. non. ne: dum. cum temporale. demostratiua quoq; & interrogatiua præponuntur uerbis. ut ecce. cur. quare. quamobrem. ¶Similiter hortatiua & similitudinis & uocandi. & optandi. ut eia: age. quasi. seu. ueluti. heus. utinam: ut sic tua cymæas fugiant examina taxos. Etiam donec. quia & similia. Interiectiões etiam præponũtur uerbis. ut pape quid uideo. Vah qui destruis templum & in triduum reedificas illud. Proch. Deum atq; hominum fidem.

¶Nomina interrogatiua. ut quis uel qui. qualis quãtus. quot. quotus. cuias. & aduerbia quæ ab illis deriuantur: quando interrogatiue proferunt uerbis præponuntur atq; rectum ordinem impediunt maximæ si ponantur in obliquis casibus ut. Quem quæris mulier. Quem fugis ac demens. Qualem me esse putas. Quantum animi uigere. Quot oues possidere? Quo tum inter bonos uiros sedere.

¶Relatiua. ut. is. ea. id. suus. a. um. quis uel qui tãtus quantus. qualis. quotus. cum in obliquis casibus ponuntur ante uerbum ordinamus & sic rectum ordinem impediunt: ut regem cui omnia uiuunt: uenite adoremus. Vocatiuus tamen tam isignem habet uim incipiendi. ꝙ semper præponi debet. quem tu uides Hieremia? neminem ego uideo: quem antea cognoueram.

¶Nomina negatiua. ut nullus. nemo. neuter. nihil. nil. si in obliquis casibus ponantur. rectum ordinem impediunt. atq; uerbis cum quibus construũtur præponi debent. ut neminem uideo.

¶Si relatiuum & antecedens fuerint in contextu orationis: primum ordinabimus antecedens. deinde relatiuum q̃uis antecedẽs ponatur in obliquitate: quoniam præbet uiam ipsi relatiuo: in quo rectus impedit ordo: ut isti seruit soror sua: illi uero pater eius.

¶Relatiuum & antecedens aliquando inueniuntur posita atq; conuenire in eodem casu cõtra regulas artis grammaticæ. quod solet excusari per Antiptosim. Nam ponitur casus pro casu. ut urbem quam statuo uestra est. subducite naues. Et lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. Theren. in andria. Populo ut placerent quas fecisset fabulas. Idem in eadẽ. Quas credis esse has non sunt ueræ nuptiæ.

¶Ablatiuus positus absolute: qui etiã effectiuus potest uocari. si fuerit in oratione. potest præponi uerbis aut postponi. ut Musis dictantibus poetæ scribũt. præceptore docente discipuli proficiunt.

¶Si uerbum in oratiõe desuerit per eclipsim: quod fieri solet propter nimiam iram aut gaudium ad extra subintelligere oportet necesse est Terentius in eunucho. Ego ne illam quæ illum quæ me. quæ nõ? & Vergilius hæc secum. subintelligitur locuta est.

¶Quotiens in antecedenti oratione ponuntur duo nomina diuersorum generum: deinde sequitur relatiuum. semper de nobiliori fit relatio: ut si dixerim Petrus & Maria iocantur: quos tu uides.

¶Quotiens duo nomina substãtiua ad plura diuersorum generum ordinantur sub aliquo adiectiuo: illud tale nomen adiectiuum conueniet cum genere nobiliori: & hæc est quam isti uocant conceptionem generum: itaq; masculinum concipit fœmininum & neutrum. ut tu & fœmina estis albi. bos & iumẽtum sunt ad præsepia ligati.

¶Quotiens quis uel qui ponitur relatiuæ inter duo nomina diuersorum generum: si illa ad eãdem rem pertineant: ordinari potest cum utroq;. ut O uere digna Hostia: per quam fracta sunt tartara. uel per quẽ ꝙ si alterum est proprium alterum appellatiuum semper debet proprio respondere. ut Salustius est locus in urbe quod Tullianum appellatur.

FINIS.

¶ De figuris.



Barbarismus est una pars orationis uiciosa in communi sermõe. in poemate uero methaplasmus. Itẽ barbarismus in nostra loquela: in peregrina barbaralexis dicitur. ut si quis dicat mastruca. cateia. magalia. acinacis. Barbarismus autem fit duobus modis scripto & pronunciatione. His bipartitis quattuor species supponuntur. additio. detractio. mutatio. transmutatio. litterae. syllabae. temporis. toni. aspiratiõis. Per additionem litterae fiunt barbarismi. ut relliquias danaum. cum reliquias per unum. l. dicere debemus. Syllabae ut nos abiisse rati: pro abiiisse Temporis. ut Italiam fato cum italiam correpta prima syllaba dicere debemus. Per detractionem litterae. ut infantibus paruis pro infantibus Syllabae. ut salmentum pro salmentũ Tẽporis. ut unus obnoxiam correpte pru unius productę. Per immutationem litterae: ut olli pro illi. Syllabae: ut pernuces pro pernices. Temporis. ut feruere leucatem. cum feruere sit secundae coniugationis: & productae dici debeant. ¶ Per transmutationem litterae: ut euandre pro euander. Syllabae: ut displicia pro discipplina. ¶ Temporis: ut si qnis deos producta prioris syllaba & correpta posteriori pronunciet. Toni quoq; similiter per has quattuor species cõmutantur. nam & ipsi adiiciuntur. detrahuntur. mutantur & transmutantur. quorum exempla ultro se offerant si quis inquirat. Totidem etiam modis per aspirationem deprahenditur barbarismus: quem quidam scripto: quidam pronunciatione iudicant ascribendum: propter. H. scilicet. quam alii litteram. alii aspirationis notam deputant. Fiunt autem barbarismi per hiatus & collisiones. Sunt etiam male compositiones cacosyntheton: quae uicia nonnulli barbarismum esse putant. in quibus sunt methacismi. labdacismi. iotacismi. hiatus. collisiões: & omnia quae plus aequo minusue sonantia ab eruditis auribus respuuntur. Nos cauenda haec omnia uitia praelocuti controuersiam de nomine pertinacibus relinquamus.

Solecismus est uitium in contextu partiũ orationis contra regulam ar grammaticae factum. inter solecismum & barbarismũ hoc interest q; solecismus discrepãtes aut in consequẽtes inter se dictiones habet. Barbarismus autem in singulis uerbis fit uel scriptis uel pronunciatis. q̃q̃ multi errant: qui putãt etiam in una parte orationis fieri solecismum: si aut demonstrantes uirum hanc: aut foeminam hunc dicamus. Aut interroganti quo pergamus? respondeamus Romae: aut unum salutantes saluete dicamus: cum praecedens demõstratio uel interrogatio: uel salutatio uim contextae orationis obtineat. Multi etiam dubitauerunt quadriga scopa. solaecismus an barbarismus esset cum. s. id genus dictionis barbarismum esse uel ex ipsius uitii finitiõe possit agnosci facile solaecismus fit duobus modis: aut per partes orationis. aut per accidentia partium orationis. per partes oratiõis fiunt cum una pars pro alia ponitur. ut toruumq; repente clamat pro torue nomen pro aduerbio ponitur. si etiam in eadẽ parte orationis hoc uitium cum ipsa prosae non in suo loco. neq; ut conuenit ponitur. ut cui tantum de te licuit? pro in te. Et eo apud amicum pro ad amicum: & intro sum pro intus & foris eo pro foras. ¶ Per accidentia partium orationis fiunt tot modis solecismi. quot sunt accidentia partium orationis. sed in his propter compendium exempli causa pauca monstrabimus: nam per qualitates nominum fiunt solecismi: ut hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto dardanus pro dardanius. proprium pro appellatiuo posuit. Per genera. ut ualidi siciles ꝑ ualide & amare cortices pro amari & collus collaria caret. Per numeros ut pars in frustra secant pro secat. Per comparationem ut respõdit Iuno saturnia sancta dearũ pro sanctissima. Per casus: ut urbem quam statuo uestra est pro urbs. Per modos uerborum: ut itis paratis arma quam primũ uiri pro ite parate arma. Indicatiuum pro imperatiuo posuit. per significationes uerborum ut expoliantur eos & corpora nuda relinquũt pro expoliant. Per tempora: ut ceciditq; superbum ilium & omnis humo fumat neptunia troia pro fumauit. Per personas ut danai qui parent atridis q̃primum arma sumite pro qui paretis. Per aduerbia ut intus eo pro intro: & Italia uenio pro de Italia: & ad Romam uado pro romam cum praepositio. seperatim nominibus addenda sit non aduerbio. Per praepositiones cum una pro alia ponitur: ut sub lucem ibant pro ante lucem: Aut necessario subtrahitur. ut siluis techyrrene feras agitare putasti pro in siluis. Per coniunctiones. ut subiectisq; urere flammis pro ue fit per ordinem coniunctiuum: ut autem fieri non debet: cum dicendum. fit fieri autem non debet. fiunt praeterea solecismi pluribus modis. quos reprahendo potius q̃ imitãdo possumus annotare. Solecismus est in prosa in poemate. schema dicetur.

¶ Sequitur de decem uitiis.

Cum barbarismo: & solecismo decem uitia nominantur hoc modo. acyrologia. cacemphaton. plaeonasmos. perisologia. macrologia. tantologia. eclypsis. tapinosis. cacosyntheton. amphibologia.

¶ Acyrologia est in propria dictionis positio: ut hũc ego si potui tantum sperare dolorem: pro timere.

¶ Cacemphaton est obsena pronunciatio uel incomposita dictione. uel in uno uerbo: ut numerum cum nauibus aequat. & arrige aures Pamphile.

¶ Pleonasmos est adiectio superuacua ad plenam significationem. ut sic ore locuta est.

¶ Perisologia est adiectio uerborum superuacua sine ulla ui rerum ut ibant qua poterant qua non poterant non ibant.

¶ Macrologia est longa sententia res non necessarias compraehendens. ut legati non interpraetata pace retro: unde uenerunt: reuersi sunt.

¶ Tantologia est eiusdem dictionis repetitio uiciosa. ut ego met ipse uenio.

¶ Eclipsis est defectus qdã necessariae dictiõis: q̃ desiderat ꝓciosa sñia ut haec secũ. deest loquebatur.

¶ Tapinosis est humilitas magne rei nõ id agẽte sñia quod demõstrat: ut poenitusq; cauernas igẽtes uterq; armato milite cõplent. i. multe legiões armatorũ militũ implerũt multas cauernas: & dulychias uexasse rates. Pelide stomachum cedere nescii.

¶Cacoſyntheton eſt uitioſa dictionũ cõpoſitio: ut uerſaq; iuuencum terga. ſatigamus haſta. Amphibologia eſt ambiguitas dictionis. quæ fit per accuſatiuum. ut ſi quis dicat. Audio ſecutorem retiarum occidiſſe: aut per uerbum. ut criminatur cato. uadatur tullius nec addatur quẽ uel a quo aut per participiũ ut uideo ſtatuam auream haſtam tenentem. fit etiam per ononyma. ut ſiquis dicat aciem nec addat oculorũ. aut exercitus: aut ferri. Fit præterea pluribus modis: quos recenſere omnes ne nimis longum eſſet nõ oportet.

¶Methaplaſmus eſt trãſſormatio quædam recti ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem metri ornatus neceſſitati ſuæ cauſa. Huius ſũt ſpecies quattuordecim. Protheſis. Epentheſis. paragoge. epheresis. ſyncopa. apocopa. Ectaſis. Syſtole. Diereſis. Synereſis. Synalepha. Ecthlipſis. Antitheſis. metatheſis.

¶Protheſis eſt appoſitio qdã ad principiũ dictionis lrã uel ſyllabæ. ut gnatæ pro natæ. retulit pro tulit.

¶Epentheſis eſt poſitio quædam ad mediam dictionem litteræ uel ſyllabæ: ut relliquias pro reliquias. induperator pro imperator. Hanc autẽ alii epentheſim. alii parentheſim uocant.

¶Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis littera uel ſyllabæ. ut magis pro mage. & poteſtur pro poteſt. hãc alii paralepſim alii prolepſim. i. præſumptionem uocant.

¶Aphereſis eſt ablatio de principio dictionis litteræ uel ſyllabæ contraria protheſi. ut mitte pro dimitte. & temmo pro contemno.

¶Syncopa eſt ablatio demedia dictione litteræ uel ſyllabæ contraria epentheſi: ut audacter pro audaciter & commorit pro commouerit.

¶Apocopa eſt ablatio de fine dictiõis litteræ uel ſyllabæ cõtraria paragoge. ut achilli pro achillis & poſſis pro poſſitis. & potes ꝑ poteſtis. & mutu ꝑ muto.

¶Ectaſis eſt extenſio ſyllabæ contra naturam uerbi ut Italiam fato proſugus: cum Italiam prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

¶Syſtole eſt correptio ſyllabæ cõtra naturã uerbi facta cõtraria ectaſi. ut aquoſus orion ꝑ orion ꝑducte.

¶Diereſis eſt diuiſio unius ſyllabæ in duas: ut olli reſpondit rex albai longai pro albæ lõgæ. & aulai in medio libabant pocula bacchi. pro aulæ. & diues pictai ueſtis & auri. pro pictæ.

¶Synereſis eſt cõglutinatio duarum ſyllabarum in unam contraria diereſi. ut pheton pro phaeton & eripedem pro aeripedem.

¶Synalepha eſt per interemptionem concurrentiũ inter ſe uocalium lubrica quædam leuiſq; colliſio ut atq; ea diuerſa pœnitus dum parte geruntur hæc a quibuſdam ſyncreſis uel colliſio nuncupatur.

¶Ecthlipſis eſt conſonantium cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis ac dura colliſio: ut littora multum ille & terris iactatus & alto.

¶Anthiteſis eſt litteræ pro littera poſitio ut olli ſubridens pro illi.

¶Metatheſis eſt tranſſormatio litterarum in alium locum nulla tamen littera ex ea dictione ſublata ut euandre pro euander & tymbre pro tymber.

¶Schemata lexeos & dianeas ſunt quædam figuræ uerborum & ſententiarum. Sed ſcemeta dianeas ad oratores pertinẽt. Ad grammaticos uero lexeos quæ cum multa ſint ex omnibus fere neceſſaria ſunt ſedecim. ſ. prolepſis. zeugma. hypozeuxis. ſyllepſis. anadiploſis. anaphora. epinalepſis. epitheton. paranomaſia. ſcheſiſonomaton. paromeon. omeoteleuthon. polyptoton. hyrmos. polyſyntheton. dyaliton.

¶Prolepſis eſt præſumptio rerum ordine ſecutarũ ut interea reges ingenti mole latinus procedũt caſtris turnus. deinde æneas.

¶Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta. ut troiugena interpraes diuũ q̃ numina phœbi: q tripodas clarii lauros. q ſydera ſentis

¶Hypoſeuxis eſt figura ſuperior contraria: ubi diuerſa uerba ſingulis clauſulis redduntur. ut regem adiit regi memorat nomenq; genuſq;.

¶Syllepſis eſt diuerſarum clauſularum per unum uerbum conglutinata conceptio: ut hic illius arma hic currus fuit hoc ſchema late patet: & fieri ſolet nõ ſolum per partes orationis: ſed per accidentia partium orationis. Item ſylepſis eſt indiſſimilibus clauſulis. quando dictio ſingularis uerbo plurali adiungitur: ut ſũt nobis mitia poma. caſtãeæ molles & preſſi copia lactis.

¶Anadiploſis eſt geminatio dictionis: quæ ex ultimo loco pcedẽtis uerſus & principio ſequẽtis iteraſ: ut ſequiẽ pulcherrimus aſtur: aſtur equo fidens.

¶Anaphora eſt relatio eiuſdẽ uerbi p principiũ plurimoꝝ uerſuũ. ut natæ meæ uires. mea magna potentia ſolus nate patris ſummi: q tela typhea temnis.

¶Epanaleſis eſt uerbi in principio poſiti uerſus in eiuſdem fine repetitio: ut multa ſuper Priamo rogitans: ſuper Hectore multa: ante etiã ceptrum dictei regis & ante.

¶Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi in eodem uerſu ſine aliqua dilatione geminatio: ut memo. adſum qui feci in me conuertite ferrum.

¶Paronomoſia ẽ ueluti quædam denominatio uel quotiens aliud nomen efficitur de alio. ut nam inceptio eſt amentium: haud amantium.

¶Scheſiſonamaton eſt multitudo nominum cõiunctorum. eodem habitu copulandi. ut marſa manus. peligna cohors. feſtina uirum uis.

¶Paronomeon eſt quando ab eiſdem litteris diuerſa nomina ſumuntur: ut tite tute tanti tibi tanta tyrãne tuliſti.

¶Omepteleuton eſt cum ſimili modo dictionis plurimæ finiuntur: ut eos reduci q̃ relinquit deuehi q̃ deſerri malui.

¶Omeoptoton eſt cum in cõſimiles exeunt diuerſa uerba: ut merẽtes. flentes. lachrymantes. comitantes.

¶Polyptoton eſt multitudo caſuũ uarietate diſtincta: ut littora littoribus contraria. fluctibus undas imprecor arma armis: pugnẽt ipſiq; ne potes.

¶Hyrmos eſt ſeries orationis continuæ tenorem ſuum uſq; ad ultimum ſeruans: ut principio cœlum ac terras camposq; linquentes.

¶Polyſintheton eſt dictio multis nexa coniunctionibus: ut athamaſq;. thoaſq;. pelideſq;. neoptolemus. primuſq; machaon.

¶Dyaliton ſiue aſyntheton eſt figura contraria ſuperiori carens coniunctiõibus: ut ite ſerte citi flammas date tela. impellite remos.

Tropus est dictio translata a ꝓpria significatione ad impropriã similitudinẽ ornatus necessitatisue cã. Sũt ãt duodeci. metaphora. catachresis. metalepsis. metonymia. antonomasia. epitheton. synechdoche. onomatopeia. periphrasis. hyperbaton. hyperbole. allegoria.

¶ Metaphora ẽ rerũ uerborũq; trãslatio haec fit q̃ttuor modis. ab aiali ad aiale. ab inaiali ad inaiale. Ab inaiali ad aiale. ab aiali ad aiale. Ab aiali ad aiale. ut tiphim aurigã celeres fecere carinae. nã auriga & gubernator nauis aiam hñt ab inaiali ad inaiale. ut pelagus tenuere rates. nã rates aiam nõ hñt neq; pelagus. Ab inaiali ad aiale. ut athlãtis cinctum assidue cui nubibus atris piniferũ caput & uento pulsat & ĩbrinã mons aiam nõ hẽt: cui mẽbra hoĩs attribuũt. Ab aiali ad inaiale: ut si tm̃ pectore robur cõcupis. nã robur aiam nõ hẽt: cũ turnus cui haec dicunt aiam hẽt. Scire debemus alias metaphoras esse reciprocas. Alias aũt esse partis unius. Reciprocas. ut altũ mare: & profundũ caelũ. possumus. n. cõuertere altum caelũ profundum mare. herbae florent iuuenes pubent. possumus eni cõuertere herbae pubẽt iuuenes florẽt. Alias partis unius: ut segetes fluctuant. uites germinant.

¶ Catachresis ẽ usurpatio nois alieni: ut paricidã dicimus q occidit patrẽ. & piscinã q pisces non hẽt: haec eni ubi extrinsecus sumerẽt suũ uocabulũ non haberent. Methalepsis est dictio ꝓgens gradatim ad id qđ ostẽdit: ut speluncis abdidit atris hoc metuẽs. & post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.

¶ Metonomya est dictio q̃dã ueluti transnoiatio. huius ãt multae sũt spẽs: aut ꝑ id qđ cõtinet: id qđ continet oñdit. ut nũc pateras libare ioui. Aut cõtra crateras magnos statuũt & uina coronãt. Aut ꝑ iuẽtore qđ iuẽtũ ẽ: ut sine cerere & bacho friget uenus. Aut cõtra ut uinũq; ꝑcamur. nã hic deus adest pñs. haec exẽpli cã posita addiscẽtibus sũt. Reliq̃ demõstrauit lectio.

¶ Antonomasia est significatio uicae nois posita quae fit tribus modis. ab animo a corpore extrinsecus. ab animo: ut magnanimus anchises. A corpore. ut ĩpe arduus poliphemus. Extrinsecus. ut in foelix puer atq; impar congressus achilli.

¶ Epitheton ẽ suppositio dictionis cũ ꝓprio noie nã antonomasia uicẽ nois sustinet epitheton nunq̃ est sine ꝓprio noie: ut dira caeleno: & dia camilla. Fit etiã tribus modis. ab aio a corpore. extrĩsecus. bis duobus tropis uel uituperamus uel oñdimus uel laudamus.

¶ Sinecdoche ẽ significatio pleni itellectus capax cũ plus minusue ꝓnunciat. aut eni a parte totũ oñdit: ut pupesq; tuae pubesq; tuoꝝ. aut cõtra ptẽ a toto: ut ipsius añ oculos igẽs a uertice põtus ĩ puppim ferit: & alibi: fontẽq; ignẽq; ferebãt. Meminisse ãt debemus qñ fit a parte totũ: faciendũ esse ab insigniori parte.

¶ Onomatopeia est nomen de sono factum. ut clamorq; uirum. clangorq; tubarũ. tinnitus aeris atq; leuem stipulam crepitantibus urere flãmis.

¶ Periphrasis est circũlocutio q̃dã. q̃ fit aut ornãdae rei cã q̃ pulchra ẽ aut uituperãdae: q̃ turpis ẽ: ut iã prima nouo spargebat lumine terras tithoni croceũ linquẽs aurora cubile: & hoc faciũt: nimio ne luxu obtusior usus sit genitali aruo & sulcos oblimet inertes.

¶ Hyperbaton est transcensio: quaedã uerborũ ordinem ꝑturbans. cuius spẽs sunt quinq; hysteronproteron. anastrophe. parenthesis. synthesis. temesis.

¶ Hysterologia siue isteronproteron est sententia cũ uerbis ordo mutatus. ut & cererem torere parant flãmis & frangere saxo. Anastrophe est uerborum tantũ ordo praeposterus: ut italiã contra pro cõtra italiã.

¶ Parenthesis est interposita formatio diuersae sententiae: ut aeneas: neq; eni patrius cõsistere mentẽ passus amor: rapidũ ad naues praemittit achatem.

¶ Temesis est unius compositae uel simplicis sectio una dictiõe uel pluribus interiectis. ut septem subiecta trioni: & saxo cere cõminuit brum: & massili portãt iuuenes ad littora tanas. ꝓ cerebꝝ & massilitanas.

¶ Synthesis est hyperbaton obscurũ & ex omni parte confusum. ut tris notus abreptas in saxa latẽtia torquet: saxa uocant. itali mediisq; in fluctibus aras. Est autẽ hic ordo. tris naues abreptas notus torquet in saxa quae saxa in mediis fluctibus latentia itali uocant aras.

¶ Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendiue causa. augendi: ut niue candidior. minuendi: ut tardior testudine.

¶ Allegoria est tropus: quo aliud significatur. aliud dicitur. ut & iam tempus aequum fumantia soluere colla: hoc est carmen finire. Huiusmodi species multae sunt ex quibus septem eminent. hyronia. antiphrasis. aenigma. charientismos. paronomia. sarcasmos. asteismos.

¶ Hyronia est tropus: qui per contrarium conatur ostendere quo dicit: ut aegregiam uero laudem & spolia ampla refertis tuq; puerq; tuus. haec ubi pq̃ rum grauitas pronunciantis adiuuerit: confiteri uidebitur: quo negare intendit.

¶ Antiphrasis est unius uerbi hironia: ut bellum qđ non bellum est: & lucum: quod non lucet.

¶ Aenigma est obscura sententia per obscuram similitudinem rerum. ut mater me genuit. eadẽ mox gignitur ex me significat enim aquam in niuem conuerti: & ex eadem rursus effluere.

¶ Charentismos. est quo dura dictu gratius ꝓferuntur: ut si interrogantibus nobis num quis nos quesierit: responsum detur bona fortuna. exinde intelligitur neminem nos quesisse.

¶ Paronomia est accommodatum rebus temporibusq; prouerbium. ut aduersus stimulũ calces & lupus est in fabula.

¶ Sarcasmos est plenam odio atq; hostilis derisio. ut enagros & quam bello troianae petisti hesperiam metire iacens.

¶ Asteismos est tropus multiplex numerosaeq; uirtutis: nam asteismos est quicquid rustica simplicitate caret & faceta satis urbanitate exponitur. ut qui bauium non odit: amet tua carmina meui: atq; idẽ iungat uulpes & mulgeat hircos.

¶ Homeosis est minus notae rei per similitudinem eius quae magis nota est demonstratio. Huius autem tres sunt species. hicon. parabola. paradigma.

¶ Hycon est personarum inter se uel eorum quae personis accidunt comparatio. ut os humerosq; deo similis.

¶ Parabola uero est rerum genere dissimilium comparatio: ut qualis mugitus fugit cũ saucius aram taurus & incertam excussit. seruicae securim.

¶ Paradigma est exempli hortantis uel deterrentis enarratio. hortantis ut antenor potuit mediis elapsus achiuis illyricos penetrare sinus: atq; intima tutus regna liburnorum & fontem superare timaui. Deterrentis utat non sic phrigius penetrat lacedemona pastor laedeamq; helenam troianas uexit ad urbes.

¶ Tractatus de orthographia.



Rthographia qui latinae interpraetantur recte scribendi scientiam appellant. Ea ut auctor ē Quintilianus cōsuetudini seruit. atq; idcirco saepe mutata est. consuetudo autem illa demū est intelligenda quae doctissimorum uirorum usu comprobatur. Igitur de recta scribendi ratione tractare uolentes a diffinitione litterae incipiemus.

¶ Littera est minima pars uocis cōpositae. i. quae constat ex compositione litterarum. Vel lra est uox quae scribi potest indiuidua. Dicitur autem littera quasi legitera. q legendi iter praebeat. uel a litturis q antiqores ceratis tabulis scribere solebāt & deide delere.

¶ Litteras ab elementis hoc distare putat. Priscianus q elementa prope dicuntur ipse pronunciationes. notae autem earum & lineamenta uoces repraesentantia litterae appellantur. Dicta sunt elementa ad similitudinem elementorum mundi. nam sicut illa coeuntia omne corpus perficiunt. sic litterae coniunctae litteralem uocem quasi corpus quoddam componunt.

¶ Vocis differentiae quattuor sūt. Articulata. quae ab aliquo sensu mentis proficiscitur ut dominus dixit. Inarticulata quae a nullo sensu mentis proficiscitur. ut strepitus. Quaedā articulatarum scribi possūt. ut arma. Quaedam scribi non possunt. ut hominum gemitus. Inarticulatarum quaedam scribi possūt ut ranarum coax & coruorum cra. quaedā scribi non possunt. ut philomenae atq; hirundinis cantus.



Rincipio graeci sedecim tantum habuere litteras. quas ex phoenicia cadmum agenoris filium cum sororem raptam inuestigaret. in graeciā aduexisse uolunt. Eas postea latini a nicostrata euādri matre eadem poene figura receperunt. quo tempore cum filio ex arcadia in italiam cōmigrauit. Haec fuerūt apud graecos hoc ordine: quae sunt apud nos. a. b. c. d. e. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t. y. Sed graeci ad antiquas paulatim octo litteras addiderunt. nam cum prius habuissent uocales tantū qnq; dictonas. i. quae produci & breuiari possent: duas addi placuit quas fecere semper longas & ex prioribus • semp breues esse uoluerunt. Postea uero circa belli troiani tēpora palamedes ut auctor est. Seruius trium consonantium: quae propriae aspirari possunt: figuras adinuenit. Nam quia. r. litterae aspiratio non coheret: sed quiddam extrinsecum sonat cum illa nullam aspirationis figuram illi dederunt. Deinde Simonides poeta: litteram addidit ad linguae suae scripturaeq; ornamentū. Ex quibus sex nullam suscepimus nam pro. utimur e. longo. pro. mega. o. longo. pro. th. pro. ph. pro ch. pro. ps. At uero quemadmodum. quod erat dizama colicum: in nostrum usum asciuerimus: alias diseremus. Post hanc a nostris auctoribus. q. littera est excogitata quae tam etsi eiusdem uidetur eē soni cum. c. eam tamen nostri auctores in illis dictionibus optasse uisi sunt: in quibus pinguior sonus exigitur: q̄ per. c. litteram praestari possit. Post has nonnulli ex nostris in eadem forma qua est apud graecos superuacue assumpserūt: cum in eius locum c. successerit. Praeter has quoq; cum graeci • litteram ultimo adinuenerint: pro nostrarum dictionum maxima cōmoditate illam sub hac forma suscepimus. x. hoc solum differentes: quod illi appellant. xi. nos uero litteris inuersis. ix. nuncupamus. Postremo. y. psilon & z. assumpsimus quae nobis tantum in dictionibus graecis deseruirent. H. uero quanquā non est littera sed aspirationis signum. illam tamen nsi in ordine litterarum post. g. posuerunt.

¶ Claudius quoq; caesar superioribus antiquissima adiessit sub hac figura. uoluitq; illam eius litterae uim possidere. quae a graecis dicitur psi. Scribebantq; suo seculo hac litteratura: almus. itacus. Sed haec littera a posteris non est recepta.



Ggitur duae & uiginti litterae sunt in usu apud latinos. a. b. c. d. e. f. g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. Quarum sex sunt uocales. a. e. i. o. u. y. psilon sedecim consonantes. b. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q. r. s. t. x. z. Vocales dictae sunt. qa per se uoces perficiūt. & sine his uox litterata proferri nō potest. Consonantes uero dicuntur: quia nisi uocales feriant. per se nullum sonum habent.

¶ Consonantium rursus septem sunt semiuocales. l. m. n. r. s. x. z. Nouē mutae. b. c. d. f. g. k. p. q. t. Dictae sūt semiuocales. quia quantum in sonoritate uincuntur a uocalibus. tantum superant mutas. Vnde etiā mutae dicuntur. non q partes uocis non sint. sed q ad cōparationem uocalium & semiuocaliū ita sint nominatae. Obseruatum est enim a graecis: ut omnes dictiones aut in uocales aut in semiuocales desinant. apud nos ex maxima parte. non tamen omnes quoniam inueniuntur quaedam in mutas etiam desinentes. Semiuocales ab. e. incipiunt. & in seipsas desinunt praeter. x. quae sola ut diximus ab. i. incipit per apostropheam graeci nominis. xi. Mutae uero a seipsis incipientes in uocalem desinūt. praeter. f. quae ipsa a quibusdam inter semiuocales annumerata est. & quondam nobis pro digama aeolico deseruiebat.

¶ Ex his. quae sunt a nobis & de litteris & de litterarum figuris commemorata. oritur illa Quintiliani quaestio desintne aliquae litterae latinis. & an sint aliquae superfluae. Nam ut diximus. k. & q. poenitus ociosae sunt. & non omnino necessariae. y. & z. graecarum tantum dictionum causa nostris permixtae. Quaedam quoq; rursum deficiunt uel duae maximae figurae quae pro. i. & u. consonantibus poni deberent.



Raeter figuram & uim accidit litterae ordo. Nam in eadem syllaba. a. & o. semper praeponuntur. i. & u. semper postponuntur. E uero quandoq; praeponitur quan

doq; postponitur. ut.æ.œ.au.ei.eu. Vocalem plures q̃ tres consonantes in eadẽ syllaba non possunt praecedere.neq; rursus nisi tres succedere.ut strepo. stirps. Quod si tres consonantes uocalem praecedant. non possunt nisi duæ subsequi:ut monstrans. Et econtrario si consonantes tres uocalem sequuntur non possunt nisi duæ praecedere.ut stirps. At uero cum plures consonantes in eadem syllaba ordinamus.aliquæ semper aliis praeponuntur.ut.b.s.g.p.aliquæ semper subsequuntur.ut.l.n.r.x.quædam modo praeponuntur.modo postponuntur.ut.c.d.m.s.t.

¶B.ante.d.in eadem syllaba poni potest.ut abdera abdelium.Ante.l.ut blandior hybla.Ante.r.ut bromius umbra.

¶C.ante.l.in eadem syllaba poni potest. ut clarus. Ante.m.ut pyracmum.Añ.n.ut cnecus.Ante.r.ut crassus.Ante.t.ut cresiphon lectus.

¶D.ante.l.in eadem syllaba poni potest.ut abodlas Fluuius.Ante.m.ut admetus. Ante.n.ut cidnus. Ante r.ut draco.

¶F.ante.l.in eadem syllaba collocatur.ut fluuius.ante.r.ut frango.

¶G.ante.l.in eadem syllaba ponitur gladius.añ.m. ut agmen. Ante.n.ut gnatus.

¶L.ante nullam consonantem in eadem syllaba ponitur sed alias subsequitur.

¶M.raro ante consonantem in eadem syllaba poni potest reperitur tamen ante.n.ut amnis omnis.nã.m. praecedente.z.syllabam terminare non potest sequẽte.n.nec.t.nisi.p. interposita.

¶N.nunq̃ ante consonantem in eadem syllaba praeponitur.sed semper alias subsequitur.

¶P.ante.l.in eadem syllaba ponitur.ut planus.ante n.ut cerapne. ante.r.ut præda.ante.s.ut nupsi.ante.t. ut pthia.

¶Q.ante nullam consonantem ponitur quia ut diximus semper subsequitur.u.

¶R.ante nullã consonantem ponitur.sed ipsa alias subsequitur.

¶S.sequente.b.in eadem syllaba ponitur.ut asbotes. ante.c.ut scutum:ante.cl.ut asclepiades.añ.cr.ut scriba.ante.m.ut smaragdus.ante.q.ut squalor:ante.p.ut spes:ante.pl.ut splendidus:ante.pr.ut spretus:ante.t. ut castellum:ante.tl.ut stlopus ante.tr.ut stratus.

¶T.ante.l.in eadem syllaba ponitur ut tlepolemus: ante.m.ut tmolus.ante.r.ut stragulum.

¶X.ante nullam cõsonantẽ ponitur sed potest poni. l.n.r.ut falx.calx.lanx.phalanx.arx.merx.

¶Z.ante nullam consonantem ponitur.

¶Si in dictione simplici sequens syllaba a uocali incipiat.necesse est præcedentem in uocalem desinere: ut pietas tua.Verum in dictionibus compositis quandoq; subtrahitur consonans & tunc antecedens semper in uocalem terminatur:ut coco ex con & eo:quãdoq; non subtrahitur & tunc non est necesse sequentem syllabam a consonante incipere:ut exanguis exaudio.Quod si dictio simplex sit:& antecedẽs illius syllabæ in consonantem desinat:necesse est subsequẽtem quoq; a consonante incipere. ut arduus arbor. Non tamẽ si subsequens incipit a consonante: necesse est p̃cedentem in consonantẽ desinere,: ut faber ager.

Diphthongus est duarum uocalium uim suam in eadem syllaba seruantium complexio.Diciturq; a dis quod ẽ bis:& ptongos sonus.In dictionibus latinis tres tantũ habemus diphthongos au ut audio æ ut musæ œ ut foenum.In dictionibus uero græcis quæ sunt in usu apud latinos item tres.eu.ut pentheus.ei ut orphei.yi arpyia.Nunc uero de græcis diphthongis prosequemur quæ cum sint duodecim de octo tantum quæ in sermonem latinum traduntur differemus. Nam heæ solum orthographiæ deseruiunt.

¶Prima itaq; diphthongus fit ex.a.&.i.in qua utraq; uocalis suum sonum perdit.& per e profertur. Nos uero dictiones græcas traducentes in.æ.diphthongõ uertimus.ut aineias æneas megaira megæra. Nonnũquã etiam in.a.&.i.consonantem traducimus ut maia macia.æias aias.Quãdoq; in.a.&.i.uocalem ut nais nais.Diuidunt quoq; poetæ latini hãc diphthongon p.æ.diphthongo ai.solutas ponunt.ut aulai pro aulæ pictai pro pictæ.

¶Secunda diphthongus fit ex.a.&.y.psilon quã græci proferunt tali sono.ut si ab hac uoce aue auferatur e.quæ in latinum sermonem uersa in.au.diphthongon mutuatur ut ayra aura aygustinus Augustinus. aliquando tamen a nostris diuiditur in.a.uocalem & u.consonantem.ut nays nauis.

¶Tertia diphthongus apud illos fit ex.e.&.y.psilon p̃feruntur q; tali uoce ut si ab Eua auferas.a. trãsfertur uero in. eu. diphthongon. ut pentheys pentheus ey angelium euangelium.Et fere.y.psilon semper si mutatur non in aliam litteram q̃ in.u.mutatur quandoq; uero hanc diphthongon traducẽtes.y.psilon abiicimus.ut achilleys achilles.perseys perses.q̃quã nonnunq̃ perseus dicimus.Aliquãdo uero abiicimus.e.& retinemus.ut feuga fuga.

¶Quarta diphthongus fit ex.e.&.i.iota.proferturq; uoce.i.simplicis:non tamen in aliquã diphthongon nostram conuerti potest.sed aliquando in.i.simplex ut neilos nilus.pleiades pleides aliquando in.e.productã ut choreia chorea.spondeos spondeus.aliquãdo diuiditur.i.e.&.i.ut in caipsa dictiõe pleiades.aliqñ uero scribitur a nostris sed more græcorum sola. i.pronunciatur ut orphei.promethei quinimmo &

antiquiores pro.i.longo ei.scribebant.ut arimini celeberrime.is italiæ in eis.& quod ego nemaii uidi sibi & sue is.u.ſ.& Priscianus dicit antiquiores scripsisse uolo ueis pro uis.sed quoniam.i.littera media est.superuacue ita scribendum esse Quintilianus dicit.

¶Quinta diphthongus fit ex.o.&.i.in qua.i.sola profertur.quam latinæ in.æ.diphthongon conuertimus ut phoibos phoebus.distros destrus.aliquando eisdem litteris remanentibus in sua ui in.o.&.i.diuisas uertimus.ut Troia quod græcæ per.oi.diphthongon scribitur per.o.uocalem.&.i.consonanté diuisas scribitur.eiboia euboia.aliquando in simplex.o.traducimus.ut potema poema.aliquando in.u.ut phoinicos phunicus.

¶Sexta diphthongus fit ex.o.&.y.psilon.proferturq; sono solius.u.uocalis.itaq; illam in.u.latinum cõuertimus.antiquiores tamen in.œ.diphthongon transferebát.ut Vergilius in xagerebus merorum promurorum & poemo pro punio.nam a pœna uenit.& pœnica pro punica.

¶Septima diphthongus fit ex.y.psilon &.i.iota.quæ i.longo sono profertur.quæ apud latinos eodem modo & scribitur & pronunciatur.ut arpyia.orthyia.

¶Octaua diphthongus ex.o.mega.&.i.latino cõstat proferturq; sono tantum.o.in græco sermone.in latino uero in.œ.diphthongon conuertitur.ut tragoida tragœdia.comoidia comœdia.aliquando in.o.solũ mutatur ut prosodia psalmodia.



D præpositio composita cum dictionibus incipientibus, a.c.f.g.l.n.p.r.s.t.transit in ipsas.ut curro accurro.facio afficio grauo aggrauo.lædo allido.nuo annuo.pono appono.rapio arripio.sumo assumo.tango attingo. Sequenti uero.q.littera mutatur in.c.ut quiesco acquiesco.quæro acquiro. Scribimus quoq; antiquitaté sequuti adfui pro affui.Cum dictionibus uero incipientibus ab aliis litteris integra manet.ut amo adamo.eo.adeo.ago.adigo.oro.adoro.uro aduro.iuuo adiuuo.uoco aduoco.bibo adbibo.duco adduco.mitto admitto.Cũ incipientibus uero.a.gn.sc.sp.abiicimus.d.ut gnatus agnatus.scãdo.ascẽdo.spiro aspiro.

¶Ob præpositio cum dictionibus incipientibus.a.c.f.g.p.transit in ipsas.ut curro occurro.facio officio.gannio ogannio.pono oppono.Quandoq; tamen sequenti.c.interponimus.s.curus obscurus.oleo absoleo.cœnum obcœnus.Alias uero itegra manet.ut audio obedio eo obeo obitus obumbro obiicio obuerto duco obduco obligo ligo obligo nitor obnitor repo abrepo strepo obstrepo.teneo obtineo.Quanquã Quintilianus dicit.suauius sonare.p.ante.t.q̃.b.ut obtineo optuxo.Cũ incipientibus ab.m.omnino abiicitur.b.ut mitto omitto.

¶Per præpositio in compositione semper manet integra.nisi q antiquiores sequente.l.ipsam in.l.mutabant ut luceo pelluceo lego pellego.

¶Circum præpositio si componatur cum dictione incipiente a uocali.scribitur.m.sed non profertur.ut circũago circumeo.Cum incipienti uero.a.c.d.s.q.t.conuertitur.i.n.ut fero circumfero cædo circuncido do.circũdo.quæro circũquiro.

¶Trans præpositio cum dictione incipienti ab.i.consonante.d.n.abiiciuntur.ns.ut iacio traiicio.do trado no trano.quanq̃ Cicero secutus antiquitatem qui in compositione præpositiones integras ponebat trãsnumerari dixit.Alias uero integra manet.

¶Ab præpositio cum dictionibus incipientibus.a.c.t.semper recipit.s.ut abscondo abscido abstineo abstraho.Cum incipientibus ab.r.aliquando transit in ipsam.ut rapio arripio.quandoq; manet integra.ut rogo abrogo. Cum incipientibus.a.b.g.m.p.x.z.non componitur.Alias uero integra manet.ut duco abduco.sui absui lauo abluo nego abnego.sumo absumo Dicimus tamen ex ab & fugio ausugio & ex ab & fero ausero.

¶Ex præpositio cum dictione incipiente ab.f.transit in ipsam.ut facio efficio. Cum incipientibus uero a.b.d.g.l.m.n.r.u.consonante omnino abiicitur ut bibo ebibo.do.edo.gero egero.ledo elido.maneo emineo.nitor enitor.ruo eruo.uomo euomo.Alias uero integra manet.ut audio exaudio.edo exedo.existimo.exoletus.exuto.excelsus.expræssus.exquiro.

¶Sub præpositio cum dictionibus incipientibus.a.c.f.g.m.p.tunc.b.illius transit i ipsas.ut curro.succurro facio sufficio gero.suggero.mergo summergo.pono suppono.Cum incipientibus ab.r.quandoq; transit in ipsam ut rapio surrupio.quandoq; manet integra.ut ruo subruo.Alias uero integra manet ut agito subagito.eo.subeo.subigo suboleo.suburbium subiungo subuenio subbibo subduco sublimis subnitor subsideo subtraho.

¶In præpositio cum dictionibus incipientibus.a.b.m.p.transit in.m.ut bibo imbibo.mitto immitto.pono impono.nam.n.nunquam potest præcedere.b.m.p.sicut nec.m.potest esse ante.c.d.i.q.r.cum incipientibus.ab.l.r.transit in ipsas.ut lædo illido rideo irrideo. Alias uero itegra manet;ut in ameonus iners inimicus inops muro iniicio.inuado.incido.indignus.infirmus ingemisco innuo inquiro insideo intendo.

¶Con præpositio inseparabilis si componatur cum dictione incipiente a uocali aspirata: aut non aspirata semper abiicitur.n.a lo coalo:hereo cohereo.emo coemo.cohibeo coortus.Dicimus a con & edo comedo.Cum incipientibus.a.b.m.p.tunc.n.transit in.m.ut combibo committo compono.Cum incipientibus uero.ab.l.r.transit i ipsas.lædo collido rodo corrodo.Alias uero integra manet.ut concitus conduco cõficio congero connitor conquiro consentio contineo coniicio conuiuo.

¶Dis præpositio inseparabilis componitur cum dictionibus incipientibus.a.c.p.l.t.i.consonante: ut curro discurro.puto disputo.suadeo dissuadeo. Cum incipientibus ab.f.transit in ipsam ut fero differo. Cum aliis uero consonantibus di componitur. Vt diduco digero diluo diminuo dinumero diripio diuerto.

¶Re.in compositione cum dictionibus icipientibus a uocali recipit.d.ut amo redamo.eo redeo. Scribimus tamé retuli a refero.repuli a repello.reperi a reperio.Alias integra manet.Cæteræ præpositiones itegræ fere ueniunt ad compositioné.ut prædico pduco subterfugio præter eo præterlabor antepono.

Mnis dictio graeca in latinum sermonem traducta per.ph.nunq̃ per.f.scribenda ē. ut p̃ls physt͡ula quaedam tñ lõga usu p.f. iam scribuntur.ut fama fucus fero fur.

Patulũ est: quod semper apertum est: ut aures.
Patens. qđ uicissim aperitur clauditurq; ut oculi
Aeger & corpore & animo recte dicitur.
Aegrotus & egrotare ad corpus tantum pertinet.
Septa locus erat comitiorum in campo martio.
Ouilia sunt ubi oues stabulantur sed Vergli. septum pro ouili.
Lucanus ouile pro septo posuit.
Labra uiroꝝ sunt. Labia fœminarũ. Labella deliciarum. quæ differentia. Seruio non placet.
Nuces sunt foetus arborũ cortices duros habentes.
Poma sunt foetus habentes cutem molliorem.
De incõpositione aliquando auget. ut Deamo te.
Aliquando uero minuit ut Demens Desipio.
Mulctra est tempus: quo pecudes mulgeri debent.
Mulctrarium est uas ipsum: in quo lac excipitur.
Fronder[illegible] arbores steriles pertinet ut alnos.
Parturire ad feraces. ut piros. prunos. cerasos.
Amamus pares amicos atq; etiam inferiores.
Colimus aũt & obseruamus amicos potentiores
Timidus est: qui semper & quasi natura timet
Timens: qui ad tempus & ex causa formidat
Sinus prima breui est gremium. & maris ambitus
Sinum prima longa genus quoddam est uasis.
Quiesco uerbum absolutum est a labore cesso.
Quiesco uerbum actiuum est quiescere facio.
Humidum est. quod extrinsecus habet humorem.
Vuidum est quod intra habet humorem.
Dryades nymphæ sunt quæ inter arbores habitant
Hamadryades: quæ cũ arboribus oriuntur & peunt
Oreades. quæ in montibus agunt ab oros mons.
¶ Ex seruio in georgica Vergilii.
Frumenta sunt omnia: quæ ex se mittunt aristas.
Far est species frumenti: quod scandia dicitur.
Legumina sunt quæ radicitus a terra euelluntur
Rastra sunt quibus terra erraditur ab agricolis.
Marre quibus glebe grandiores occantur.
Sarculi Bidentes. Ligones quibus terra pastinatur
Cominus dicitur aliquid fieri: quasi cum manibus.
Eminus a longe: quasi extra manus.
Medico te. & medicor te cum accusatiuo iungitur.
Medico tibi cum datiuo construitur.
Deducere riuos. est ex agro per emissarium siccare
Inducere riuos in agrum: est irrigare.
Asia prima breui est tertia pars orbis terræ.
Asia prima longa est palus minoris asiæ.
Cerasus est arbor. quam Lucullus ex ponto uexit.
Cornus eiusdē speciei est. nisi q; habet poma dura.
Plantæ sunt surculi & taleæ rapti de arboribus.
Plantaria. q̄ ex seminibus nata cũ terrã transferũt.
Generatim differendum est. i. per singula genera.
Generaliter differemus. i. stimus omnia.
Sulcus est tenuis & non multum in terra impressus.
Scrobs est fossa terræ profundum dimissa
Botrys uua est significatq; latine uuam.

Racemus est pars botrionis uulgo dicitur gaio.
Olea est arbor ipsa unde oleum deducitur.
Oliua uaro fructus:a quo trahitur oleum.
Carcer numero singulari est ubi noxii custodiũtur.
Carceres sunt repagula equorum:dicti ab arcendo.
Pernix modo uelocem significat. ut pernicibus alis.
Modo perseuerans ut pernicis uxor apuli.
Barba in singulari hominum est.
Barbæ in plurali quadrupedum ut hircorum.

¶ De nominibus magistratũ Romanorũ.

Rex romulus omnium primus a regendo dictus senatores a senectute appellari uel a sinendo: qa magistratibus non plus licebat q̃ senatus sinebat.
Tribunus scelerum regi proximus erat & trecẽtis militibus ad regis continuam custodiam præerat.
Celeres autem a celeritate dicti sunt.
Præfectus urbis qui custodiæ urbis præpositus erat.
Quæstores:q erãt erario p̃lecti erãt & sumptibus publicis. Interrex:qui q̃diu resp. regi aut consule carebat uicem regis uel consulis gerebat.
Consules annuum magistratuũ habebat. Sed ne duplicata regia potestas uideretur:in cuius locũ cõsules successerant. alterius uicibus imperabant.
Dictato extraordinariũ magistratũ habebat nec ultra sex mẽses extẽdi poterat:nec appellari ab eo poterat & omnibus magistratibus præerat.
Magister equitum dictatori proximus: & æquitibus regendis præferebatur.
Tribunus plebis defensor plebis erat cõtra senatum & cõsules ne uis aliqua in plebem aut uis afferretur & equa in ciuitate. aut maior libertas esset.
Decẽ uiri oĩbus urbis magistratibus p annũ sublatis legũ cõdendaꝵ causa & iudicioꝵ ferendoꝵ decem numero cõstituti senatuscõsulto & ppli cõsensu fuerũt & pro cæteris magistratibus officia oĩa obibãt.
Censores duo tm̃ moribus ciuitatis p̃erãt & lustris cõdẽdis q totã ciuitatẽ sequẽte populo cũ publica p̃catiõe ãbibãt scriba cẽsoris p̃unte & carmẽ cãtante. ut dii rẽ pub. meliorẽ ampliorẽq; redderẽt. Cẽsebãt etiã:quot milia ciuiũ Romanorũ essent illo lustro.
Prætores. urbani q legibus moderãdis & iudiciũ sentẽtiis corrigẽdis in urbe p̃erant. Sex lictores eos p̃cedebãt:& erant cõsulibus dignitate proximi.
Prætores peregrini in urbe ideo constituti erãt:ut peregrinis inter se disceptantibus ius redderẽt. quod prætor urbanus non poterat sufficere.
Prætores prouinciales cum imperio in prouincias regendas conseruandasq; mittebantur.
Imperatores exercitui præerãt & singuli aliquare gesta uel ab exercitu uel a senatu hoc nomine appellati Tribuni militum exercitus patroni erant: quales Tribuni plebis in urbe pro plebe.
Legati erãt:q ducib9 exercitus a sẽatu dabãt nõ solũ adiutores s3 custodes ẽt & aĩaduersores reꝵ a duce gerendarũ. ita ut nihil ipsis ignaris a duce gereret.
Aediles curules erant:qui edibus publicis ac templis præerant ac ludis.
Aediles ab ædibus. Curules a sella curuli. qua uehebantur dicti.
Triumuiri præerant incendiis nocturnis & excubiis.
Item reis puniendis & carceribus.
Proconsules cum imperio consulari loco consulum prouinciam mittebantur.
Præsides. qui cæteris magistratibus præerant. & erat commune magistratus nomen:qui cæteris præerat.
Præfecti uigilum publicis incendiis præerant.
Sed præfecti urbis potestate interiores.
Præfecti prætorio. qui legum condẽdarum potestatem habebant. dum modo generalibus non contrariæ essent nec ab eis appellari licebat. Pontifices maximi non ad publicos magistratus sed ad regionem pertinebant & cæteris p̃erant. nec poterat nisi unus esse qui templo ueste custodie palladii una cum sacerdote mexio præerat Pater patratus sacerdotibus fecialibus. præpositus erat. Sacerdotes faciales federibus faciendis præerant.
Rex sacramentorum pontifici maximo subiiciebatur:cum enim a regibus sacra constituta essent. ne omnino religio illa extincta uideretur. delectus est unus qui rex sacramentorum diceretur. sed ne regiam dignitatem usurparet appellatione regis pontifici maiori subiectus erat.
Sacerdotes salii a saltando dicti cõstituti a Numa põpilio duodecim numero fuerunt.
Magister saliorũ erat. qui sacerdotibus saliis p̃erat.
Sacerdotes flamines a flosculo lanæ dicti. quem præeminentiæ causa super apicem ferebant.

¶ Collegium augurum ordo hominum prudentium erat qui præerant prodigiis publicis.

A. aulus.	F. filius.
Ap. apius	Fla. flamen.
Augustus.	Impe. imperator.
B. brutus.	Impp. imperatores.
C. caius.	k. kalendæ.
Ces. cæsar.	L. lucius.
Gn. gneus.	Lis. sestertium.
Cor. cornelius.	L. f. lucii filius.
Cos. consul.	P. publius.
Cous. consules.	Præ. prætor.
Cl. claudius.	Præ. prætores.
Quæ. quæstor.	P. Ro. populus Romanus.
D. decius.	Procos. proconsul.
Dru. drusus.	Procos. f. proconsules.
Aedil. ædilis.	Põ. max. põtifex maximus.
Ple. plebs.	T. titus.
Pp. populus.	Ti. tiberius.
P. p. pater patriæ.	Tri. tribunus.
Præf. præfectus.	Tri. pl. tribuni plebis.
Quæst. quæstores.	Tribuni.
R. Roma.	Tri. mil. tribunus militum.
Q. quintus.	D. m. S. diis manibus sacrũ.
Ro. Romanus.	B. m. f. bene merenti fecit.
R. p. res. publica:	V. f. p. uiu9 sepulchrũ posuit
Sul. sulpitius.	V. f. uiuus fecit.
Sp. spurius.	H. m. n. t. h. hoc monumẽtũ
Se. senatus.	nõ transibit hæredes.
S. c. senatus consultũ.	In. fr. p. xx. in fronte pedes.
Ser. seruius.	xx.
S. d. salutem dicit.	In ag. p. xx. in agro. pedes xx.
Sex. sextus.	F. d. m. q. flamendialis mar-
S. p. q. r. sẽat9 po. q; Ro.	cialis quirialis.

FINIS.

C Aelii Antonii nebrissensis grammatici introductionum latinarum in secundã editionẽ : ad præclarum adolescentem. Gutterrium a Toleto Salmanticensis academiæ præsulem. B.M. Præfacio incipit fœliciter.



Pelles cous a quo uno Alexander ille magnus pingi se curauit alios edicto prohibens qui plura solus in arte pingendi q̃ reliqui oẽs cõtulisse dicit' qui deniq; pictores cunctos ante se genitos & si dicẽdum est futuros superauit solitus erat academiæ nostræ præsul nobilissime antea q̃ tabulas a se perfectas diuenderet aut donaret: captans: ex occulto uulgi sermonẽ illas in pergula ranseunti populo iudicãdas proponere: ut si quid uicii eẽt in pictura iuste repræhẽsum emẽdaret. Cunq; a sutore culparet' q; in calseis nescio quid cõtra rõnem artis sutrinæ pinxisset postridieq; sutor circa alias picturæ partes cauillaretur. ferunt Appellem ex latebris idignatum prodisse: monuisseq; sutorem ne ultra calceos iudicaret. quod ipsum deinde in prouerbium uenit. Quorsum tam multa de appelle. ut ostenderem me in prima inrroductionum mearum editione fecisse tale quiddam. quale Apelles in pictura. Nam cum & ratione professionis & officii mihi publice delegati non alienum ducerem in tanta scriptorum uarietate opus illud qualecunq; fuerit componere. fateor me non satis prudenter fecisse quod opus præmaturũ emisi. neclecto Horatii consilio: qui in arte poetica iubet, ne præcipitet' editio, nonumq; primatur in annum. Sed cum me contentio quædam incredibilis atq; amicorum efflagitatio cõpelleret. quicquid illud erat quod genuissem in lucem edere. edidi tandem illa potissimum fretus spe ut cum inter manus doctorum simul & indoctorum diu circũlatum esset captato illorũ iuditio. qd Apelles faciebat si qd esset uicii recognoscerẽ emendarẽq;. In quo fateor euenisse mihi nõnũq̃ quod Apelli cum sutore illo ut quibusdã de rebus ab indoctissimis sæpe hominibus admonerer. & ex eorum sententia non nihil operi meo adderem. Caueant tamen moneo imputare mihi quod ab eis accepi : ne usurpem ego in illos. Apellis illud. Sutor ultra calceum non iudicet.

ANTO.



Elii Antonii. Nomẽ auctoris & materiam libri & is cui opus dedicat' in hoc titulo continetur. De auctore tamen & materia aliis in locis plura diximus. Is uero cuius noĩe editiões nostras primum emisimus est. Guterius a toleto præclari ducis albani filius illo tẽpore scolaæ p̃fectus nũc episcopus placẽtinus. (Guteriũ) quo noie patruũ magnũ hoc ẽ aui paterni fratrem refert. (A toleto) non toletano. nam toletetanus est toleti natus. a toleto quorum maiores inde cognominati sunt (Academiæ) trãslatio est ab academia. Platõis prope Athenas (Salmanticensis) Non sala mãtinus ut idioti nũc loquuntur (B.M) in compendium sic scribebant antiqui pro bene merẽti (Apelles) hæc præfatio duas partes cõtinet. Prima narrat causas cur secundã editionẽ fecerit. deinde cur illi potissimum opus dedicauerit. Sed quia signũ leuitatis cuiusdã uidebat' bis idẽ opus edere Apellis exemplo se excusat. Ordo est o p̃sul nobilissime academiæ nostræ Apelles cous solitus erat proponere tabulas iudicãdas populo transeunti &c. (Apelles cous) ex coo insula non longe a rhodo quæ patria quoque fuit hippocratis medici. neq; enim fuit iudeus ut quidã delirauit ductus illa ratione quod Horat. iudeus apellas dixit. quasi circũcisos & recutitos. (Alexan. magnus) rex macedonũ (Pingi se) Ex Plinio lib. xxxv. Natu. histo. tota hæc historia est accepta Hor. Quoq; libro. ii. epistolaæ. Neqs se p̃ter appellẽ pingeret aut alius lycippo duceret acra. In gemmis quoq; uetuit se ab alio sculpi q̃ a pyrgotele. (Cõtulisse) i. addidisse uoluminibus et editis q̃ eã artẽ cõtinerẽt (Captans) quasi ex insidiis aucupari uolens (Ex occulto) loco ubi latebat (In pgula) i. in mẽsa. Est etiã pgula pulpitũ unde cõcionant' & fulcimentũ p qd uites ptẽdũt ramos (Iudicãdas) Pli. Post ipsam inquit tabulã latens uitia q̃ notarent' auscultabat. uulgũ diligentiorẽ iudicẽ q̃ se præferens (A sutore) Pli. ferũt inqt a sutore repræhensum qd in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. Eodẽ postero die supbe cauillante circa crus indignatũ pduisse denunciantẽ supra crepidã sutor iudicaret qd & ipsum in puerbiũ uenit (Sutrinæ) Sic appellat' ars sutorũ sicut textorũ textria (Alias partes) s. circa crus (Vltra calceos) Pli. crepidas dicit (Quorsum tã multa) q a nimis euagatus est reddit ad ppositũ. Tã multa. s. dicta sũt. Vt ostẽderẽ rñdent iterrogatiõi Ratiõe pfessiõis Artis grammaticæ officii delegati. i. cathedræ mihi & salario decrete. Nõ alienũ initio ppriũ Ducerẽ. i. cogitarẽ. Præmaturũ ante maturitatẽ Emisi publicaui. Præcipitet' acceleret'. In nonũ ãnũ alii codices hñt decimũ cõtẽtio & efflagitatio sponte ĩ pceps. Genuissem scripsissem & cõcepissẽ fretus spe. i. cõfisus circũ latũ huc illuc defert quibusdam de rebus & quod articulos obliquis detraximus imitati sumus Ioannem pastranam Imputare exprobare. Ne usurpem. i. in usum meum assumam quod Appelles dixit.

CANTO. Huius itaq; cur hoc opus Gutterio a toleto dicauerit tres causas enumerat. prima est q̄ intellexit semper res suas ab illo plurimi fieri. Multis argumentis .i. signis. Ab ineunte .i. incipiente. Deinde secunda ratio q̄ ex escolasticarum rerum iudex ordinarius. Labores nostri .i. opera & est metonymia. In censuram .i. q̄ iudicandum esset. Huc accessit. Tertia ratio est q̄ uult haberi gratus & accepti beneficii memor. Suppetat facultas .i. subministretur. Gratiam referre .i. debitum persoluere. Expectes .s. a me gratiam referri. Habēda ratio .i. respectus est alienum .i. debitū. Si non re .i. effectu. accipies igitur. Hæc est operis dicatura. Elucubratū .i. uigilatum & per uigilias elaboratum ad lucernam .i. ¶ Infantia studia .i. grammaticā. In uulgus exeat .i. publicetur. Illud uero præceptum quoddam utilissimū addit in calce huius præfationis. ¶ Aditus .i. accessus. Qui cum protogenis. hic pictor quoq; erat: ad quē cum ad pelles uidendi illum gratia negauisset: celebris illa contentio de lineis secandis inter illos fuit. quod uero hic dicit de pictura protogenis ex Plinio pope ad uerbum sumptū est: Curranxie .i. laboriose. ¶ Cum illo .s. protogene. Nocere nimiam diligentiam in omnibus: hoc contingit fere. Vnde est illud sapientis ne quid nimis. In illa doctrina .s. grāmatica.

ESt locus describit originem atq; antiquitatē patriæ suæ. Nebrissæ. dicitq; fuisse conditam a libero patre inter estuaria bethis: quo tēpore uictor hispaniam peragrabat. Deīde dicit inde habuisse parentes mediocris conditionis. Est locus hemistichium est. Vergilii primo æne. Est inquid locus hesperiam graii cognitione dicunt: sed Verg. hesperiam uocauit. Italiam. hic uero hispaniam. Nam qua ratione græci appellauerunt italiam hesperiam, eadem latini hispaniam hesperiam dixere bethis arundine cinctus atqui oliua potius diceretur coronatus: ut Martialis. xii. lib. epigrā. Bethis oliui fera crinem redimite corona. sed arundine cinctus dixit. uel quia poetæ fluminibus coronas arūdineceas dant. uel quia prope Nebrissam estuarium a nomine dictus arundinum estero decanans appellant. In leuam quoniam per stuaria bethis in campos refonditur a parte sinistra. Atq; tenet possidet occupatq;. Dixerat hūc .s. locum. ¶ Estus .i. estuaria. est autem estus ipsum maris crementum ex ratione cursus lunaris. ¶ Fluuio stagnante: stagna autem illa non tam ex fluminis refusione q̄ ex colluuie imbrum colligitur. Albinam sic hodie dicitur. fuit autem aliquando estuarium. sed limo confusum est. sicut alia multa. ¶ Sæcula nostra .i. homines nostri sæculi. Genus uolucrum uarium .i. diuersorum colorum. Nam propriæ uarius de colore dicitur auctor est. Tullius de finibus. Maris & palludis .i. marinum & pallustræ siue lacustre. ¶ Excludit foetus: propriæ excludere oua est auium cū foetus ex oui testa educūt. Incubituq; fouet nam icubare est ouis eum crociunt incidere est autem isteronproteron. quia prius incubant postea excludunt. Haud procul atqui nebrissa inter stuaria bethis condita. fuit auctore strabone Plinio. Ptolomeo sed quo tēpore alter alneus qui oblimatus est in mari prorumpebat non lōge a turre capionis.

¶ Huius itaq; secundæ editionis meæ opus partim alieno iudicio. partim meo recognitum atq; emendatū cui dedicarē potius quā amplitudini tuæ non habebā. Primū q̄ multis argumentis intellexi q̄ti meæ q̄ti studia mea iā inde ab ineunte pueritia tua faceres. Deinde qd̄ nulli iustius consecrandi erant labores nostri: quā florentissimæ huius academiæ præsuli a quo potissimum castigaretur si quid esset quod in censurum caderet. Huc accessit quod cum non camichi suppetat facultas: qua possim tuis in me beneficiis gratiā referre sed neq; id tu expectes habenda fuit a me ratio quemadmodum tantum es alienum si non rē certe uoluntate atq; animi ingratitudine dissoluere inciperem. Accipies igitur opus tuo præclarissimo nomine elucubratum. non q̄ existimē te ita abundare ocio: ut uacet ea repetere: quæ fuerunt in infantiæ tuæ studia: sed q̄ uideor michi quodāmodo tuæ in me liberati profusæ iniuriam facere: si nō quicquid illud est quod elaboramus tuo potissimum nomine in uulgus exeat. Illud uero in præfationem hac lectorem admonemus nos in toto opere illa tantum præcepta secutos: quæ sūt in arte grāmatica uulgata magis & quibus ad sermonis latini facultatē aditus facillime parari potest. idq; fecimus ducti ipsius in primis de quo tā multa diximus. Apellis consilio: qui cum protogenis picturam opus īmensi laboris accure supra modum anxiæ miraretur: dixit omnia sibi cum illo patria esse aut illi meliora: nisi q̄ manū ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto nocere sæpe nimiam diligentiam in illa maxima doctrina quæ cum pueris litterarum rudibus præpōnatur debet esse q̄ simplissima. Vale.

¶ Elegia de patriæ antiquitate: & parentibus auctoris.

ESt locus hespiæ q̄ bethis arūdine cinct⁹
In leuam campos influit atq; tenet.
¶ Dixerat hunc æstus fluuio stagnante uetustas.
At uero albinam sæcula nostra uocant.

CANTO. ¶ Littus ad oceani.i.non longe ab occeano. ¶ Namq; ferunt: poetæ narrant. ¶ Semele gentium: bacchum filium Iouis ex semele cadini filia. ¶ Gangetide: subaudi terra sic dicta est india a gãge fluuio qui illam diuidit mediã ut sit india intra gangen & extra gangen. Ouid.in amoribus gangetide terra dixit. ¶ Hesperiæ populos: hispanos populos feroces. Venisse autem bacchum in hispaniam post mediam deuictã uulgatum est apud poetas & historicos. ¶ Socio amisso: lysia a quo dicta est lysitania deinde & psilon uerso in.u. sicut.u.in multis aliis lusitania.ut in lib.dige.ti.de censibus licitania inquit emerita &c. ¶ In calpes littora.i. ad hispaniæ promontorium qua occianus terras irrumpit.i.gibraltar.& est dispositio.ut sit uerisimile quod de fundatione nebrissæ dicitur.nam cum constet bacchum a lusitania ad calpem uenisse atq; nebrissam satyros qui in illius comitatu fuerunt: incoluisse credibile ẽ ab illo fuisse conditã. ¶ Per inhospita tesqua. i.deserta loca & aspera.in quibus nõ est hospitium.nam illud est tesqua apud Horatiũ in epistolis. Marisime sic uulgo appellatur hispaniæ ab indigenis.quasi marinæ.uel potius maritimæ. ¶ Tigris: aial familiare baccho.atq; in illius cõitatu frequens.atq; illi dedicatũ. ¶ Deficit & sitit.i.ex siti lãguescit. ¶ Silenus: Hic satyrus fuit bacchi pedagogus & eões. ¶ Asello pando.i. cuius spina est in uentrem demissa. Ouid.pri.fasto. Venerat & senior: pando silenus asello. ¶ Variæ lynces maculosæ. Ver.pri. æne.Maculosæ tegmine lyncis sunt autem lynces quoq; in comitatu.& tutela bacchi sicut tygres.Verg.idẽ in georgicis.quid uarias bacchi lynces. ¶ Menades: bacchi sacerdotes quæ illum in bello quoq; sequebantur. Satyri in comitatu quoq; bacchi fuerũt. ¶ Ad speculam: tumulus ẽ mille pacibus a nebrissa distãs unde campos latissimæ patẽtes speculari possis: qui ex eo specula dici potest ad huius radices fontes sunt quæ indigene uocant fontinalia sacra quoq; fontium apud Ouidiũ in fastis fontinalia dicuntur diuus. Benedictus qui in ipo monticuli uertice sacellũ habet. ¶ Tigris prior. Omnium prima ut sit comparatiuus gradus pro superlatiuo. Arrit aures quasi præsentiens. ¶ Cauda ludens.i. Caudam motitans. Verg. pri.geor.colludere plumas. ¶ Præuia: pcedens & dux uia monstrans. Latices aquas quas diximus ex fontibus fluere. Frondibus umbram quia illic sũt arbores multæ. ¶ Fontes sacros: quia nymphis sacros. Vergil.in bu. Hic inter flumina nota & fontes sacros. ¶ Arida turba.i. sitiens. Cohors bacchi exercitus. ¶ Vndis salientibus: Vergil.in buccoli.Dulcis aqua salientẽ sitim restinguere riuo. ¶ Pater liber: pater sic enim cognominatus est. ¶ Consilio habito: est concilium autem ubi omnes ordines cõueniunt plebei.s.& senatus & milites. ¶ Satyris:& mimaloneis comitibus utriusq; sexus sunt autem mimalonei siue menades siue thyades: siue bassarides bacchi sacerdotissæ: dictæ sunt autem mimallonez siue mimallonides ab imitando q bacchum imitentur. Ouidius de arte. Ecce mimallonides fusis in terga capillis & Persius. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. ¶ Accipite: oratio est bacchi ad comites attẽtosq; illos in primis facit. ¶ Hic collis: sacra bacchi in agris prope urbem per noctem fiebant.cum itaq; bacchus oppidum fundare decreuisset.hunc collem proximum sacris faciendis elegit. ¶ Nyssa: urbs arabiæ ubi bacchus a nymphis fuit educatus. ¶ Citheron: mõs boetiæ prope thebas baccho atq; illius sacris dedicatus. Verg.iiii.æne. ¶ Orgia nocturnusq; uocat clamore. Citharon est autem Ouidii hemistichium ex secundo meta.natusq; ad sacra citheron. A nebride sunt autem nebrides dammarum

Hic uariũ genus & uolucrum maris atq; paludis
 Excludit fœtus: incubituq; fouet.
Haud pcul hinc colitur muro nebrissa uetusto:
 Quam bacchus posuit littus ad occeani.
Namq; fuerunt semele gentium gangetide uicta:
 Inuasisse feros hesperiæ populos:
Et socio amisso: a quo lusitania nomen.
 Duxerat: in calpes littora uertit iter.
Dũ uehitur curru per in hospita tesqua marisme.
 Quæ sequitur. tigris: deficit: atq; sitit.
Et curuus pando residens silenus asello:
 Et uariæ linces. & menades & satyri.
Ventum erat ad speculam: quæ fontinalia dicũt.
 Indigene diuus nunc Benedictus habet.
Ad strepitum lymphæ tigris prior arrigit aures.
 Et cauda ludens: præuia monstrat iter
In gelidos latices: & amenã frondibus umbram
 Et fontes sacros: arida turba ruit.
Cunq; refecta cohors undis salientibus esset.
 Captus amore loci dicitur esse pater.
Consilioq; habito: satiris dixisse uocatis.
 Atq; mimalloneis: cætera turba silet:
Accipite o comites: lætasq; aduertite mentes.
 Hic mihi collis erit religione sacer.
Nec tam nyssa mihi; natusq; ad sacra citheron.
 Gratus erit. quantum a nebride dictus ager.
Nec qui plus baccho: qui se plus iactat oliuo.
 Et cæteris flaue messibus. atq; fauis.
Quare agite o satyri. nocturna reposcite sacra:
 Et uos bassarides hunc celebrate locum:
Iam tarthesiacas titan descendit in undas.
 Et fessos curuo littore soluit equos.
Inuadunt thyrsos. resonant ululatibus agri.
 Et te bacche uocant: & tua sacra canunt.
Insonesq; trahunt bacchantes orgia: donec

pelles quibus sacerdotes bacchi amictæ utebantur in sacris ad quod allusisse uidetur. Syllius italicus cũ lib. iiii. punicorum dixit. Ad nebrissa dionisceis cõscientia thirsis quã satyri coluere leues redituq; sacra nebridæ minas. Ne qui plus quattuor in rebus dicit agrum nebrissensem præstaturum omnibus aliis uino. olio. frumento. melle. quarum duæ. s. Vinum & mel bacchi inuentori attributæ sunt. Oleum autem & frumentum coniuncta sunt iis duobus. ꝑ lactet se. i. glorietur. Baccho uino & est metonymia. Flaue quoniã quo tempore frumenta sunt matura flauescunt. Vergilius in bucc. Molli paulatim flauescet campus arista: & primo georg. Flaua ceres alto nequicq̃ spectat olympo. Sacra nocturna quia ut diximus sacea bacchi per noctem fiebant. Bassarides bacchi sacerdotes ab eo ꝙ bacchus a uestis genere bassareus dicit̃. Persius. Et raptum uitulo caput ablatura superbo bassaris. Iã tarthesiacas. Dicit ꝙ sub primã noctem cœperunt sacra pagere. (ꝑ Vndas tarthesicas). i. sol occidit, in oceano. Nã tartessos est quæ postea. Crateia est appellata: nunc est Carthagena non longe a Calpe. Syllius in libro punicorum. Tarthessos stabulari conscia phœbo. i. ubi sol æquos disiungit confecto itinere diei. (Curuo littore) epitheton littoris. (Thyrsos) ramos quos circũferebant & uibrabãt in illis sacris. (Resonãt ululatibus) & id quoq; faciebant bacchãtes. (Tua sacra). i. hymnos sacros bacchi. i. (Insomnes) i. peruigiles (Trahunt orgia). i. differunt per totam noctem: sunt autem oegia propria bacchi sacra. quoniam orgi est furor. Vergil. iiii. æne. Trieterica bacchi orgia.

Cedere luciferum cogeret orta dies.
Est prope mõticulus surgẽs clemẽter in haustros.
Parte tamen reliqua præcipitante latus.
Hic promissa pater fundauit mœnia bacchus.
Nebrissamq; uocat: nebridis auspicio.
Quæ cum polleret Roderico rege: furores.
Diruerant libyci. nunc renouata uiget.
Hic domus. hæc patria est. hic me genuere parẽtes
Ingenui; & media conditione pares:
Nam mihi Ioannes pater est Catharinaq; mater.
Debemus patriæ. plus tamen illa mihi.
Illa mihi dedit hunc uitæ mortalis honorem.
Sed studiis nostris illa perennis erit.

(Donec orta dies:) Seneca tragicus dum matutinos prædicit lucifer ortus candida formosi uenerabimur ora liei. (Est prope) describit locum: ubi Nebrissa posita est. (Surgens clementer) i. paulati & modice. Syl. li. i. punicorum. Clementer surgente iugo. (In austros). i. a parte meridionali. (Parte reliqua). i. reliquis tribus lateribus. (Præcipitate latus). i. habente latera in principio. (Promissa mœnia) subintelligendum est in concione illa superiori: quia oportebat prope esse aliquã urbẽ ut diximus. (Auspicio) sumpto ex nomine augurio: ut sit a Nebride nebrissa auctoritate Syllii. Mendum namq; est in strabone Ptolomeo & Plinio Nabrissa pro nebrissa. (Polleret) satis potens esset: ut ex hystoria. Gothica apparet. & monumentis litterarum in marmoribus. (Roderico rege.) Qui fuit gotthorum ultimus rex. (Furores libyci). i. libyes furibundi. (Diruerant) euerterant. (Viget) frequentatur. (Hic domus) Vergilii in æneide (Ingenui). i. quorum maiores non seruierunt. i. & pares) coequales. (Ex media conditione. i. nec plebei neq; patricii sed ex medio ordine. Ioannes pater est. Quia adhuc uiuit agens ætatis annum nonagesimum. (Catherina) per w h. sequenti a non catherina interpræetatur namq; pura siue purgata. (Debemus patriæ quia sunt uitæ principiũ sed illa plus debet mihi) cuius subdit causam ne uideatur impietate reus quia tribuit mihi uitam mortalem ego illi nomen eternum. (Hunc honorem uitæ mortalis ex Vergilii quarto georgicorum. En etiã hunc ipsum uitæ mortalis honorem.

FINIS

℄ Aelii Antonii nebrissensis grammatici & poetæ ua fre dicta philosophorum ex diogene laertio potissimum collecta incipiuntur. Liber primus de undecim sapientibus.

PYthagoras ille sanius cuius fuit magnū in studio sapientiæ nomen.cū philumpta uenisset interrogatus a leonte philiasiorum tyranno quē se esse profiteretur:philosophus iquit sum. Is enim cū uideret alios eiusdem rei studiosos maxima quadam arrogantia sapientes appellari.qđ intelligebat solū deum eonoīe censeri debere.senon sophon.i.sapientē:sed philosophum hoc est amatorē sapientiæ honestiori uocabulo prædicauit. Oēs igiť qui ante illum sapientiæ studio incubuerunt sophi: & post illum philosophi appellati sunt fuerunt autē ante Pythagoram complures & habiti sunt sapiētes. sed quos græcia iactat prope oīum consensu fuerūt septem. Thales milesius. Solon salaminius. Chilo lacedæmonius. Pyttacus mittyleneus. Bias prienæus: Cleobolus lyndius. Periāder corinthius. Cœpti sūt autem appellari sapientes.qđ cum adolescentes ionii iactum ratis a piscatoribus emissent:essetq; inter illos de tripode aureo cū piscibus educto exorta cōtētio.nō añ sedať quā delphos missum est rñsumq; ab apolline. De tripode ex phœbo q̄ris milesia pubes? Huic tripodē addico cuius sapiētia prima dať ergo thaleti. Thales illū alii dat & rursus alius alii donec ad Solonē uētū ē: q deū p̄mū eē sapiētiā asserēs illū delphos misit. Sūt q anacharsim scytā misonē chenū Epimenidē cretāsem pherecidē syrū iter septē superiores annumerare uelint & hi q̄dē oēs appellati in primis sapiētes floruerūt circa olympiada q̄nquagesimā.hoc est añ natalē xp̄ianū anno circiter sexcētesimo. Philosophiæ uero duo principia fuere alterū q̄ ab Anaximādro alterū q̄ a Pythagora fluxit. Anaximādri Thales milesius p̄ceptor fuit. Pythagore uero Pherecides syrus.appellatūq; est illud philosophiæ genus ionicū q̄ Thales fuerit ex ionia. hoc aūt italicum qđ illius auctor pythagoras in italia plurimū sit philosophatus. Erit igiť operis nr̄i.liber primus de his q p̄priæ sapiētes appellanť. Secūdus de p̄his ionicæ philosophiæ. Tertius de italicæ philosophiæ auctoribus.

℄ De Thalete milesior.

THales primus ex numero septem sapientum:patre. Examio & matre. Cleobulina genitus.patriā habuit fœniciā: postea uero ciuis mileti ascriptus est. Vixitq; annos nonaginta. Et cū p̄seuerasset cælebs nepotē ex sorore filium sibi adoptauit. ℄ Eius sententiæ sunt.

Duceret uxorem mater suadebat ephœbo.
  Nondum est tempus ait:postmodo tempus erit
Instabat rursus cum iam foret acta iuuentus.
  Iam mihi non opus est esse maritus ait.
Scitanti quur non gnatos generauerit?inquit
  Me nunq̄ potuit flectere talis amor.
Quod uir non mulier.q̄ hō belua quid stirps
  Græca foret quod non barbara lætus erat
Cunctarum rerum deus antiquissima res est.
  Ingenitus quia sit omnia cum generet
Omnibus in rebus res est pulcherrima mundus
  Hunc sibi quod summa fecerit arte deus:
Maxima res locus est q̄m capit omnia solus
  Velocissima mens:omnia cum penetret
Omnia quæ superat uis est fortissima rerum.
  Et sapiens tempus cuncta quod inueniat:
Sermones raros eius qui pauca loquatur.
  Esse bonæ mentis significabat opus:
A uita mortem parui referre putabat.
  Cum male compacto corpore abit.
Quæsiuit quisquā quur non moreretur & ipse
  Si mors ipsa nihil.nil.quia distat ait.
Alma dies an nox prior esset facta roganti:
  Ille refert:facta est nox prior una die.
An ne deum fallat peccans aliquando rogatus.
  Nec tunc iste latet cum meditatur ait.
Deprehenso in mœcha quærenti an peieret: inquit
  Lasa fides non est peior adulterio?
Quæ res in uita foret ardua difficilisq;:
  Cum peteret quisquam.nose se auton ait.
Quæ facilis contra rursus quærebat: & inquit.
  Ille.pericula cum nos aliena monent.
Quærenti quæ res esset suauissima rerum.
  Quæsitis tandem si potiare libens.
Cumq; rogaretur quid sit deus?intulit ille.
  Cui neq; principium sed neq; finis adest.
Quam rem uidisset per raram difficilemq;
  Cum periit sicca morte tyrannus ait.
Quo miser aduersos fortunæ perferat ictus?
  Si peiore loco forte inimicus erit.
Tunc bene uiuemus fœliciter atq; beate
  Si quæ insectamur non faciemus ait.
Quisnam sit fœlix:inquit qui corpore sanus.
  Fortuna locuples.qui bonus & sapiens.
Absentis memorem tanq̄ præsentis amici
  Esse iubebat eum.quisquis amicus erat.
Non faciem colito fucis.non corpus amictu
  Sed mentem uirtus imbuat.arsq; colat
Qua pietate patrem fueris matremq; secutus.
  Illa etiam gnati te sequentur ait

℄ De Solone salaminio.

℄ Solon ex Ecestidæ filius patriā habuit Salamina insulā cōtra Athenas positā. Postea uero legislator atheniēsiū factus Pisistrati tyrāni dñationē fugiēs in ægyptū nauigauit:atq; deide in cyprū:ubi diē suū obiit anno ætatis octogesimo mādās ut in patriā Salamina sua ossa reportarenť. ℄ Eius sn̄iæ sunt.

Quærebat crœsus quis fœlix esset?& inquit.
  Expectanda dies ultima semper erit.
Ornatus gemmis ostroq; insignis & auro.
  Crœsus ait.num res pulchrior ulla foret?
Quas ait ille auium ludens natura creauit.
  Pauones:galli:phasides:atq; merops
Humanæ uitæ spacium digesserat annos.
  In decies septem dehinc labor atq; dolor
Impius obscurus malus atq; ignobilis esto
  A quo non fuerit pastus uterq; parens.
Et qui uersuram patrimoni fecerit olim
  Accusatori cuilibet esto reus
Et qui nequitia famosus & indecor esset
  Ille tribunali reiiciendus erat
Sermones operis quædam simulachra putabat
  Et qui polleret uiribus esse ducem

Et legem tæle similem dicebat arachnes
Quod cœdit magnis inferiora capit.
Cur non scita tulit de consectore parentis.
Quod desperasset hoc fore crimen ait:
Tunc ius humanum minime uiolabere: si qui
Leditur & qui non leditur: æqua dolet
Diuitiæ gignunt satiem satiesq; superbum.
Hic spernit leges iuditiumq; simul.
Virtus ac probitas iuramento potior sit
Mentiri noli. fac meditare bona.
Non inconsulto fiat delectus amici.
Nec cum lectus erit: reiiciendus erit.
Consulæ quæ optima sunt nõ quæ suauissima factu
Tunc rege: cum primum sciueris ipse regi.
Dux animus uitæ tibi sit. fortuna sequatur
Hæc animo semper pareat. ille regat:
In primis uenerare deum. reuerere parentes.
Si potis es: nunquam congrediare malis
Eius præcipue celebris sententia fertur
Seu chilonis ea est: nil nimis ut cupias
Lugenti gnatum quidam nil proficis inquit
Ille refert lachrymor: nil quia proficio
Ne forte qui tegant quod intus habebunt
Odium memento singulos probe serues
Dum uoce te alloquuntur ac tenent blanda
Ne lingua duplex ex atra sonet mente:

De chilone lacedæmonio.

CHilo patre Damageto lacedæmonius fuit primusq; nõ mõ ephorus q̃ dignitas lacedæmone ea ẽ q̃ apud romanos tribunatus sed ẽt q primus istituit ut ephori regibus adiũgerẽt ad illoꝝ iniuriã in plebẽ tẽperãdas. Obiit pisæ senex cõplexus filium q̃ in olympia fuisset coronatus.

Eius sniæ sunt.

Iratus frater quur non foret ipse tribimus.
Percontabatur: quod tamen ille fuit.
Cuiusquã fastus tua fere superbia frater
Quod nunquã potuit: quos ego sæpe tuli
Sciranti æsopo faceret quid iuppiter inquit
Extollit mites: atq; superba premit
In quo præstarent sapientes insipienti
Ille refert: distant spe meliore sui
Quæ res difficilis: reticere arcana. parere
Ocia si possis. atq; superba pati
Compescenda tibi semper plectoria linguæ
Præcipue quando mensa parata tibi est
Nec carpas alios: sed nec sermone lacessas
Accipies aliter plura dolenda tibi
Intentare minas noli: namq; esse minuti.
Atq; pusilli animi: nec muliebre magis
Promptius ad tristem casum ueniemus amici.
Ex uoto quam si res aget ille suas
Est humilis coniunx modico ducenda paratus
Nec maledicendum quos libitinia sacrat
Præcipue te ipsum catus obseruare memento
Non contemnendos dein uenerare senes
Detrimenta feras potius quã turpe lucellum.
Hoc etenim semper lædere. at illa semel
Arridere uiro quem res fecere secundæ
Elatum noli. crescat ut inde tumor.
Fortis mansuetus sic esto: proximus ut te
Non tam formidet. quam uereatur ait.
Exuperanda tibi propria est iracundia semper
Discedumq; domi ritæ præsse tuæ
Cum mens depromat sensus interprææ lingua
Fac cures semper præmeditata loqui
Execranda tibi sit diuinatio. siue.
Vaticinantis erit: siue sit artis opus
Difficiles factu res nunquã poscere debes
Nec festinandum est: cum tibi fiet iter
In medio sermone manus non est agitanda:
Non bene censati nam quæ putabat opus
Iam promulgatis parendum legibus esse.
Atq; bono ciui semper amanda quies:
Aurifices lidis explorant cotibus aurum
Auro mens hominum sæpe probatur ait.
Iacturam semper comitatur sponsio. sed qui
Litigat & debet creditur. esse miser:

De Pittaco mitylenæo.

PIttacus patre Hyrradio mitylenen habuit patriã q̃ urbs ẽ lesbi isulæ: cuius tyrannũ melanchꝛe pfligauit: phrinonẽ p̃terea ducẽ atheniẽsiũ cũ de achilitidis agri possessione certaret in singulari certamine iplicuũ reti superauit agrũq; suis restituit. Cũq; post uictoriã. x. annos mitylenæoꝝ rẽp̃. tenuisset se magr̃atu abdicauit decẽq; alios isup ãnos uixit. De quo callimac9 poeta.

Hospes accamites rogitauit pittacon olim
Sic mitylenæum hyrradioq; satum:
Magne senex: gemine cupiũt mihi nubere. quarum:
Et genere atq; opibus conuenit una mihi.
Altera præcellit. quid præstat. consule. dicq;
Vtra ex his potius sit capienda mihi
Hic baculum tollens sic tæla senilia dixit
Consilium pueri quod petis expedient
Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo
Assiduo latus uertitur in triuiis.
I. sequere illorum monitus. sic fiatur. at ille
Scitatur. referunt. tu tibi sume parem.
Quæ postq̃ audiuit: monitis puerilibus haerens
A magnis hospes abstinuit thalamis.
Adq; parem paruas lætus traduxit in ædes
Sic dionæ qualem si sapis ipse cape.

Eius sententiæ sunt.

Ebrius & petulans si quenquã forte cecidit.
Is duplici pœna turpiter acta luat
Signati argenti mittebat numera crœsus
Is tamen argentum noluit accipere
Addidit & casus. duplo quia plura teneret
Quam capit: extincto fratre quod auctus erat
Est uirtutis opus res ardua difficilisq;
Non facile est igitur cuilibet esse bono
Omnia posse deum iussis quodcunq; uoluntas
Sed cursum fati non retinere solet
Et qui priuatus potuisset forte latere
Clara magistratus dat documenta sui
Quæsitus quondam quæ res foret optima: dixit
Quod nunc occurrit uita beata puto
Tunc non immeritas quærit. uictoria laudes
Cum tua funesto sanguine bella carent
Quiq; uirum frugi quærendum dixerat. inquit
Si nimium quæras non tamen inuenies
Ecquid gratificum quærenti: tempora dixit
Quid foret obscurum: quod dea cæca paret

Quidq; fidele foret? quæ sustinet omnia tellus
Quid contra infidum? quæ fluit unda maris.
Est prudentis opus: casus uitare futuros.
Fortis: cum feriant tristia posse pati.
Cum sis facturus quicquam. prædicere noli
Quod si non facias: mox habeare leuis
Ærumnas aliis non exprobraueris unquam
Ne te consimilis forte querela præmat.
Depositum potius. quã mutua reddere debes
Nec alium ledas. & si inimicus erit.
Esto bonæ frugi. uerax. pius. atq; pudicus
Et solers. fidus. dexter. amicus ait
Illius in primis celebrauit græcia dictum.
In quo mortales tempora nosse iubet.

¶ De Biante prięnæo.

Bianti pr̃ fuit Teutamus. patria uero priene. egitq; causas mortuus est cum cãm pro amico dixisset iam uetulus. Nam cum adicendi labore quieuisset. caputq; in sinu ex filiæ nepotis reclinasset: audiuissetq; secundum eum cuius patronus erat iudicatum. animam efflauit.

¶ Eius sententiæ sunt.

Aduersus nulli. cunctis affabilis esto.
Nam sic multorum est conciliandus amor.
Esualidum corpus naturæ munus amicæ
Si patriam serues. id rationis opus
Ne mireris opes aliorum. pluribus illas
Fortunam constat sæpe dedisse malis
Infœlix ait est hominumq; miserrimus ille
Fortunam aduersam qui tollerare nequit
Quod fieri nõ posse putas: neq; amaueris unq̃
Alteriusq; malum fac meminisse uelis
Ecquid difficile est quærenti: fortiter inquit
Rerum motus in deteriora pati:
Dum uehitur pelago nauem iactantibus austris:
Clamabat faciles impia turba deos
Pectore fædato cum sic ait ille: silete
Obsecro: ne uos hic uelsificare sciant
Contemptor diuum quærebat & impius olim
Ecquid sit pietas? retulit ille nihil
Miranti causam cur nam sic ille taceret
Quæ nihil ad te rem pertinet inquit agis
Ecquid dulce foret scitandi: spes ait ille
Hæc recreat uires. fessaq; membra leuat
Se quoq; malle duos inter censere inimicos.
Dicebat. quam si charus uterq; foret
Alter enim mihi sit inimicus forte paretur.
At uero ex illis alter amicus erit.
Ecquid homo faciat gaudẽs aliquãdo rogatus
Si quocunq; modo forte lucretur ait
Fac ut sic miseræ disponas tempora uitæ
Ac si uicturus sis nimis: atq; parum
Sic & amandus erit: quem designabis amicum
Ac si post odio sis habiturus eum
Quod facturus eris: cunctanter præmeditare.
Et decreuisti quod semel: arripies.
Deq; deis ut sunt: sic te sentire decebit
Et bene sensa bonis esse loquenda tibi
Indignum quia sit diues: laudare caueto
Et cape non uiolens: si quid habere cupis
Ascribenda tibi sunt: quæ male feceris unq̃.
Quæ bona fecisti. sunt referenda deo

Disce bonas artes miserisq; uiatica canis
Dicebat: firmas si tibi quæris opes
Cum patria capta uictor permitteret: aurum
Pro se quisq; ueheat: solus inanis abit
Huic aliquis dixit: quur exoneratus abiret?
Cum sic ille refert: omnia porto mea
Nobilis illius fertur sententia. plures
Ex hominum numero quæ putat esse malos.

¶ De Cleobulo lyndio.

Cleobulus Euagoræ filius ex lyndo rhodi urbe fuit: siue ut alii tradunt ex caria insigni corporis speciæ atq; uiribus. Scripsit autem ænigmata atq; sententias obscuras ad tria milia uersuum. quale illud est.

Est unus genitor. gnati bona pignora his sex.
Triginta cuiuis gnatæ sed dispare forma.
Hæ niuæ aspectu nigræq; coloribus illæ.
Atq; immortales omnes mouentur ad unam
Obiit senex annos natus sexaginta.

¶ Eius sententiæ sunt.

Copia uerborum rerumq; inscicia uersat
Mortales tempus perficit atq; sapit.
Est mulier sensu. uirgo est ætate locanda
Filia moratam quod prius esse decet
Officio charum magis efficiemus amicum.
Munere non charos demeruisse potes
Egressure domo tecum prius ipse uoluta
Quid facturus eris. quid quoq; non facies
Rettuleris cum forte pedem. tecum acta recense
Quid recti: quid non feceris ipse boni.
Corporis est moles multa mercede domanda
Quod sibi. q; menti commoda multa parit
Nil audire nocet. nocuit semp erq; nocebit
Cum sine delectu uerba loquentis euot
Blandiciis non est nisi desipis uxor agenda
Obiurgare tamen hanc sine teste licet
Atq; hylarem uino seruum punire caueto.
Cum serui merces sit cibus atq; merum
Quæ tibi sit dispar. uxorem ducere noli
Affines dominos namq; habiturus eris
Extollat nec te rebus fortuna secundis
Sed nec aduersis deprimat illa caue
Fortunæ motus patienter ferre memento
Præsertim si non culpa sit ulla tua:

¶ De Periandro corinthio.

Periander Cypseli corinthiorũ tyranni filius & ipse quoq; eiusdem urbis dominationẽ exercuit annis quadraginta. Obiit ãt octogenarius. Hic primus satellitio stipatus ad corporis custodiã incessit: sũt qui dicãt alium fuisse Periandrũ sapientẽ patria ambratiotã. alrũ uero corinthiorũ tyrannum. Itaq; ex cognomine ortum errorem ut tyrannus sapiens putaretur.

¶ Eius sententiæ sunt.

Nummorum causa studiosus nil facit unq̃
Cum sit turpe lucrum. nilq; decoris habet
Qui tuto regnare uoles. annitere. ne tam.
Armatus miles: quam tueatur amor
Forte rogabatur quur pergeret esse tyrannus
Quando tyrannis erat sic odiosa sibi
Respondit. quia non possum non esse tyrannus
Quod cui me credam. nullus amicus erit

Dulce quies homini.temeraria uita periclis
Obuia.sed domini pessima conditio est
Esse īmortales idem dicebat honores
Nare uoluptates.atq; perire breui
Nec te dissimilem dulci præbebis amico
Siue sit is foelix.siue sit ille miser
Redde fide summa:quicquid promiseris ulli
Nec secretum animi prodere uerba sinas
Non modo qui peccat:uerum peccare uolentem
Puniat is.iudex qui bonus esse uolet

¶De Anacharsis scytha.

ANacharsis scyta Gnuri filius ex matre græca quibusdā inter septem sapientes numeratus est. Is cum Athenas uenisset:factusq; esset. Soloni familiarissimus in Scythiam rediit:ubi cū patrias leges græcis mutare uellet:a fratre Caduido qui apud Scythas regnabat per speciem uenationis sagitta confixus interiit.

¶Eius sententiæ sunt.

Tres uuas uitis fert:quarum prima uoluptas
Ebrietas post hanc.tertia mœstitia est.
Est mirum fertur dixisse:quod inter achiuos
Artifices certant:iudicat artis inops.
Et quod lex qui se maledictis forte lacessunt.
Punit:& athletas censet honore deum.
Quo pacto quisquā posset non ebrius esse.
Forte rogabatur:consiliumq; dedit.
Quinimo uino titubantia uerba notabit
Et turpes motus:hic erit abstemius.
An ne forent plures extincti quam perituri
Ex hominum numero forte rogatus erat.
Cum sic ille refert scitanti:dic mihi quæso
Inter quos nautas annumerare uelis.
Cumq; insultaret iuuenis non sobrius illi.
Sedato uultu talia uerba refert.
Si tenetū iuuenis non fers.dic pocula lymphæ
Confectus senio qua ratione feres.
Scitanti quæ nam est nauis securior inquit.
Venerit in portus quæ sine labe suos
Ecque res hoi foret obtima quæ mala rursus
Quæ nocet aut prodest garrula lingua refert
Ex multis unum tibi delige cautus amicum
Ne tuus in plures languidus erret amor
Iuditiale forum res est fallentibus apta
Hinc & auaritiæ maxima causa subest
Cuidam exprobrandi scynthisis qd̄ natus in oris
Esset:respondit talia uerba senex
Nunq̄ est aut dabitur probro sua patria cuiq̄
Attice tu probro semper eris patriæ
Fac tribus abstineas his lingua uentre pudendis
Ipsius inscribunt semper imaginibus
Dicenti nauem tenui constare tabella.
Id spacium nautis est mora mortis ait

¶De Misone cheneo.

MIson Strimonis filius.patria cheneus & ipse a nōnullis inter septem numeratus. Nam & Plato in protagora illū properiandro constituit.& apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus fuit autē ꝙ & ipsum innuit nomen mortalium osor. Vixitq; annos septē & septuaginta.

¶Eius sententiæ sunt.

Ille per æstatis mediæ graue tempus aratro
Aptabat stiuam cui anacharsis ait
Ante diem properas o mison munus aratri
Ille refert properat munera nemo satis

¶De Epimenide cretensi

EPimenides phesti filius patria cretensis ex uico gnosio pro cleobulo inter septē a quibusdam numeratur sunt qui dicant hunc in antro obdormiuisse annos septē & quinquaginta atq; experectū cum rerum oium faciē miratus esset a iuniore fratre iam uetulo agnitus est. Sūt qui dicant illum non obdormisse sed ad tempus secessisse. Vixit annos centum quinquaginta septem.

¶Scripsitq; in carmine opera complura:sed quod legerim nullum extat dictum : nisi quod Paulus apostolus in epistola ad Titum huius implorat testimonium illum appellans prophetam.

¶Cretes ai pseustæ cacathiria gasteres argi. Quod carmen heroicum diuus hieronymus sic interprætatur. Cretensis semper mēdaces : malæ bestiæ uentres pigri. Nos uero addita metri necessitate in hunc modum uertimus. Cres semp mendax mala bestia. uenter obesus.

¶De Pherecyde syro.

PHerecydes.Badis filius:syrus natione a nō nullus inter sapientes numeratus est. Primusq; omnium de natura rerū drq; diis scripsit:atq; ut Cicero thusculanaꝝ quæstionum libro primo scribit primus dixit animos hominum esse immortales. Extat adhuc thalr tis epistola:in qua ostendit se uelle ad illum nauigare ut disserentem de rebus diuinis audiat. Periit consumptus phithiriasi hoc est morbo pediculari. cuius tumulo huiusmodi epigrāma scriptum est.

¶In me finitur sapientia tota.quid autem.
Si plus pythagoræ nostro dicas: quia primus.
Græcorum in populis non mentior ista locutus.

FINIS.

EPIGRAMMA



Ntonii nebrissensis salutatio ad patriam suam multis annis non uisam. Et memorata infantia sua facta quoq; excusatione tam longe more: pollicetur se post emeritos suæ professionis annos in patriam rediturum.

Salue parua domus pariter salute pœnates.
Atq; lateres ortus conscia uerba mei.
Hic primum rosei uitales luminis auras:
Carpsimus: hic nutrix ubera prima dedit.
Hic mihi nascenti primum risere parentes:
Vagitusq; meos audijt iste locus.
Hic fuerant cunæ quæ me mulsere iacentē.
Hic cecinit mater carmina: dum uigilo.
Ex collo patris onus hic prædulce pependi.
Et matris gremio sarcina grata fui.
Repsim⁹ hic pueri: breuis hæc tulit area prímū
Quadrupedē: teneras sustinuit que manus.
Hic primū steterā bipes: & crepitācla q̄ssans
Blanditias matri blesaq; uerba tuli.
Hic locus infantem paribus colludere uidit:
Perdere & ancipiti uincere sorte nuces:
Hic ferta ludens æquaui in arundinē longa:
Atq; trochisbus erat maxima cura mihi.
Accipe me reducē per tanta pericula uectū.
Postq; annos multos accipe me reducem.
Accipe me reducem: nec dignetis alumnū.
Qui tibi magnus honos gloria magna fuit.
Nec mihi succēsæ pietas patriæq; patriiq;.
Quod genitale solum uisere lentus eram.
Quodq; tuo carui tam longo tēpore uultu.
Qui mihi debuerat numinis esse loco.
Nam si complexu me detenuisset inertem.
Dulcis amor patriæ, dic quid uterq; foret:
Illa quidē multos latuisset forte per annos.
Obscurumq; esset nomen in orbe meum.
Litterulis uero nostris nunc uiuit uterq;.
Et famam nobis sæcula multa dabunt.
Idq; peragrato tantum sumus orbe secuti.
Dum ꝓfugi sequitur quod didicisse iuuat:
Sed si frigida mors mihi nō irruperit annos.
Climaticam legem si superare datur.
Si datur emerito musis tranquilla senectus.
Nec properat lachesis frangere sæua colos.
Quæ genuit tellus. q̄ me tulit ubere largo.
Componet cineres excipietq; meos.
Hic uitæ portus requies hic serta bonorum:
Hic mihi defuncto dulce leuamen erit.
Hic ubi casta iacet mater pariterq; sorores.
Quas immaturo funere mors rapuit.
Nā quid ego de te frater charissime dicam:
Qui bene pro christi religione iaces.
Qui bñ pro patria cecidisti informe cadauer
Vulturibus sæuis dans animumq; deo:
Hic ubi cum proauis & auis pr̄ ipse iacebit.
Hic ubi permixto puluere tota domus.
Vt quoniam uobis carui dū uita manebat.
Orbatus saltem lumine morte fruar.

Cuiusdam scolaris carmen in laudem Antonii nebrissen.

Vt patriā quōdā senonū subduxit ab armis:
Cum tibi p̄stiterit Roma camillus opem.
Vt toga facundi seruauit consulis urbem.
Struxerat ardentes cum catilina faces.
Restituit linguam sic nostro Antonius æuo
Et pepulit galli balbucientis opus.
Furius imperium: latiū hic idioma recepit:
Et tamen a gallo clarus uterq; uiro.
℃ Tapinosis diciť cũ rei magne fit ħũilis expositio: nã tapinos græce apđ nos dr̃ humilis. ut Vergi. Multam malus simulans. pro scelestus. Item uterumq; armato milite complent

id est multe legiões armatoꝝ militū ipleuerūt multas cauernas.& apud flaccū Pelide stomachū.pro uile & iracūdia.tapinosis aūt ꝓprie humiliatio dicit.tapinos humilis.tapino phrosine humilitas.tapinoo humilo.

℄ Cacephaton græce cacophaton dici pt mala locutio uel cōsonātia. nā cacon est malū & phaton dictū ut arectis auribus asto. O fortunatā natā me cōsule Romā.fit aūt si cū particulā.n.littera sequat. Vergi.Ernumeꝝ cū nauibus equet.item qn̄ seques dictio.duas habet syllabas pcedētibus duabus cōsimilibus.ut in pdicto Ciceronis carmine deprehendit & in somnio Scipionis luce lucebat aliena.Ei contraria est Euphonia.

XV.

Dictio turpe sonans tibi nēpe Cacephaton esto.
Detur in exemplum:uel tu cum compatre ludis.

Metaplasmus dici pōt a nrīs transfiguratio meta.enim.trās & psalmatos figmētū dicit.tn̄ teste Diome. metaplasmus est trāsformatio q̄dā recti sollitiq; sermōis i alterā speciē metri aut decoris cā figurata.Huius spēs ut aiūt he sunt.Prosthesis.Epēthesis. Proparalepsis uel Paragoge.Apheresis.Syncope.Apocope.Ectasis.Systole.Dyeresis.Synaliphe seu Synerelis.Episynaliphe.Ecthlipsis.Antithesis.Metathesis.

XVI.

Cōpositura mala est nocum Cacosyntheton ulla.
Nam syn con:positū thethon apte significabit.
Exemplum teneas illud:uersaq; iuuencum.
Terga fatigamus hasta:nono ut maro dixit.

XVII.

℄ Prothesis dici pōt appositio ul additio.Cōponit.n.ex Pros qd ē ad.& Thesis positio: ut gnate ꝓ nate.rettulit.ꝓ tulit.astat ꝓ stat.Prosthetos aūt appositus dr̄.Apheresis dici pt ablatio ul ascissio.nā ab aphero uerbo q ē abscido descendit.ut temnitis pro contemnitis.

XVIII.

Prosthesis apponit caput:id sed apheresis aufert.
Arduus alcydes mediis in mœnibus astat.
Leges cælicolum:& mortalia temnitis arma.

℄ Syncopa pt latinæ dici cōscisio.cōpōit.n.ex syn q est cō.& copto incido.ut glutisse ꝓ glutiuisse.Epenthesis dici pōt interpositio.nā cōponit ex epi & en q̄ dicunt inter & thesis.positio ut induperatorē pro imperatorē. hāc alii parēthesim uocāt ut ait Dona. qdā uero pleonasmū appellāt ut Diome. edocuit Epectasis dici pōt porrectio.nā epi dicit sup & ecteno uel ectino media lōga ꝓduco extēdo ut iduperator ꝓ iperator.

XIX.

Syncopa de medio tollit:quod e penthesis auget.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus.
Induperatorem:sed epectasis hæc quoq; fertur.

℄ Apocope.i.abscisio uel amputatio. nam cōponitur ex apo præpositione quæ in compositione dicit ab uel re & copto scindo ut peculi pro peculii apocopto autem amputo significat.Paragoge potest dici deductio ut dominaries pro dominari.Proparalepsis compōitur ex pro quod est ante & para iuxta & lepsis acceptio. quasi iuxta ante acceptio. ut amarier pro amari.

XX.

Aufert Apocope finem:quem dat paragoge.
Proparalepsis item.
Nec spes libertatis erat:nec cura peculi.
Partibus ex iisdem:& summa dominarier arce.

℄ Systole dici potest correptio:ut in steterūt e breuiatur quæ naturaliter longa est. & seruio teste in septimo.Systole.sine exemplis fieri non debet Systello autem corripio uel contraho dicit.Diastole potest dici latinæ dilatatio.& fit quum breuis syllaba producitur. ut in sanguis is.breuis producitur. Diastello autem distinguo dicit. Diastole distinctio fertur.Ectasis interpretatur productio.nam ab Ecteno quod est ꝓduco deriuatur.& fit quādo breuis syllaba producitur.ut exercet diana choros.nam di breue productum est.

XXI.

Systole productam breuiare:Diastole fertur.
Ducere coreptam:sic ectasis efficit ipsa.
Obstupui steterūtq; comæ:& uox faucibus hæsit:
Dum sanguis inerat:Lucani continet alter.

XXII.

Ecthlipsis necat.m.uocalem aufert Synalœpha.
Hæc etiam fertur mihi nempe Synæresis esse.
Multum ille & terris fuerat iactatus & alto.

℄ Ecthlipsis dici potest expræssio siue elisio. Ecthlibo enim exprimo elido excludo significat.fit autem quando sequente uocali consonans præcedentis dictionis exprimitur cum sua uocali.ut multum ille.ubi.u.cum.m.exprimitur.eadem figura uocatur Ellipsis uel Ellepsis & transfertur a Quintiliano detractio.nam componitur ex ec & lipo uel lepo quod est desero deficio linquo. Synalepha uel Synalipha interpretatur coniunctio.Synalipho enim coniungo:uel dicitur compressio.nam componitur ex Syn quod est con:& alloephe pressio.Fabius tamen in pri.dicit quod interpretatur complexio.& est cum uocalis aliqua in fine dictionis per subsequentem uocalem abiicitur in metro.ut multum ille & terris.hic enim unum .e.præcedens excluditur.

XXIII.

Pyllaba de binis facta extat episynalipha:
Ecce autem telis panthus elapsis achiuum.
Hæc eadem fertur mihi nempe Synæresis esse:

¶Episynalipha est conglutinatio duarũ syllabarũ in unã syllabã facta. ut pãthus pro panthous. Episynapto aũt coapto uel cõiungo dicit. ¶Synæresis teste Fabio in primo interptat cõplexio. ut aliis placet cõtractio: q̃lis est apud P. Varronẽ. Tum te flagrati deiectũ fulmine phaeton. nam si esset prosa oratio. easdẽ lr̃as enunciare ueris syllabis licebat. Cõponit autẽ a Syn qđ cõiunctionẽ indicat & Aeresis diuisio. quasi diuisoꝝ cõiunctio. ut alcinous pro alcinous. bini pro biuni & similia. Sinereo autem & Synero contraho uel congrego notat.

XXIIII.

Dicitur in binas separare. Diæresis unam:
Aulai in medio libabant pocula bacchi.

¶Dieræsis interpretatur diuisio. nam diæro diuido signat est autem figura unius syllabæ in duas. ut aulai pro aule.

XXV.

Dicitur antithesis si littera ponitur una:
Ponere quum debes aliam: sic dicimus Olli.
Hæc Antistœchon poterit quoq; dicier apte:

¶Antithesis ẽ lr̃æ pro lr̃a positio: ut olli subridens pro illi. cõponit aũt ab anti qđ est pro & Thesis positio: quasi pro altero positio. dr̃ itẽ oppositio Antithetos uero cõtrarius. Antistœchon dici põt pro lr̃a nã Anti dicit pro. & stœchion lr̃a ut Verg. Mirat molẽ æneas magalia quõdã. ubi magalia pro magaria dixit. ponens. l. pro. r. Nã magar non magal pœnorum lingua uillam designat: auctore Seruio primo æneid. Item sella pro sedda Antistœcheo autem oppono dicit.

XXVI.

Est transpositio mihi nempe Metathesis ipsa:
Littera nam fiet transposita quando manebit.
Tymbreq; sic dicis: cum Tymber dicere debes.

¶Metathesis dr̃ trãspositio. Nã Meta trans & thesis positio. Est ãt lr̃arũ ordo mutatus. Verg. x. At tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis. Nam dicitur teste Seruio Tymbre pro tymber etsi etiam tymbrus ut Euandrus dicatur. Metero autem transfero. Metatheo transcurro.

XXVII

Esto prothesеon mihi siue Parallage: quando est
Præpositura quidem non propria: littera siue.
Cui tantum de te licuit. pro in te Maro dixit.
Asuenio sic pro aduenio. scribit Diomedes.

¶Protesmia autem dicitur præpositio, propositio. propositum. Parallage mutatio dicitur. Parallax uicissim. Parallattos mutabilis. Parallatto differo.

XXVIII.

Schema accipit auctore Fabio lib. ix. id quod fit a simplici atq; in promptu posito dicendi modo. poetice uel oratorie mutatũ. Duas autẽ eius esse partes idem ait. Dianoeas. i. mẽtis uel sensus uel sniaꝝ. & Lexeos. i. uerboꝝ uel dictionis uel sermõis uel oratiõis. Donatus ait q̃ schemata dianoeas ad oratores pertinent ad grãmaticos uero lexeos. Huius species sunt multæ. sed necessariæ tradunt ut scribit Diomedes per quas similes colligent. Prolepsis. Zeugma. Hypozeusis. Syllepsis. Asyntheton seu Dialyton. Anadiplosis. Anaphora. Epanalepsis. Epizeusis. Paranomasia. Schesisonomaton. Paromœon. Homœoteleuton. Homœoptoton. Polyptoton. Hyrmos. Polisyndeton. Climax. Schema potest dici latinæ figura siue cultus. Cicero de claris oratoribus appellat schemata sententiarũ orationisq; formas. Dianoea dianoeas dicitur sententia intelligentia cogitatio. Dianoeo animaduerto delibero cogito. Lexis autem lexeos dicitur dictio: & lexicon uocabularium.

XXIX.

Nempe prolepsis erit præsumptio tunc etenim fit.
Quum quod posterius ueniet describitur ante.
Vergilius sexto portusq; require Velinos.
Vel totum capitur: post partes accipiuntur.
Discipuli discunt: hic pindaron ille catullum:

¶Prolepsis compõitur ex pro quod est ante & lepsis acceptio. quasi præ acceptio seu præsumptio. Cicero primo de natura deorum anticipationem interprætatur. ubi etiã dicit Epicurum primum appellasse prolepsin. quã antea nemo eo uerbo nominarat. Prolãbano anticipo nobis significat. Lãbano enim capio uel accipio. Fit autẽ Diomede teste quum id qđ posterius accedit ante tempus ascribitur. ut portusq; require uelinos. Velia enim nõdum erat quum ad italiam uenit Aeneas ut ait Seruius sed Helia dicebatur. Prolepsin. Fabius. ix. præsumptionẽ appellat quum id quod obiici potest occupamus & præcipue prohemio conuenit. Priscianus præterea libro decimoseptimo inquit. Et sciendum q̃ in constructione diuiduorum si per præsumptionem. i. Prolepsim præponitur plurale uerbum ad utrunq; sequens licet nominatiuum ante ferre ut aquile deuolarunt hæc ab oriente illa ab occidente. Sin ad ea quæ diuiduntur singulariter uerba consequãtur genitiuũ oportebit præponi pluralem diuidendo. ut aquilarum altera deuolauit ab oriente altera ab occidente.

xxx.

Q uum plures sensus uerbo concludimus uno.
Fit zeugma a nobis adiunctio dicitur esse.
Troiugena interpres diuum qui numina phœbi.
Q ui tripodas:clari lauros:qui sydera sentis.
Et uolucrum pennas.& præpetis omnia penne.

¶Zeugma dici potest latinæ secundum Priscianum lib.xvii.adiunctio.nã figura est quæ tunc fit cũ plures sensus uno uerbo claudunt. Eandẽ Fabius.ix.appellat Enezeugmenon in qua ut ait unũ ad uerbum plures sentẽtiæ referuntur:quarũ unaquæq; desiderarẽt illud si sole ponerent. Id tribus accidit modis. Aut præposito uerbo ad qđ reliqua respiciãt.uicit pudorem libido:timorem audãtia rationem amentia.Et tunc dicitur Protozeugma.Aut uerbo postposito neq; enim is es Catilina ut te aut pudor a turpitudine:aut metus a picůlo:aut ratio a furore reuocarit.Et tunc Hysterozeugma uel Hypozeugma dicitur. Aut in medio sensuum posito uerbo.& tunc Mesozeugma nominatur:ut Troiugena: interpres diuum &c. zeugma dicitur iugatio uel coniunctio.& zeugnyo iunge zeusis iugatio.zeuteria iunctura.

xxxi.

Fertur Hypozeusis.uerbo res singula iuncta.
Incedit Paulus:Marcus sedet:ille quiescit.

¶Hypozeusis dici potest subcõiunctio. nam cõponitur ex hypo qđ est sub.& zeusis cõiunctio seu iugatio.& est figura superiori contraria:ubi diuersa uerba singulis rebus iungunt ut quidue petat:quidue ipse ferat.Mezentius arma quæ sibi concilict.uiolẽtaq; pectora turni.Edocet humanis quæ sit fiducia rebus Admonet.immiscetq; præces.

xxxii.

Primi uox numeri plurali reddita uerbo.
Aut primi numeri uerbo pluralis inhærens.
Dissimili in sensu.Syllepsis dicitur esse.
Vergilius dixit.Sunt nobis mitia poma.
Castaneæ molles:& pressi copia lactis.
Hic illius arma:hic currus fuit.

¶Syllepsis dici potest latinæ conceptio. teste Priscia.in.xvii.Cõponit aũt ex Syn qđ est cõ. & lepsis acceptio.dicit itẽ cõpræhẽsio. Syllepsis aũt compilatio Syllego colligo. Syllepsis ait Diomedes est dissimiliũ clausularum per unũ uerbũ cõglutinata cõceptio.fit aũt quando singularis dictio.plurali uerbo redditur. aut pluralis dictio singulari uerbo adiungit. ut sunt nobis mitia poma . castanee molles & pressi copia lactis.Itẽ hic illius arma hic currus fuit.hoc autem Schema late patet ut Donatus ait.unde aliqui dicũt Syllepsim fieri etiã quũ pro multis ponitur unus.ut hostis habet muros pro hostes.Item & pro uno multi.ut.ix æne.Vos o Calliope præcor aspirate canenti.est enim Syllepsis . per numeros.ut ait Seruius.Erat namq; rectum uos o musæ & tu Calliope.

xxxiii.

Q uum sine iunctura uoces uariæ socientur.
Dyaliton certe uel a syndeton efficiemus.
Exemplum capies:rex miles plæbs negat illud.

xxxiiii.

Diuersas uoces coniunctio plurima si fert.
Nempe figura datur Polysyndeton eẽ pelasgum.
Detur in exemplum.materq; paterq; neposq;.

¶Dyalyton dici põt dissolutũ . nã descendit a uerbo. Dialyo qđ est dissoluo Dialytos uero dissolutus. Dialysis dissolutio. Dialyton uel Asyndeton est oratio sine cõiunctionibus ut alii naualibus ite:ferte citi ferrum:date tela:impellite remos. Item ueni:uidi:uici.Item iusticia:prudentia:fortitudine me superasti. Hæc etiam Brachylogia nominatur . ut Diomedes ait.& Fabius lib.ix. Asyndetos disiunctus dicitur. Asynthetos incompositus.

¶Polysyndeton dici potest multipliciter cõiunctũ poly.n.multũ dicit:& polys multus. Syndesmos uero nodus cõiunctio.Synthethõ aũt cõpositũ dicit.Est aũt oratio multis nexa cõiũctiõibꝰ.ut Athamasq; Thoasq; Pelidesq; Neoptolemus primusq; Machaon.

xxxv.

Vox duplicatur enim quotiens Anadiplosis extat.
Principium & uersus fit idem cum fine prioris.
Vrbs hetrusca solo sequitur pulcherrimus astur.
Astur equo fidens:& uersicoloribus armis.

¶Anadiplosis dici põt anfis reduplicatio : nã cõponitur ex ana.i.re . & diplosis duplicatio. Diplazo.n.uel diploo nobis duplico dicitur. Diplasios duplus.Diploos duplex.

xxxvi.

Incipit & finit uerbo Epanalepsis eodem.
Pauper amet cautẽ:timeat maledicere pauper.

¶Epanalepsis dici põt replicatio uel repetitio:ut pauper &c.Epanalambano aũt repeto. Et aliter Epanalepsis ut ait Diome.fit quũ eadẽ dictio & principiũ uersus & clausulã tenet:ut tenemagnitie uitrea te fucius unda. Te liqdi fluere lacus.Itẽ pr inq̃ me lumie urbauit pr. Añ ẽt sceptrũ dictel regis & añ.& afr Epanalepsis ẽ cũ maiore significato facta repetitio.ut i Ofo:heuheu fugaces posthũc posthũc labũt ãni.

xxxvii.

Est & Epizeuxis.similis geminatio uerbi.

¶Epizeuxis dici põt cõbinatio ,Id.n. zeuxis i portat.Hæc eadẽ Epimone dr.qđ nomẽ pseuerãtia isistentia uel assiduitas interpꝛeat.Ep-

Significantis idem: meme petit hectore dignam.

aeuxis ait Diomedes est eiusdem dictionis in eodem uersu sine aliqua dilatione geminatio cum impetu pronunciationis. ut meme assum qui feci in me conuertite ferrum.

xxxviii.

Dictio si similis fuerit repetita duorum.
Versum principiis: tunc Anaphoram faciemus.
Nate meae uires: mea magna potentia solus.
Nate patris summi qui tela typhoca temnis.

xxxix.

Non te praetorem praedonem dicimus esse?
Dic paronomasiam: fugit ilie fugam similem dic.

Anaphora dicit repetitio uel relatio. Ana enim re & phora latio. Anaphoricos uero relatiuus Anaphero refero. Anaphora e ut Diomedes ait relatio uerbi eiusdem aut similis per principia uersuum plurimorum: ut nate meae uires &c. Item Spes tu nunc una senecte. tu requies misere, decus imperiumq; latini. Te penes. in te omnis domus iclinata recubit.

Paranomasia ut ait Diomedes dicitur denominatio. Nam tuc fit quum dictio iteratur mutata tamen aut littera aut syllaba in significatione diuersa. ut abire an obire te conuenit. Et non praetorem te sed praedonem dicimus. Fit quoq; quum praecedenti nomini aut nomen aut uerbum annectitur ex eodem figuratum, ut fugam fugit. factum facit. pugna pugnata est. Paronomasia est inquit. Fabius. ix. quando eodé uerbo quasi falsum augetur quae lex priuatis nominibus esse lex non uidebatur. Cui confinis est quae Antanaclasis eiusdem uerbi contraria significatio quum proculeius quaereret de filio q; is mortem suam expectareter & ille dixisset se uero non expecta immo inquit rogo expectes.

xl.

Nominibus cunctis si iungis Epitheton unq.
Tunc Schesisonomaton dixerunt esse figuram.
Marsa manus: peligna cohors: festina uirum uis.

Schesisonomaton Diomedes ait est quum singulis nominibus Epitheta coniuncta sunt. ut marsa manus. peligna cohors &c. Et aliter Schesisonomaton ait esse: quando in cõnexu sententiarum plures Antonomasie ponuntur ut armipotens tritonia uirgo. Schesis dici potest habitudo uel habitus. Onomaton uero nominum.

xli.

At Paromoeon erit: similis si littera multis.
Vocibus inicium praebet: sic ennius inquit.
O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.
Machina multa minax minatur maxima muris.

xlii.

Vno uerba modo finita aut nomina multa.
Homoteleuton faciunt: petit eripit ambit.
Vergilius sexto dixit: bella horrida bella.

xliii.

Si similes casus uel fines clausula sumit.
Vt iustis ducibus sapientibus atq; benignis.
Moerentes flentes lachrymantes ac miserantes.
Fertur Homoptoton tunc esse figura pelasgum.

xliiii.

Datq; Polyptoton uarios casus retinendo
Clausula: littoribus contraria littora fluctus.
Fluctibus esse precor: populis populos inimicos.

xlv.

Longa quidem series constructus hyrmos habet
Est in secessu longo locus &c.

Paromoeon dici potest simile. Paromoeos uero similis.

Homoteleuton uel Homoeoteleuton dicitur a Cicerone in dignitatibus similiter desinens. nam componitur ex homos quod est similiter: & teleuton finitum. Telos uero finis. Teleo finio perficio. Teleute finis. Est autem oratio similibus uerbis aut uocibus terminata. ut apud. Enniũ Eos reduci q̃ relinqui temni quá deseri malui. Vergilius. bella horrida bella huic autem contraria est Homoptoton. quia solum modo est nominum.

Homoptoton dicitur similiũ casuum. uel similiter cadens. homos enim similiter. & ptosis casus est. Dicitur etiam homoeoptoton. homoeos namq; similis est. Homoptoton est oratio uno similiq; casu compacta. ut apud Salusti. teste Diomede. Maximis ducibus fortibus strennuisq; ministris. & aliter fit quum oratio excurrit in eosdem & similes casus ut Ennius. Moerentes flentes lachrymantes ac miserátes.

Polyptoton. id est quod multiplicem habet casum. poly enim multus est. ptosis casus. Polyptoton ait Diomedes est oratio casuum uarietate distincta ut in Terent. te solum habemus: tu es patrouus. tu pater. Ille tibi moriens nos commendauit senex. si deseris tu nos perimus. ita littora littoribus contraria. &c.

Hyrmos dicitur quasi firmos quod est tractus nam series est orationis. uel constructio continue tenorem suum in multos uersus protendens. unde teste Serui. Hyrmos longissimum est Hyperbaton. Vergilius sexto. Principio coelum ac terras camposq; liquentes Lucentemq; globum lunae titaniaq; astra &c. Syrma etiam tractus dicitur. & syro traho.

XLVI.

Esto climax proprie subscrita gradatio lector:
Torua laena lupum sequitur lupus ipse capellam.

¶ Climax dicitur latinae gradatio teste Fab. libro nono & ē figura quum de uerbo in uerbum fit gradatio. repetit enim quae dicta sūt & priusq̄ ad aliud descendat in prioribus resistit ut īdustria parit uirtutē uirtus glīa glīa inimicitias inimicitiae pīcula. Clima climatos regio dr̄ Climax uero cumacos scala uel gradatio.

XLVII.

TRopus est uerbi uel sermōis a ppria significatiōe in aliā cū uirtute mutatio Fab. viii. Tropos item sermo est a principali significatiōe trāslatus ad aliā ornādē ōronis grā. uel tropos dictio est ab eo loco in quo ppria est trāslata in eū in quo ppria nō est. Fab. ix. Tropi dicti ex eo q̄ uertāt ōronē. unde & motus dn̄r auctor est idē Fab. Tropeo aūt uerto significat. Trope uero mutatio seu cōuersio. Tropi sunt ut asserit Diome. Metaphora. Metalepsis. Antonomasia. Onomatopeia. Hyperbatō. Allegoria. Catachresis. Metonymia. Synecdoche. Periphrasis. Hyperbole. Homeosis. Horum autem omnium generalis est metaphora. ceteri omnes huius species uidentur.

XLVIII.

Quum res est alíii similis pro nomine nomen
Ponitur. hinc iuuenis simplex hic dicitur agnus
Id sic translatum tibi rite metaphora fertur:

¶ Metaphora ex meta cōponit̄ qd̄ est trans & phora ratio. unde metaphora dr̄ latinae translatio. qd̄ etiā Fab. scrib. viii. q̄ q̄dē ut ait copiam auget sermōis pmittēdo mutuari quae nō habet. quodq; est difficilimū pstat ne ulli rei nomē deesse uideat̄. transfert̄ ergo nomē aut uerbū ex eo loco in quo ppriū erat in eum in quo aut ppriū deest: aut translatū pprio melius est. Id facimus aut q̄a necesse est aut q̄a significātius est. aut quia decentius. unde necessitate rustici dicūt gēmam in uitibus qd̄ enim dicerent aliud & sitire segetes. Item illa ad ornatum lumē orationis generis claritatē. & cōtionum procellas & eloquētie flumina. sic Maro dixit. classiq; immittit habenas. Item argectisq; auribus asto ferrumq; armare ueneno. nam & uenenum armare & ferrum armari translatio est. ut idem Fabius octauo scribit. Et Metaphora aut necesse locum occupare debet: aut si in alienum uenit plus ualere eo quem expellit. metaphero autem transfero dicit.

XLIX.

Nempe catachresis dicetur abusio nobis
Hinc parricidam matris fratris quoq; dicunt
Cum proprie patris sit parricida uocandus.

¶ Catachresis dici pōt a nobis abusio uel usurpatio. Cata nāq; cōtradicit. & chresis usus quasi fit cōtrā usum. Haec aūt ut Fab. scrib. viii. nō habētibus nomē suū accōmodat. q̄a in proximo est. sic dicunt̄ pyxides cuiuscūq; materie sunt. & parricida matris quoq; aut fratris interfector. unde oportune ait idem in datiuo li. Multa sunt graece & latinae nō denoīata: nā & qui iaculū emittit iaculari dicit̄: qui pilā aut sudē appellatiōe priuati sibi assignata caret. & ut lapidare qd̄ sit māifestū est: ita glebarū testarūq; iactus nō habet nomē. unde abusio quae Catachresis dicit̄ necessaria. Haec ille.

L.

Fertur abusiuus nobis catachresticos illis.
Fertur abusiue tantum sperare dolorem.

¶ Catachresticos dici pt̄ abusiue Ver. x. an se se mucrone ob tm̄ dedecꝰ amēs īduat pferiat abusiue dixit. catachresticos nom̄ abusiuꝰ dr̄ aduerbiū uero abusiue. catachraōe āt abutor.

LI.

Fit metalepsis enim cum dictio forte gradatim.
Ad quod demonstrat pergit tibi testificatur
Post aliquod mea regna uidens mirabor aristas:

¶ Metalepsis figura est quā nos uarie trāslatiuā trāsumptiuā trāspositiuā uocamꝰ. ut Fabi. ait in. iii. cōponit̄ aūt ex meta & lepsis q̄ est acceptio. hinc trāsumptio dicit̄. Metallābano āt trāsumo ac muto: fitq; quū aliqua dictio alid a sua ppria signātiōe ex his q̄ pcesserūt denotat. ut ibi pꝰ aliquot mea rgna uidēs mirabor aristas hoc ē segetes. & sic estates. & ob id ānos.

LII.

Pone tenens lector pro contento: aut uice uersa
Nunc pateras libate ioui. uel uina coronant.
Nempe metonymiam conceditur esse figuram.

¶ Metonymia dr̄ a Diomede trāsmutatio. fit āt mltis modis. p id qd̄ cōtinet̄. id qd̄ cōtinet. Sic crateras magnꝰ statuūt & uina coronāt nō enim uina sed crateras in q̄bus uina. p id qd̄ cōtinet id qd̄ cōtinet̄. Sic coelo gratissimus amnis pro diis q̄ coelo cōtinent̄: p inuētorē qd̄ inuētū ē. aut p dominātē subiectū. sic. Sine cerere & bacho friget uenꝰ. s. uult. n. p cererē panē itelligi. p bachū uinū. p uenerē cōcubitū. p iuentū inuentorē aut p subiectū dominātē. sic. ut unū pcernur. nā hic pns deus est. ab eo qd̄ fit id qd̄ facit. sic frigus pigrū mestū q̄ timorē. i. q̄ mestos facit. metonomazo autē transnomino dicit. metonymia transnominatio fertur a Diomede uero trāsmutatio ut diximus.

LIII.

Antonomasia est pro nomine sumpta loquela
Sic proprium nomen retices ponens generale
Sic quoq; Vergilium nomen dicendo poetae.

¶ Antonomasia dici pōt pro noie. i. uice nominis positio. ut magnanimus Anchisiades. p Aenea. & saturnia. pro Iunone Fabius octauo. Antonomasia ut Diome. ait est uocabulū qd̄ sine noie positū loco eius fungit̄ ut est. Arma uirumq; cano ubi intelligit̄ Aeneas. Itē domitor maris dicitur & intelligitur neptunus: fit aūt modis tribus: ab aīo ut magnanimus anchisiades. i. aeneas a

corpore ut ipse arduus.i.polyphemus:extrinsecus:ut infœlix poer atq; ipar cōgressus achilli.hoc ē troilus.

LIIII.

Appositum proprio mihi fertur epitheton esse.
Alma ceres & pulchra uenus uel tristia bella.

Epithetō recte dicimus appositum uel adiectiuū a nōnullis sequēs dicit̃ ut dulce mustum:eo poete & frequentius & liberius utuntur.Itaq; & dentes albi & homida uina in his non reprahendimus.apud oratorem nisi aliquid efficitur redundat.tunc autem efficitur si sine illo quod dicitur minus est qualia sunt o scelus abhominandum.o deformem libidinem.Fabius.viii. componitur autem ex epi quod hic dicit in:& theton positum.sūmunt̃ autem epitheta modis tribus ab animo.ut iustus imperator.contemptor diuum mezentius.a corpore ut pulcher iulus:extrinsecus uero quæ sumuntur in plures species diuidunt.sunt enim ab loco ab actu ab euentu.ab loco ut Vlyxes ithacus. ab actu ut æneia nutrix caieta.ab euentu:ut insula diues opum tenedos.Epithetum ab antonomasia differt.hæc eni uicem nominis substinet.epithetum uero nunquā est sine proprio noīe ut donatus edocuit.

LV.

Pro numero numerū si pono synecdoche habetur
Exemplum naues armato milite complent.
Si partem sumes pro toto uel uice uersa:
Da requiem puppi ueniet cum frigidus annus.
Nuda genu tectusq; oculos eadem quoq; fiet.

Synecdoche dici pōt cōceptio: uel cōprehēsio.A Cice.uero indignitatibus dr̃ intellectio. Synecdochios aūt aduerbiū cōpræhēsim denotat.est aūt figura quū a parte totū uel a toto pars intelligit̃.ut puppi.i.naui frigidus annus.i.frigida hyems meminisse aūt debemus ait Donatus qn̄ fit a parte totū faciendū eē ab insigniori parte.synecdoche est etiā ibi.Nuda genu:nodoq; sinus collecta fluentes.i.habens nudū genu.& habēs collectos sinus. Fit enim quotiens participio præteriti tēporis a passiuo iungimus casum actm̄.ut deiectus animū:mestq̄ uultū.Seru. i.æne.sed in carmine potiusq̄ in prosa utemur.Synecdoche item est ut Fab.ait.ix.cum subtractum uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur.ut Celius in Antoniū.Stupere gaudio:simul enim auditur cœpit.Cui similia sunt illa meo quidem iudicio in quibus uerba decenter pudoris gratia subtrahuntur.Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis.& quo sed faciles nymphe risere sacello:hanc quidam aposyopisim putāt frustra.nam illa quid taceat incertum est:aut certe longiore sermone explicandum hic unum uerbū & manifestum quidem desideratur:quæ si aposiopisis est nihil non in quo deest aliquid idem appellabitur hæc ille.

LVI.

Finge nouas uoces onomatopœia fiet
De sonitu factas:sus scropha hic dicitur esse.

Onomatopeia ē onomatos.i.nois peia fictio hinc ēt Fabi.in.viii.ait onomatopeia est fictio nois a græcis inter maxias hita uirtutes:nobis uix pmittit̃.ide tn̄ mugitus & sibilus & murmur uenerūt. Fit āt qn̄ uocis cōfuse nomē ad imitādū sonū affingimus:ut ouiū dicius balatū:boū mugitū:æquorū hinitū.terribil̃ buccine sonitū. Taratāta.Enn.At tuba terribili sonitu taratāta dixit.

LVII.

Circuitus romanæ periphrasis esto loquendi
Et iam prima nouo spargebat lumine terras.
Tithonicroceum liquens aurora cubile.
Iam lucescebat.uel lux erat orta notatur.

Periphrasin uocāt circuitū eloqndi ut docet Fab.li.viii.Fitq; quū id qd uno aut paucioribus uerbis dici pōt pluribus explicat̃:ut tps erat quo pria qes mortalibus ægris. Incipit & dono diuū gratissima serpit.itē ouiū teneros depellere fœtus.i.agnos.Periphrasis demum circūlocutio dr̃.Peri.n.circum uel circa dicit phrasis locutio fert̃.& phrazo dico ul̃ dissero

LVIII.

Transcensus ueri manifestus hyperbola fiet.
Astra ferit sonus armorum clangorq; tubarum.

Hyperbole dici pōt eminētia uel ut ait Ci. suplatio.a Fab.li.viii.supiectio interptat̃ a quibusdā uero excelsus dr̃. Cōponit̃.n.ex hiper qd est sup:& bole qd est iactus. un̄ figura dr̃ quū dictio excedēs fidē ponitur augendi minuendiue gratia augendi ut niue candidiores & fulminis ocios alis.Minuendi:ut uolantis te folii sonitus te terreret & uix ossibus herent.

LIX.

Vocum turbatus formabit hyperbaton ordo.
Longius est uerbum quotiēs fit hyperbaton illic.

Hyperbaton uerbi transgressio iterpratat̃ sm Fab viii.li.q̄ freqnter rō cōparatiōis & decor poscit fit.n.frequētissime aspera & dura & dissoluta & hians oro:si ad necessitatē ordinis sui uerba redigāt̃ lōgius ergo uerbū pprie hypbaton est ut animaduerti iudices oēm accusationis orationē in duas diuisam esse partes:nā in duas partes diuisam esse rectū erat sed durū & incomptū. Huius uero Tropi species sunt quinq; ut asserit Diome. Anastrophe.Diacope.uel Tmesis.Dialysis.uel parēthesis.Synchesis.Hysterologia.siue Hysteron protheron.Hyperbeno autem transcendo dicit uel transgredior.Hyperballo extendo supero.Hyperbasia uel hyperbasis transgressio.

Gellio referente lib.iii.Nascentibus enim hoībus bonum & malum conferunt ut Hesiodus edocet. Qua etiam figura nōnunq̄ quos nanos cōspicimus athlantes uocamus æthiopes argenteos. Hæc ab Ironia differt. q̧ Ironia pronunciando mutat affectum & significationem. antiphrasis uero diuersitatem rei notat ut Diomedes ait Antiphaticos præterea contradictorius dicitur.

LXVIII.

Obscurus sermo cunctis Aenigma uocatur
Mater me genuit eadem mox gignitur ex me.

lxix.

Sit Charientismos tibi gratificatio dicta:
Aspera qua dictu promuntur gratius: ut si
Interrogando nunquis me quæsierit: mox
Prospera dicatur fortuna: salus bona siue.
Per quod signatur nullos de me petisse.

lxx.

Si dices lupus est in fabula amice: figura
Scribitur a cunctis tunc rite Paroemia dici.
Interpratatur prouerbion hanc tamen omnes.

lxxi.

Sarcasmos plena est odio derisio ab oste:
En agros: & quam bello troianæ petisti
Hesperiam metire iacens. Maro fert duodeno:

lxxii.

Effertur quicquid sine rusticitate facete
Ipsa figura quidem asteismos dicitur esse.
Qui bauium non odit: amet tua carmina Meui
Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircos.

℄Charientismos dici pōt gratificatio. Nam a chariem qd̄ est gratū uel gratiosum deriuat. ab aliquibus dicitur urbanitas Charientizome autem iocor, urbanus sum alludo significat Charizome uero dono gratificor.

℄Est autē tropus ut Diomedes ait. quo dura dictu gratius pferunt. uel dictio p ea q̄ grata sūt auribus aliud significās: ut quū interrogamus nūqs nos q̄sierit & rn̄deat bona salus uel fortuna: ex īde itelligit neminé nos q̄siuisse.

℄Paroemia dr̄ a nr̄is puerbiū: ut Verg. ī meri. Lupi inoerim uidere priores: nā ēt physici cōfirmār: q̧ uoce deserat is quē prior uiderit lupus. Vn̄ ēt puerbiū natū est apud Teren. in adel. Lupus ē in fabula quotiēs supuenit ille de quo loqmur & nobis sui p̄sentia amputat facultatē loquēdi. Pli. ēt li.viii. sic. Sed ī italia quoq; credit lupoꝝ uisus eē noxius: uocemq; hoi quē priores contēplent adimere ad p̄ns. Paroemiacos aūt prouerbialis dicitur.

℄Sarcasmos ē plena odio atq; hostilis irrisio, ut pyrrhus ad priamū. Referes ergo hæc: & nūcius ibis pelide gēitori: illi mea tristia fcā.

℄Asteismos: idest urbanitas: est tropus multiplex numerosq; uirtutis. Nam asteismos putatur quicquid rustica simplicitate caret. & faceta satis urbanitate exponitur ut apud Verg. in bucco. Qui bauium non odit amet tua carmina Meui. idest pro pœna ei contingat ut diligat Meuiū peiorem poetam. Nam meuius & bauius pessimi fuerunt poetæ inimici tam Horatio q̄ Vergilio. unde Horatius. Mala soluta nauis exit alite: ferens olentem Meuium. Atq; idem iungat uulpes & uulgeat hircos: idest facit quæ contra naturam sunt. Asteizo autem iocor dicit. Asteios urbanus. Asteizome urbanus sum.

lxxiii.

Fertur Homœosis quotiens fit similitudo
Sunt spēs iconue Parabola cum paradigma.

lxxiiii.

Ad formam formæ collatio dicitur Icon.
Omnia mercurio similis uocemq; coloremq;.

lxxv.

Ponitur exemplum uel comparatio quando
Illa figura uenit quæ nempe Parabola fertur.

℄Homœosis dicitur a nr̄is similitudo. Nam tropus est quū ex similitudine alicuius cogniti in similitudinem deuenimus incogniti.

℄Icon est quum forme ad formam cū quadam similitudine fit collatio uel comparatio aut laudis aut uituperationis causa: ut ibat in prælium corpore tauri ualidissimi: impetu leonis accerrimi. Similiter iste quottidie per forum tanquā iubatus draco serpit dentibus aduncis. Item os humerosq; deo similis.

℄Parabola comparatio dicitur. nam ualet dicit iuxta sententiam. Fit enim ex para quod indicat iuxta: & bulē consiliū uel sententia: quasi rerum dissimilum comparatio. Verg. in secundo. Qualis mugitus fugit cum saucius aram. Taurus & incertam excussit ceruice securim. Item qualis in eurote ripis &c. Fabius lib.v. Parabolam appellat exemplum Diomedes similitudinem: alii comparationē.

lxxvi.

Dicti uel facti exemplum fertur paradigma
Anthenor potuit mediis &c.

℄Paradigma dicitur a Fabio in quinto exēplum: est enim exempli hortantis uel dehortantis enarratio. Hortantis. ut antenor potuit. & cætera. Item pallas ne exurere classem argiuum &c. Dehortantis. ut At nō sic phrygius penetrat lacedæmona pastor. ledeamq; helenam troianas uexit ad urbes. Paradicnuo autem exemplifico dicit.

LXXVII.

Sæpe relata quidem sententia Epimone habetur
Inter calares uersus illud manifestant.
Incipe menalios mecum mea tibia uersus.

Epimone dici potest perseuerãtia.ut superius in Epizeusi dictũ ẽ numero. xxxvii.

LXXVIII.

Si ponatur agens patiens res:uel uice uersa
Siue modo simili tibi fit conuersio facta
Trade rati uentos dicatur.Hypallage habetur.

℄Hypallage dicit̃ submutatio.nã componit̃ ex hypo qđ est sub.& allage mutatio dr̃ autẽ figura quũ uerba per aduersum ĩtelliguntur ut trade rati uentos pro ratem uentis. Ab aliquibus uero Hypallage dicitur subalternatio & Hypallato subalterno.

LXXIX.

Vrbẽm quã statuo est uestra.Antiptosis habetur.

℄Antiptosis dici põt latine p̃ casu.figura est qñ casus p altero casu ponit̃.ut urbẽ p urbs. Fit.n.ex anti qđ est pro & ptosis casus.pro aũt producitur quia per.o.magnum scribitur.

LXXX.

Quando adiectiuũ in substantiuũ resolutũ est
Endiadys fiet. Calybem frenosq; momordit.
Vteris Endiady pateris libamus & auro.

℄Endiadys figura est quũ resoluitur substãtiuũ in adiectiuũ:ut calybẽ frenosq; momordit.pro calybeos frenos.Et pateris libamus & auro.i.pateris aureis p endiadym ut Seruius docet li.ii.geor.Endiadys aũt componitur ab hen quod est unũ.dia per & dyo duo.i.quando unum per duo dicit̃.sed cum hen hẽat.h. potius hendiadys cum.h.scribi deberet.

LXXXI.

Si dicas minus:& plus signes:liptote habetur
Munera nec sperno ducis amice tua.

℄Liptote dici põt defectiua.Nam a lypo qđ est deficio uel linquo deriuatur. Fit autẽ quũ minus dicitur & plus intelligitur.ut munera nec sperno.i. libenter accipio.

LXXXII.

Temporis esse solet descriptio Chronographia.
Vertitur interea cælum:& ruit oceano nox.

℄Chronographia dici põt tẽpori descriptio chronos enim tẽpus est:& graphia scriptura. Chronicos uero tẽporalis dicitur. Chronizo autem tardo moror perseuero.

LXXXIII.

Topographia loci sed mundi Cosmographia
Lucus in urbe fuit media lætissimus umbra.

℄Topographia loci descriptio.Nã Topos locus & graphia scriptura dr̃.Hæc eadẽ. Topothesiã dici potest. Topos enim locus. & Thesis positio dr̃.Est autẽ Topographia ueri loci descriptio. Topothesia.ficti auctor.Lactan.ii.the.& Ser.i.æne.

℄Cosmographia dr̃ mundi descriptio. Cõponitur aũt ex Cosmos qđ est mundus.& graphia scriptura picturaue.Cosmeo aũt orno significat.Cosmicos mũdanus dr̃.Cosmios ornatus honestus. Cosmos ornamentum quem & latini mundũ uocãt.& mundus orbis ẽt dr̃.

LXXXIIII.

Respondens ad quæ sunt forsitan obiicienda
Das Antypophoram.cum nil tamen obiiciatur
Sum pius heu doleo nam mihi sæpe nocet.

℄Antipophora fit quum tacite obiectioni respondetur:posset me quisq̃ interrogare: quum dico sunt pius:heu doleo:cur doles: idcirco respondi:nam mihi sepe nocet. Anti contra dicit hypophero subduco uel suffero:quasi cõtraria subductio.

LXXXV.

Antitheton græcæ: contra positumq; latinæ.
Frigida pugnabant calidis:humentia siccis:
Mollia cum duris:sine pondere habentia pondus.

℄Antitheton dici potest a nostris contrariũ uel compositũ:nam figura est quũ contraria cõtrariis opponuntur:ut patuit per exempla. Anthiteton contrapositũ uel cõtentio dicitur ut Fabius.ix.docet. Sed non uno fit modo nã & fit si singula singulis opponũtur ut uicit pudorem libido.timorem audacia.& bina binis non nostri ingenii est.uestri auxilii est.& sententia e sententiis.dominetur in concionibus iaceat in iudiciis.Cui cõmodissime subiungitur ea species quæ distinctio dicitur.Odit populus romanus priuatam luxuriam.publicam magnificentiam diligit.

LXxxvi.

Diligo me:tu te:solet idiophasis esse.
Allophilis tu me.me uel te diligit ille.

℄Idiophasis ucit ab idios græcæ.latie ꝓpris & phasis.i.fama uel dictio. Allophilos dicit põt alienigena:nã cõponit̃ ex Allo qđ ẽ aliud & philon qđ est genus:gens natio.

Lxxxvii.

Brachilogia refert quã plurima sub breuitate
Ferte citi ferrum:date tela: impellite remos.

℄Brachilogia dr̃ a nr̃is breuiloquiũ:nã a brachy qđ ẽ breue cõponit̃ & logia locutio. Brachylogus aũt breuiloquus. Fit autẽ Fabio teste lib.viii.quũ plura paucis complectimur. ut Ci.contra concionẽ Metelli teste eodẽ lib. ix.qui indicabantur eos uocari:custodiri: ad senatum adduci iussit. Idem uero genus dicitur etiam. Asyntheton eodem auctore.

lxxxviii.

Fertur erotema at quotiens interrogat ullus
Quid melius turdo? uulua quid dulcius ampla.

lxxxix.

Fertur ephexegesis quae explanat prius acta.
Tolle fuga Turnum: atq; instantibus eripe fatis.

XC.

Absenti sermo directus: Apostrophe habetur:
Sic loquor absenti scriptam dum mitto salutem.
Hanc tibi priamides mitto ledaea salutem.

XCI.

Pars in frustra secant dic Synthesin esse figuram.

XCII.

Personamq; nouam formans das Prosopopoeiam.
Qui modo nasonis fueramus quinq; libelli.

XCIII.

Euphonia bonus sonus est: ut dictio pulchra.
Tydides pro tydides sic aptius aiunt.

XCIIII.

Confundit numerum casus: genus : alleotheta
Siue Alloeosis: quae permutatio fertur.

¶ Erotema uel Erotima iterrogatio dicitur. Erotao interrogo.
¶ Epexegesis uel Epexegesis iterpraetatur expositio: ab Epi praepositione: & exegesis interpraetatio expositio. Exegeome aût expono.
¶ Apostrophe dicitur a Fabio lib.ix. auersus sermo siue auersio. Est autem figura locutionis: quum ad aliquem per secundam personã fit conuersio. ut te nunc alloquor Aphricane. Apostropho autem auerto significat.
¶ Synthesis dici potest compositio. Fit autem quû singulare nomê collectiuû uerbo plurali componitur: ut populus clamant.
¶ Prosopopeia dicitur personae fictio. ut Fabius in.ix. scribit. Componit autê a Prosopon qđ est psona: & Pico facio uel fingo. Figura ê: uel qñ inaiatû ad aiatum loquit : ut patuit in exemplo. uel aiatum ad inanimatû. ut Hora. Quid amplius o mare & o terra ardeo. Vel quando etiam ad inanimatû ipsum quoq; inanimatû loquitur. ut apud Meta. lib. ii. Terra ad maria loquitur & flumina.
¶ Euphonia transfertur a Prisciano bona sonoritas. a Quintiliano autem uocalitas. ab aliquibus bona uox.
¶ Alleotheta dici põt latiae aliter posita alios enim est aliter. & Theta posita Priscianus uero lib. xvii. interpraetatur Alleotheram uariationem. Alloeos enim diuersus ac uarius dicitur. Alloeo permuto. Alleosis permutatio. Confundit autem numerum ut pars in frustra secant. Casus ut tu mihi quodcunq; hoc regni: pro hoc regnum. Item urbem quá statuo uestra est. pro urbs. Genus. Vergilius in bucco. Dulce satis humor depulsis arbutus hedis. Lenta salix foeto pecori: mihi solus Amynthas. Ad dulce enim quod est neutrum tam foeminina q̃ masculina reddidit.

XCV.

Altior est sensus quotiens quã buem tibi uerba
Declarant: uel quam dicis plus significatur.
Aut etiam quod non dicis: scito Emphasin esse.

¶ Amplior uirtus ê Emphasis. ait octauo Fabius. altiorê praebens intellectû q̃ quae uerba per seipsa declarant. Eius due sunt species. Altera quae plus significat q̃ dicit. Altera quae êt id quod non dicit. Prior est & apud Homerũ quû Menelaus graios in aequû descêdisse ait. Nã uerbo uno magnitudinê eius ostendit. Et apud Verg. Demissum lapsi per funem: nam sic quoq; magnitudo demõstrata est. Idem Cyclopa quum iacuisse dicit per antrum prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. Sequens positum est in uoce aut omnino suppraessa aut etiam abscissa. supprimitur uox ut fecit proligario. Cice. Quod si in tanta fortuna bonitas tanta nõ est. quá tu per te. per te inquá obtines. itellecto quid loquor. Tacuit enim illud quod nihilominus accipimus nõ deesse homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Verg. item. i. geo. Emphasim fecit auctore Seruio. Dixit enim. Quum iam glandes atq; arbuta sacre deficerêt sylue. & uictum dodona negaret. significatur. n. etiam id quod non dicit hoc est nõ solû aliae sed etiá sacre: naq; harum sterilitas aliaę denotat in foecunditatem. Emphasis aût dicitur significatio demonstratio effigies. Emphено manifesto. Emphanizo declaro demonstro.

XCVI.

Quum plures uoces uno accentum legis. esto
Lector hyphen etenim uel qñ quidem manifestãt

XCVII.

Epanodos graecae est: regressio quippe latine:
Hic par est uobis: non par mihi Iulius arte.

¶ Hyphen dici põt sub uno hypo eni sub. & hen unum significat. Et tunc fit quû plures dictiones sub uno accentu legunt ut qñquidê & similia. Est autê accentus. i. uirgula ab ultima littera prime dictionis ad primam sequentis subducta: ut theologos.
¶ Epanodos graecae dicit. nfi regressionê dicunt. ut Fabius ait lib. ix. Nec solû in eodê sensu. sed etiá in diuerso eadê uerba: ut principû dignitas est poene par: non par fortasse eo q sequebantur. Item magnus est labor dicêdi. magna est res. Epanodos fit ex Epi & Ana: quae duo simul etiam & iterum siue retro indicant: & Hodos uia: quasi retro uiam. idest regressionem indicet. ut principatus bonus est non bonus autem qui in tyrannidem commutatur.

XCVIII.

Alterius iuxta formas aliquid reperitur:
Descriptum quotiens catatyposis uocitatur:
Omnia mercurio similis uocemq; coloremq;
Et crines flauos.& membra decora iuuentæ.

XCIX.

Si qua per excellens posuere catexoche habetur.

C.

Pro astuto sapiens fit paradiastole dictus

CI.

Dic ego paulus amo euocatio dicitur esse &
Tu Cicero curris.

CII.

Est appositio coniunctio quippe duorum
Substantiuorum declarant se quæ uicissim
Miratur molem æneas magalia quondam.

CIII.

Sylepsis siue & conceptio tripliciter fit
Et genere & numero & persona. indignius autem
Hic deducendum est ad dignius optimæ lector.

¶ Catatyposis dici põt secundum uel iuxta figurã. Cata ẽñi secundũ. & typos figura dr̃. Typosis formatio ĩpræssio. dr̃ aũt tropus quũ aliqd iuxta alterius formã describit̃. ut Verg. iiii. Omnia mercurio similis &c.

¶ Catexoche dici põt p excellentiã. ut Verg. in ge. boues p excellentiã noĩauit. quũ dixit q̃ cura boum qs cultus habendo ſi pecori. ibidẽ & uictum dodona negaret. Cata hic per significat: exoche eminẽtia uel excellentia dicitur. exochos ægregius excellens.

¶ Paradiastole fit teste Fabio lib. ix. quũ te p austo sapientẽ appellas: pro confidente fortẽ componit̃ autẽ ex para. i. iuxta: & diastole dilatatio. nã tũc quoq; fieri dicitur quũ rẽ in sam iterpraetatiõe dilatamus: sic prodigũ dicimus liberalem temerarium fortem & similia.

¶ Euocatio est imediata reductio tertiæ psonæ ad primã uel secundã personã. ut ego Antonius scribo. tu Socrates curris.

¶ Appositio est continua cõiunctio duoɋ substantiuorũ quorum alterum declarat alterũ: ut proximus ille procas troianæ gloria gentis. Requiruntur autem in appositione duo substantiua in eodem casu.

¶ Conceptio seu syllepsis est adductio indignioris ad dignius. Fit autem tribus modis. genere numero & psona: gñe ut masculinũ concipiat fœmininũ & neutrũ. fœmininum uero concipiat neutrũ. ut Quintus & Martha sunt mei. Pyrrhus & hoc animal sunt tui. Martha & hoc animal sunt nostræ. Luca. i. Vis erat hinc leges & plebiscita coacte. Masculinũ genus dignius est fœminino & neutro. & fœmininũ neutro. Numero ut pluralis numerus concipiat singularem uel singularis dictio plurali uerbo redditur. hoc enim schema late patet ut Donatus ait. ut discipuli & pceptor legunt uel discipuli cũ pceptore legũt: iste & ille gaudent. Persona ut prima cõcipiat secũdã & tertiã: secũda cõcipiat tertiã. Priscia. auctore lib. xii. & . xvii. pria. n. dignior est secũda & tertia. secũda uero dignior ẽ tertia. dic ergo ego & tu legimus: ego & ille scribimus: ego & uos & illi fecimus: tu & ille scribitis.

Idem Mancinella ad lectorem.

¶ Appollodorus ut tradit Celius auctore Fabio incompræhensibilia partis huius præcepta existimauit. Itaq; si omnia minime prosecutus fuerim quid mirum: cum res sit quodammodo infinita. Illud tamen prætereat neminem de figuris extare hodiæ nullum opusculum: quod quidem ita plene dilucideq; præcipiat uti hoc nostrum. Conferentibus res ipsa ostendet.

Finit carmen de figuris.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

aa A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB

Omnes sunt quaterni præter aa qui est duernus: & Y Z q̃ est ternus: & AA q̃ ẽ quinternus. ɋ 10 ca.

¶ Aelii Antonii Nebrissensis: grãmatici doctissimi latinæ introductiones: cum eiusdem cõmentariis. & aliis ipsius quibuscũq; opusculis. Necnon. L. Christophori Bethici Scobaris: in eisdem introductionibus expositiones: una etiam cum quibuscunq; ipsius opusculis fœlici sydere expliciunt. Impræssæ nunc primũ Venetiis accuratissime: sũmaq; diligẽtiã: per Augustinum de Zannis de Portesio: Anno dominicæ natiuitatis. M.D.XII. Die. xxviii. Iulii.

